Gemmula
Chiaramonte

7
3-d
48

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
4 B
48

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

03.2.31

7-3-d-48

Digitized by Google

DISSERTATIONES ECCLESIASTICÆ

IN QVIBVS PLERAQVE AD Hiſtoriam Eccleſiaſticam, & Politicam Hiſpaniæ, remque Diploma- ...icam ſpectantia, accuratè ... diſcutiuntur.

AVCTORE

... Fr. IOSEPHO PEREZIO, Benedictino, Monacho S. Facundi, Sacrarum linguarum in Academia ... Salmantina Profeſſ... ... Ordinario.

OPVS REI ANTIQVARIÆ ... STV- dioſis haud ſanè inuti...

...PERIORVM PERMISSV.

Salmanticæ: Apud LVCAM PEREZ, Typ. Vniv. Anno Domini 1688.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TACERE Vltra non oportet; ne iam non verecundiæ, ſed diffidentiæ eſſe incipiat, quod tacemus; & dum criminationes falſas contemnimus refutare, videamur crimen agnoſcere. *D. Ciprianus ad Demetrianum.*

Illud cavi ne in quoquam exiſtimationem læderem Chriſtianam, ſed tantum vt delirantis imperitique mendacium ac vecordiam confutarem. *Hieronymus ad Auguſtinum epiſt.91. tom.2. Epiſt.*

Quandoque oportet vt contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo. Primò quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet. [illegible] dum illud Proverb. [illegible] *de ſtulto iuxta* [illegible] *am, ne ſibi ſapien*[illegible] Alio modo pr[illegible] multorum, quorum pro[illegible]tus impeditur prop[illegible] no- bis illatas, &c. *D. Tham. 2. 2. q. 72. art. 3.*

Nullius ignorantiam inſectatus ſum; à me ipſo enim incipiendum eſſet; impudentiam tantùm ferre non poſſum. *Scalig*[illegible] *niano.*

EMI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE
AMOR

EMIN^mo PRINCIPI AC D^no

D. IOSEPHO D' AGVIRRE

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fr. IOSEPHVS PEREZ BENEDICTINVS.

Ευπράττειν.

DVO ferè ſunt, Cardinalis Ampliſsime, quibus eruditi homines adducti, ſuas Principibus [illegible] lucubrationes ſolent inſcribere. Aut [illegible] collatorum be[illegible]ficiorum memo[illegible], hac quantulacunque grati, ac memoris animi ſignificatione, publice teſtari ac profiteri volunt; aut adverſus obtrectatorum, quorum hoc ſæculum ſupra cætera ferax, iniuriam, ad hæc veluti Aſyla ſeſe recipiunt. (Nam qui lucri, aut ambitionis tur[illegible]ſsimum ſcopum ſibi præfigunt, non tàm in Auctorum, qu[illegible] in Nundinatorum numero reponendos duco.) Cumque priores in hiſce lucubratiunculis invulgandis, mihi ſequendos propoſuiſſem, haud diu de ipſis aſciſcendo Patrono ambigendum fuit. Si e[illegible] Beneficia quibus me à prima ferè adoleſcentia, ad [illegible] graveſcentem hanc ætatem, proſecutus es, oculos mentenque flecto; ea eiuſmodi ſunt, vt vix tot, tantaque, ab homine, quantumvis ambitioſo, & audace, ſpe præſumi potuerint. Nam cum bona quædam mea ſors ita tulerit, vt cũ prima, tùm Artium Liberalium, cùm Sacræ Theologiæ rudimenta ponerem, mihi Magiſter, numine propitio, contigeris; ipſe, quæ Tua eſt humanitas, & inſignis adverſus me benevolentia, Magiſterij inſulis, & quaſi faſcibus poſitis, non tam me diſcipulo, quam ſtudiorum ſocio, ac litterariæ Palęſtræ velut Commilitone es vſus. Neque intra hos limites tua ſeſe benignitas continuit. Sed vlterius progreſſa, quà voce, quà ſcripto, quà (quod eſt efficaciſsimum adhortationis genus) exemplo, ad ſtudia graviora (ad quæ

Digitized by Google

haud ſane ineptam noſtram indolem putabas, & à quibus non vnus deterrebat) avidius capeſſenda adhortatus es, ad que eadem nihilo ſegnius proſequenda animos calcarque addidiſti: quin in ea luce ac loco collocaſti, vnde noſtra quantulacunque induſtria, ſeſe exſerere, atque prodire facilè quiret. Quare ingratus, totque beneficiorum reus meritò audiam, niſi quæ à Tuo pluſquam Vicennali contubernio, & inſtitutione hauſi, ea ſcaturigini vnde manarunt, quaſi poſtliminio, regeram, ac refundam. Itaque dum iſthæc Ampliſsimo Tuo Nomini nuncupo, non tam Tuam gratiam, quam abundè tuapte ſponte mihi expromis, captare, aut promereri, quam debitum ſolvere, ac velut ære alieno, memetipſum oppreſſum, quoad licebat liberare, conniſus ſum.

Nam quod Tua me Purpura, adverſus obtrectatorum, & ſycophantarum impetum, tegere [illegible]erim, nemo qui Te, nemo qui me [illegible]timè norit, iu[illegible] quem enim litterarium munuſculum potiore iure [illegible]ugiat, quam ad litterariæ R.P. Principem, omnifariæque doctrinæ refertiſsimum Ταμιεῖον? Ecquis enim in erudito pulvere adeò rudis, & imperitus eſt, qui vel ante Cardinalitiam dignitatẽ, Eminentiſsi[illegible] Tibi nomen iure ac meritò, ob multiplicem raramque re[illegible]um abſtruſiſsimarum notitiam, debitum neſciat? Nam, vt eorum, quibus R.p. litterariam à viginti iam annis locupleraſti, indiculum ante oculos ponam, *Ludi illi*, qui quaſi per ludum iocumque, in re quamvis ſeria, Tibi Salmantinæ Laureæ Candidato excide[illegible]m à bonis artibus inſtructus & paratus, ad hanc Sapien[illegible] arcem accederes, plus ſatis prodidere. Inde Philoſophiam aggreſſus, eam Tuis ſubtiliſsimis iuxta ac politiſsimis commentarijs ita illuſtraſti, vt antiquis, detracta qua ſquallebant rubigine, ſplendorem; novis, quo carere videbantur, pondus addideris. Inde ad Scientiarum Reginam Theologiam gradum promovens, eam vt Theologum decet, excoluiſti. hoc eſt inutilibus, & puerilibus propè dixerim, quas alij ad faſtidiũ ingerunt, longè valere iuſsis, & amputatis quæſtiunculis, ſerijs tantum, quæque virum & lucernam oleant, è multò antè repoſita ac comparata Sacrorum Voluminum, Patrum, Conciliorumque ſuppellectile, Tuis in Lucubrationibus Theologicis locum feciſti. Quam in rem illum ingenio-

rum

rum verticem Anſelmum, cuius ſemper veſtigia premeres, Tibi proponens, eius abſtruſiſsimam, ac niſi magno ingenio, doctrina, vſuque hominibus, id eſt Tui ſimilibus, perviam mentem, eo in lumine colocaſti, vt quò, niſi paucisſimis ante hac licebat, iam per te pleriſque omnibus penetrare, & adire liceat. Vt interim taceam Opus illud Cedro, & immortalitate digniſsimum, quod culmen iſtud, ad quod nuper cœlitus evectus es, Tibi iure ac meritò peperit; in quo Sacerrimæ Sedis, eiuſque Sanctiſsimi Antiſtitis Innocentij XI. iura ac Maieſtatem ita propugnaſti, vt quamvis acutiſsimis, & acerrimis Antagoniſtis, ſilentium impoſueris. Sed cohibeo exſultantem calamum, modeſtiæ Tuæ memor, cui vel pauca, quæ innui verius quam dixi, minus grata futura prævideo.

Hoc igitur (vt ad inſtutum me ex iſto quaſi diverticulo referam) meis Lucubratiunculis optavi aſylum, quod non facile quivis temerare auſit. Et verò meam cauſam, Tuam, Eminentiſsime Cardinalis, non vna de cauſa facere debes. Pro Benedictinorum, Magnique Benedicti honore, fortunis, ampliſsimaque hæreditate, in quæ nonnulli petulantius arietant, & irrumpunt, propugno. Ad quem potius hæc protegere, & à malevolorum impetu vindicare ſpectat, quam ad Te Principem Benedictinum? Iam qui in hanc arenam deſcendo Tuus ex aſſe ſum, vt mihi non patrocinari, & ſicubi nutem ac deficiam, auxiliatricem manum non porrigere, Tibi, incolumi dignitate, non liceat. Adde, quod quæ in lucem emittimus, Tuis ipſe luſtrare oculis, &, quod amoris in me Tui eſt argumentum invictiſsimum, Tuo calculo approbare, certè quidem non improbare, dignatus fuiſti. Vale, ac diu vive, noſtri ſæculi, Ordinis, Eccleſiæque Catholicæ Columen, & ornamentum eximium. Scribebam Salmanticæ anno Æ. C. M. DC. LXXXVII. V. Kalend. Decembr.

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

HABES, Erudite Lector, Diſſertationes noſtras Eccleſiaſticas, laboris noſtri primitias. In his opinione plura, niſi me ſuſcepti Operis amor fallit, reperies. Non enim ad Benedictinum Ordinem (quamquam is non exigua, nec ignobilis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ portio eſt) vnicè ſpectant, quæ in ipſas coniecimus. Quin ad pleraque alia, tùm ad Eccleſiaſticæ, cùm ad Politicæ Hiſtoriæ capita pertinentia divertere, nobis neceſſe fuit; vnde vtrique haud modica lux affunditur. Nempe vetuſtiſsima Venerandæ Antiquitatis Monumenta, quæ in Benedictinis Tabularijs, & Bibliothecis deliteſcebant, & nuper rei hiſtoricæ illuſtrandæ, in apricum prodiere, falſi, haud ſanè p[illegible] qui à nemine mãdatam cenſuram ſibi arrogant, criminantur. Hæc dum adverſus eorum impreſsiones ſarta-tecta conſervare nitimur, pleraque tùm Eccleſiaſticæ, cùm Politicæ Hiſtoriæ, &, quæ ipſi facem præfert, Chronologiæ, capita percurrere, & excutere neceſſe habuimus. Itaque eadem opera, & noſtrorum hominum famæ ac fidei, ab nonnullis, per ſummum ſcelus, & audaciam, traductæ, & veritati, quæ Hiſtoriæ fundus eſt, laboranti, ac tantum nõ oppreſſæ, ſuppetias tulimus. Itaque dum noſtra defendimus, viam munivimus, qua Eccleſiæ Cathedrales, Religioſi cœtus, Vrbes nobiliores, privati denique homines, quorum iura, prædia, prærogativæ, inſtrumentis vetuſtioribus nituntur, ſeſe adverſus ſimilium vitilitigatorum offucias, technas, vafriciem munire queant.

Supervacaneus noſter hic labor non nemini fors videatur; poſtquam in lucem prodijt V.C.D. Ioannis Mabillonij B.M. Opus præclarum de eodem argumento, è quo velut è fonte haurire liceat, quidquid nos in noſtra Lucubratiuncula, parcè, & quaſi guttatim dedimus. Sed enim (quod vtrumque inter ſe conferenti liquebit) cum hæc, quamvis ſerius edita, commentaremur, nondum id Opus eximium lucem viderat, neque in eo argumento V. C. laborare auditione acceperamus. Id nos fortaſſe ab eadem materia tractanda deterruiſſet. Certè quidem plura ex ipſo mu-

tuati

tuati eſſemus, quibus noſtro Opuſculo haud modica acceſſio fieret. Quanquam haud ſanè pauca ex illo, Operi iam affecto addidimus, ac opportunis, quoad licebat, inſeruimus locis. Neque vero ſuſcepti nos laboris admodum pœnitet, poſt tantum virum. licet enim, noſtræ tenuitatis ſat conſcij, hæc noſtra cum illius conferri nolimus, haud nos tamen in caſum laboraſſe putamus, qui è curta quamvis ſuppellectile, haud ſanè pauca produximus, quæ in ſua licet inſtructiſsima penu, viro ſummo ad manum non fuerant. Adde, quòd Veritati, quam vterque præ oculis, & in oculis habuimus, haud ſanè parum è noſtra, quamvis tenuī opella, commodi & lucri acceſſurum ſperamus. Nempe qui animo à præiudicijs vacuo ad hæc legenda animum appellet, animadvertet, ac fors mirabitur, homines, locis, inſtitutione, linguis diſcretos, in eadem haud raro incidiſſe. Quod vt nobis ſummo honori ducimus, ita mirabilis hic conſenſus, ingens veritati teſtimonium ſuppeditat. Neque verò lectori nihil à noſtra Lucubratiuncula commodi proventurum ducimus. Cum id Opus, vti magnificum, ita iuxtà pretioſum ſit, vt non cuivis contingere queat, hanc adire Corinthum. Ad extremum, quemadmodum in Bello, quamvis Ducum, Tribunorum, Cataphractorum Equitū, primæ ac potiſsimæ partes ſint, nonnullus tamen levis armaturæ militum, lixarum, calonumque eſt vſus; ita in hoc pulvere litterario, licet primæ Maiorum gentium Auctoribus debeantur; quicūque tandem pro veritate propugnant, haud indigni ſunt, qui huic quamlibet honorificæ militiæ accenſeri mereantur.

Porrò noſter ſtylus, eſt planè Apologeticus; hoc eſt plus fellis & aculei, quam mellis habet; contrà quàm noſtri mores aut inſtitutum ferant. Sed enim vt à nobis abiremus, inſignis eorum quibus cum decertamus pervicatia, &, individuus ignorantiæ comes, faſtus ac tumor, in cauſa fuit. vt magnopere vereamur, ne quibus adverſariorum noſtrorum ingenium perſpectum ſit, noſtram potius mollitudinem, ac velut ἀναισθησίαν, quam inhumanitatem, & adverſus hoſtes manifeſtarios inclementiam incuſet. Reſpondendum nempe fuerat ſtultis iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi plus æquo ſapientes viderentur. Atquī intra modeſtiæ cancellos, quos illi nullos ſibi præfixere, nos continuimus.

In

In Pellicerium præcipuè ſtylum direximus, in quem adhuc viventem, ea ſcripſimus, quæ tùm varijs noſtrarum Diſſertationum locis, cùm præſertim in noſtræ Diatribæ *de Anno Obitus S. Benedicti* Apologetico, ſparſa ſunt. Ac ſanè ea flammis, poſtquam fato functus fuit, devovere, haud ſemel nobis in animo fuit. Scilicet cum larvis luctari nolebamus. At nonnulla vtilitate, quam ex noſtra Lucubratiuncula hauriri poſſe credebamus, publicū fraudare noluimus: Cum enim is vir multiplicibus ſcriptiunculis, ab annis prope quinquaginta, noſtram Hiſpaniā penè obruerit, eiuſque Hiſtoriæ graviorem plagam impoſuerit, quam ea fuit, quæ ipſi quondam à Saracenis inflicta eſt; eaque re non parum ſibi nominis apud imperitos, rerūque de quibus agit æquè, atque erat ipſe, rudes & ignaros, confecerit: è republica viſum eſt, ſi eas è manibus imperitæ plebeculæ excutere, atque ſerpens carcinoma, quod præcipua Hiſpanicæ Hiſtoriæ membra iam corripuerat, multiplici ſphalmatum, & hallucinationum, quibus eius Lucubrationes ſcatent, ſylva ante oculos poſita, inhibere, ac ſiſtere niteremur. Id itaque, quominus noſtram Lucubratiunculam apud nos premeremus, in cauſa fuit.

Nam de Hermenegildo nihil dicere neceſſe eſt, cum hoc ipſe nos onere levarit, qui longè multumque γραφικώτερον, quam nos poſſemus, ſuis ſeſe coloribus, in tam multis, quæ adverſus nos evomuit, voluminibus, expreſsit, ac depinxit. Pulgarius reſtabat, qui non infimum locum tenebat in hac triga. Eum pro eruditiſsimo, reique Antiquariæ conſultiſsimo, fama mendax nobis obtruſerat. Ea re factum fuit, vt nonnulla, quæ ad hominis commendationem ſpectare videbantur, noſtris in Lucubrationibus ſparſerimus. Sed enim poſtquam eius *Opus de Hiſtoria Palentina* lucem vidit, noſtræ nos levitatis, ſerò quamvis, ſeriò tamen pœnituit, ac puduit. quare quidquid cum eius laude coniunctum, à nobis ante hac editum fuit, pro in dicto haberi volumus, ac lectorem ἀληθόφιλον, noſtri erroris an credulitatis admonemus, ne in eandem, in quam nos per imprudentiam incidimus, ſeſe foveam immittat. Quod ſiquis, quamvis à nobis ſincerè monitus, fecerit, eius caſus apud nos culpam reſidere nolumus, qui impēdentis præcipitij ipſum ante admonimus:

Quam

Quam porrò longè verborum acerbitas, quam adverſus eiuſmodi Antagoniſtas exeruimus, à noſtro genio, & moribus abſit; is animadvertet, qui quæ adverſus iſtos diſputavimus; cum illis, quæ adverſus alios modeſtos, ac doctos (à quibus tamen diſſentiebamus) dicta à nobis ſunt, per otium contulerit. Aliud nempe eſt cum hominibus, aliud cum infeſtiſsimis monſtris confligere. Nam vt illi, vel in ipſo ardore certaminis humaniter habendi; ſic iſta, vel primore congreſſu, proterenda, ac præfocanda ſunt. & verò neceſſe fuit, cùm noſtrates homines, nimium heu! credulos, huius Hiſpanicæ Hiſtoriæ labis ac peſtis ammonere; tùm exteris teſtatum facere, non omnes Hiſpanos ita fungos, aut ſtipites eſſe, vt nuperis, iſtis, ſi Deo placet, Criticis quidquid in buccam venerit effutientibus, aures patulas præbeant, neſciantque quantum *diſtent æra lupinis*. Quod nobis, verè nimis, obiectum, non ſine intimo animi ſenſu atque dolore, haud ſemel legimus.

De cætero Lectorem benevolum maiorem in modum rogamus, vti errata, cùm noſtra, tùm typographica (quæ in opere tam lubrico, ac magnam partem Chronologico, vbi tot paſsim numerorū tricæ reperiuntur, haud ſemel occurrent) corrigere, aut condonare ne gravetur. Eorum ſi nos candidè admonere dignabitur, gratiam habebimus, &, qua poterimus, referemus. Tantum abeſt vt eam ob rem nos infeſtos, aut infenſos ſit habiturus. Quod ſi hæc ipſi non ingrata accidiſſe cognoverimus, id nobis animos faciet, vt *Chronologia Hiſpana Reformata*, quam animo volvimus, ac præ manibus habemus, quam primùm lucem videat.

ORDI-

Digitized by Google

ORDINIS APPROBATIO.

IVSSV Reverendiſsimi P. N. M. Fr. Anſelmi de la Torre noſtræ Congregationis Vallis-Oletanæ Generalis, & in Ovetenſi Academia Sacræ Theologiæ Anteceſſoris Primarij; Has DISSERTATIONES ECCLESIASTICAS, à P. M. Fr. Ioſeph Perezio eiuſdem Congregationis Monacho, & in Salmantino Lycæo Sacrarum Linguarum Publico Profeſſore compoſitas attentè legi. in his non modo nihil Fidei, aut moribus diſſonum reperi, quin omnia ad veritatem exacta, & cùm eruditione & pietate coniuncta deprehendi. quare digniſsimas duco, quæ ad ordinis noſtri decus, & patrocinium, R. P. que litteriæ vtilitatem, quam primam lucem videant. ita ex animo ſentio. Salmanticæ III. Kal. Maij. Anno D. 1688.

M. Fr. Ennecus Royo Collegij S. Vincentij Abbas, & Sacræ Theologiæ in Salmantina Academia Doctor & Profeſſor.

FACVLTAS R^mi ORDINIS GENERALIS.

VISA Superiore approbatione poteſtatem facimus vt liber inſcriptus DISSERTATIONES ECCLESIASTICÆ, &c. à P. M. Fr. Ioſepho Perezio O. N. M. elucubratus, aliorum, ad quos pertinet, præmiſſa facultate, typis mandetur. In S. Salvatoris Onnienſis Kalend. Martij. Ann. D. 1688.

M. Fr. Anſelmus de la Torre
Congr. Vallis-Oletanæ Generalis.

M. Fr. Martinus de Arenas
Congregationis Secretarius.
Iuſſu RR. P. N. Generalis.

Digitized by Google

APPROBATIO RR. P.M. Fr. MICHAELIS Quixada, Ciſtercienſis, ſacræ Theologiæ & Artium Liberalium Doctoris in Academia Salmantina, & in eadem poſt multas Cathedras ſapientiſsimè moderatas, ſuique religioſiſsimi Ordinis munia ſumma cum laude geſta, D. Thomæ Cathedræ nunc meritiſsimi Anteceſſoris.

EX Præſcripto Illuſtriſsimi D. D. Ioſephi à Coſsio & Barreda, Epiſcopi Salmantini Regij Conſiliarij, attentè, periucundoque animo legi librum, cui titulus *Diſſertationes Eccleſiaſticæ*, Auctore RR. P. M. Fr. Ioſepho Perez, ex almo D. P. N. Benedicti Ordine, noſtræ Academiæ Laureato Doctore, & ſacrarum Linguarum Cathedram digniſſimè moderante, &c.

Legi ſanè opus, nō mole, ſed pretio nobile: *Magni namque artificis eſt, clauſiſſe totum in exiguo.* Seneca epiſt. 54. Opus certè in quo materia, ſtylus & cauſa, digna tanto Auctore, & Magiſtro cenſeri poterunt. Materia quippe, vtpotè, quæ in ſui almi Ordinis vendicandis honorũ titulis, verſatur, ſe ipſa nobilis apparet: *Nam qui de rebus ignobilibus, aut prauis, nulloue dignis ſtudio, hiſtorias abſoluunt, nec ex illa cognitione probantur à poſteris, nec eloquij cauſa laudantur: quippe qui opinionem reliquerint legentibus hiſtorias, quod talem vitam ſint æmulati, qualia ediderint ſcripta.* Dioniſ. Halicarnaſ. lib. 1. Orig. Rom. Vnde qui tanta ſemper laude, in ſuo eſt ſacro inſtituto verſatus, iure in eius honorem primum ſtringere calamum, exiſtimabitur, quò ſibi invicem ſcriptorum materia, & ſcriptoris vita reſpondeant. Palamque ſit, quàm Religionem ſuam coluerit ex animo, qui pro ea decertat, & calamo.

Stylus exornatus eſt, elegantique claritate conciſſus; in nulloque alienus ab opinione, quam apud om-

nes

nes aſſequitur Auctor in omnibus bonis litteris verſa-
Cicer. 1. Tuſcul. tiſsimi: *Mandare enim quemquam litteris cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere Lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & otio, & litteris.* Quod quàm ſit alienum à noſtro Auctore, vel hoc opus probat, in quo ſatius meditata, pro meritis exornat, eleganterque ſtylo polita reddit. Adducit namque, & ſatis aptè propugnat venerandæ antiquitatis monimenta; quibus cùm ſui Ordinis decora firmat, cum ſuo operi lepore confert, auctoritatemque conciliat:
Cicer. act. 5. in Verr. *Exempla enim ex vetere memoria, & monimentis, plena dignitatis, plena antiquitatis, plurimum ſolent, & auctoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.*

Cauſa denique nec ab Auctore diſsidet, nec à ſcripto; cùm ſit defenſio iteratæ quorumdam impugnationis, qui novis ex proprio cerebro inventis, antiquatam, ſemperque pacificam ſui Ordinis gloriam evertere ſtudent; & cum pro Parente, & Religione res agitur, pro honeſtiſsima cauſa decertatur:
Phil. Iud. lib. de Confuſ. ling. *Qui enim ſuopte ingenio pacem amant, bellicoſi debent eſſe contra infeſtantes quietem*; præcipuè Religionum, in ſua exiſtimatione, citra alterius damna florentium: iuſtiſſimæ igitur cauſæ, digniſsimum Patronum agit Auctor:
Quintilian. lib. 6. inſtit. orat. cap. *In omni quippe parte huius officij, plurimum facit, non diligenter modo, ſed etiam familiariter noſſe cauſas; tum in altercatione maximè neceſſarium eſt, omnium perſonarum, inſtrumentorum, temporum, locorum, habere notitiam.* Quarum rerum quanta noſtro Auctori ſeges abundet, legenti palàm fiet.

Sed nollim aliquem nimis rigidum Lectorem vitio vertere, Auctorem in infringendis adverſariorum conatibus, nimis quandoque acrem, & vſque ad amarulentias, præter modeſtiæ ſuæ morem, excurrere; cui fortè ſufficiens non apparebit cauſa, quod hi contra quos decertat, acerba prius, & indigna vomuere; eo quòd ſimiles næniæ contemptu melius, quàm retaliatione ſuperentur:
Caſsiodor lib. 1. Var. Epiſt. 27. *Sed vbi quæratur modeſtus animus, ſi fœdent violentia Patritios?* Aut facile in Parentum, Religio-

ligioniſque incuria cohibebitur ſcelus? Haud ita. Nec qui alioquin in propriæ perſonæ probris modeſtiæ ſpecimen ederet, æquo animo ſuſtineret adverſus Religionem, eiuſque filios accumulata dicteria: hoc nãque nec manſuetudini, nec modeſtiæ tribueretur, ſed puſillanimitati, aut exiguo erga ſuam Religionem amori. Non enim mirum Auctorem, licèt modeſtiſsimum, provocatum, & zelo Paterno fervidum, in detractores aliqualem monſtraſſe bilem.

Nihil igitur in libro iſto noſtræ fidei puritati, aut bonorum morum ſinceritati cõtrarium reperio; quin potius omnia vſque adeo ſana, docta, atque perſpicua ſunt, vt aliquid amplius deſiderari non valeat: quare dignum librum iudico, cui facultas ad prælum concedatur. Sic ſentio, ſalvo ſemper &c. in hoc D. P. N. Bernardi Collegio 12. Kal. Februarij, Anno Domini 1688.

Fr. Michael Quixada.

FACVLTAS ILLVSTRIS. ANTISTITIS Salmantini.

VISA Superiori approbatione facultatem facimus P. M. Fr. Ioſepho Perezio M. B. &c. vt opus *Diſſertationes Eccleſiaſticæ*, inſcriptum in lucem edere queat. Salmanticæ Martij 1. anno 1688.

Ioſephus, Salmantinus Epiſcopus.

APPROBATIO RR. P. M. Fr. FRANCISci à S. Alberto, Carmelitani Excalceati, in ſuo D. Thereſiæ Salmantino Collegio ſacræ Theologiæ Prælectoris Primarij, nuncque in Metymenſi meritiſſimi Rectoris.

AD Præceptum Regij ac Supremæ Caſtellę Senatus, ſedulò relegi *Diſſertationes Hiſtoricas*, quas ingenij illecebris deliniavit, vt hominum memoriæ ſempiternæ traderet RR. P. M. Fr. Ioſeph Perezius, Benedictinus, in hac Salmãtina Principe Academia Linguæ ſanctæ Primarius digniſsimus perpetuuſque Anteceſſor; Artiũ & Theologiæ inſignibus decoratus: & quo accuratius meditabar lectionem, vt certius ferrem iudicium, verba Davidis mihi occurrebant: *Ne taceas, neque compeſcaris Deus: quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput: ſuper populum tuum malignaverunt conſilium, & cogitaverunt aduerſus Sanctos tuos.* Magni Parentis Benedicti Religionem, quæ mundũ, vel in calce rapit detriumphatum, tot retrò actis ſæculis Heſperiam noſtram omnibus prope modum virtutibus exornantem, Regum privilegijs nemini parẽ, cunctis ſuperiorem, nuperi inimici, etiam nominati hiſtorici, ſonitu ſuo deturbare conantur. Verùm enim verò, quid inde? Auguſtinus exponit: *Noviſsimos dies ſignificare videtur, quãdo hæc, quæ nunc comprimuntur, in liberam vocẽ eruptura ſunt, ſed planè irrationabilem, vt ſonitus magis, quam locutio, vel ſermo dicendus ſit.* In hoc me duxit Iudicij Apologia iſta diſſertiſsima, adverſantia quęque comprimens, irrationabiles voces in ſonitum abſurditatis relegans. Si enim tantæ Religionis honorem, ſi in concuſſa Tabularia obnubilant, ſi ſuper congregationem iuſtiſsimam, malignaverunt conſilium, ſi cogitaverunt adverſus Sanctos ſuos, ecce Perezij magni nominis viri clarior lux vindex effulſit,

Pſalm. 82.

D. Auguſtinus ad textum Ang. D. opuſc. 19.

ſit,

Digitized by Google

ſit, nec probitatis tantùm, ſed ingenij (vt aiebat non abſimili alea Lipſius) qui telum fortaſsè, alioqui vagina condendum, occaſione vrgenti protulit, & acuit. Opus ſanè dignum, cuius ornatus virilis, fortis & ſanctus, nec effęminatam levitatem, nec fuco eminentē colorem, ſed viribus nitentem regulis primipili eloquentiæ venuſtatē. Quid mirum? *Honorent eum* (præluxit Philon) *quaſi principem, ſuſpicientes ingenium auguſtius humano faſtigio; nec enim ſermonibus vtebatur vulgaribus*. Nihil ergo in his Diſſertationibus cenſoris dignum ſpongia reperi, cuncta orthodoxæ Fidei, ſacris Canonibus, morumque probitati famulantur: quippe vt aiebat Plato, *Sapiens non aberrat, nec fallitur, ſed rectè opus ſuum peragit, aſſequiturque*. Prodeat in lucem tenebrarum diſpellens caliginem, vt inter ſacra monimenta, quæ ſapientiſsimus Mag. luci parat, *vnum pro cunctis fama loquatur opus*. Sic, ſalvo meliori iudicio, ſentio in hoc noſtro Magni Parentis Æliæ Salmantino Lycæo, pridie Nonas Martij anni Domini M.DC.LXXXVIII.

Epiſtola ad Beac.

Quintil. lib. 3. cap. 8.

Philon. lib. de Nobilit.

Plato in Eutid.

Fr. Franciſcus à S. Alberto.

FACVLTAS REGII CASTELLÆ Senatus.

VISA Superiore approbatione Regius Caſtellæ Senatus permiſsit M. Fr Ioſepho Perezio M. B. &c. vt opus inſcriptum *Diſſertationes Eccleſiaſticæ &c.* typis committeret, vt latius patet ex authographo Privilegio expedito die Iun. 8. ann. 1688. apud Emmanuelem de Moxica Regiæ Cameræ Secretarium.

Digitized by Google

ERRATA.

*Quæ hoc ſigno * notata ſunt, ad marginem reperiuntur.*

Pag.	Linea.	Error.	Correctio.
5.	13.	cantinela,	cantilena.
10.	1.	Benedictinis,	Benedictini
11.	35.	officies,	efficies.
13.	37.	atque,	atqui.
16.	36	poſt miniſtravit adde vixit.	
32.	23.	Benedictini,	Benedicti.
36.	33.	nectuarum,	noctuarum.
52.	25.	cavilla,	cavillos.
64.	13.	revincant,	revincat.
71.	39.	Hiſtoricam,	Hiſtoriam.
75.	14.	Martinum,	Marcellinum.
86.	32.	862.	872.
96.	35.	exhibilata,	exſibilata.
117.	38.	allegar,	à allegar.
121.	30.	non vllum,	non vnum.
137.	17.	ejciendus,	reijciendus.
139.	15.	vt ijs,	aut ijs.
141.	25.	& non,	vt non.
142.	20.	verò,	verè.
153.	9 *	eruditos,	eruditorum.
167.	29.*	impoſsibile,	improbabile.
176.	5.	impottat,	importat.
Ibid.	39.	abſtruga,	abſtruſa.
177.	1.	debuerant,	debuerint.
192.	33.*	degerit,	deperit.
231.	23.	liquò,	liquidò.
232.	14.	ſincerus,	ſincerius.
Ibid.	15.	chariſsimus,	clariſsimus.
252.	39.	novem,	vndecim.
272.	38.	notis,	nothis.
295.	34.	annum,	æram.
304.	12.	tione,	ratione.
308.	36.	maſeſtæ,	manifeſtæ.
313	16.	ſect 7.	ſect 3.
316.	15.	quæ,	in qua.
318.	10 *	Pixopio,	Procopio.
330.	12.	movendus,	monendus.
339.	17.	imprabilius,	improbabilius.
355.	37.	1644.	1059.
Ibid.	37.	ſexta,	tertia.
Ibid.	38.	tertia,	ſexta.
372.	7.	612.	712.
Ibid.	9.	722.	622.

Hic liber inſcriptus *Diſſertationes Eccleſiaſticæ*, à RR. P. M. Fr. Ioſepho Perezio, Ordinis S. Benedicti Monacho, & in Salmantino Lycæo ſacrarum linguarum Publico Profeſſore elucubratæ, demptis his mendis, correſpondet ſuo exēplari. Dat. Matriti die 4. Octobris, anno Domini 1688.

D. Martinus de Aſcarça,

Corrector generalis, à S. R. M.

TA

TASSA.

CErtifico, que aviendoſe viſto por los Señores del Conſejo vn libro, intitulado *Diſſertationes Eccleſiaſticæ*, compueſto por el P.M. Fr. Ioſeph Perez, Cathedratico de Sagradas lenguas, de la Vniverſidad de Salamanca. Taſſaron cada pliego de el à ſeis maravedis, y à lo que importare cada vno, ſin principios, ni tablas, mandaron ſe venda, y no à mas, ſegun conſta de la dicha licencia, que original, por aorà, queda en mi Oficio, à que me refiero. Y para que de ello conſte, doy la preſente. En Madrid à ſeis dias del mes de Octubre de mil ſeiſcientos y ochenta y ocho años.

Manuel de Moxica.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

1 QVOD pag. 13. num. 10. diximus Religionis vocabulum pro Monaſtica Profeſsione ſumi novitij vſus eſſe, in eo falſi ſumus. Nam in Concil. Arelatenſi 3. habito anno 452. Canone *hi qui poſt ſanctã Religionis Profeſsionem*, &c. *Religio* pro Monaſtica profeſſione vſurpatur. Quod in pleriſque alijs antiquioribus monumentis notavimus poſt illa ſcripta. Sed in loco à nobis Hyeronymi adducto non de Monàſtica, ſed de Chriſtiana Religione S.D. agere certum omninò eſt, vt legenti conſtabit.

Pag. 69. in fine num. 54. pro feria VI. lege: feria 3. id eò putamus accidiſſe quod cũ in authographo ſcriptũ eſſet III. ſumptæ ſint vnitates duæ priores pro u id eſt quinque, quibus addita vnitas dat 6. ſed pravè. cum ſumendæ eſſent tres notæ numericæ ſeparatim, quæ dant ternarium. Vide dicta pag. 254.

2 Pag. 170. poſt num. 4. neſcio quo caſu omiſſa obiectio eſt, quam num. 2. innueramus. Ea ex eo duci poteſt, quod in illo Cynduaſindi Diplomatè non Regulæ Benedictinæ, ſed *Sanctæ* mentio fiat. Itaque, vt illud germanum ſit, non continuò ex eo ſequi Benedictinam Regulam iam tum admiſſam eſſe in Hiſpania. Sed hæc obiectio oppidò levis eſt. Nam pleriſque in locis Regulæ *Sanctæ* nomine Benedictinam intelligi ſæpè notavimus. Vide pag. 62. & 63. nn. 18. & 19. necnon pag. 190. num. 5.

I. Mabill. de Re Diplom. pag. 432 435.

3 Pag. 142. Nonnihil his, quæ hoc loco à num. 11. ſuper antiquitate inſcriptionis lapidis Æmilianenſis Octogoni diſputavimus, adverſari videtur, id quod Anonymus Epitomes Benedictinæ doctiſsimus auctor tom. 1. lib. 2. cap. 36. ſub fine num. III. adducit. Hæc enim adverſus Yepeſij, & Sandobalij pro eius antiquitate propugnantium ſententiam ad verbum ibi habet: Si l' on en iugé par la forme des lettes, elle n' a point eſtè ecrite avant le douzieme ſiecle, ce qui paroiſt clairement, en la conferant avec l' epitaphe d' vn Abbè mort l' an mil vingt trace ailleurs. Hoc eſt. *Si de huius inſcriptionis antiquitate ſententia ferenda eſt ex formæ characterum, nullo modo ante ſeculum XII. exarata fuerit id quod liquido apparet, ſi conferatur cum Epitaphio Abbatis cuiuſdam, qui obijt anno* 1020. quod alibi ad vivum expreſſum fuit. Hæc ibi.

Sed enim hæc omnia parum nobis incommodant. Nam imprimis ei Inſcriptioni haud tãtum antiquitatis deferimus, quantum Yepeſius ac Sandobalius videntur detuliſſe. Vt conſtat ex noſtri operis pag. 150. num. 25. Deinde argumentum, quod à forma characteris ducitur, non ita invictum eſſe pag. 254. num. 43. itemque 266. num. 23. docuimus. Quanquam nobis Æmilianenſis Epigraphes cum laudato Epitaphio characteres conferentibus non parum varietatis occurrit. extat illa apud Yepeſium tom. 1. fol. 263. æneæ laminæ inciſa; iſtud apud Alderetum de Origine linguæ Hiſpanicæ l. 2. cap. 18. Vtrumque inter ſe ſe, cui otium aut libido, inter ſe conferat inſtrumentum, quàmque inter ſe diſcrepent facilè deprehendet. Maneat ergò Inſcriptionem illam, vt Gothicis planè temporibus non ſit concepta & exarata; vetuſtiſsimam nihilominus eſſe, minimeque à noſtris, (quod Hermenegildus ridiculè pertendit) confictam; quam hominis temeritatem revincere illo in loco nobis propoſuimus, ac ni fallor luculenter præſtitimus.

4 Pag. 296. diximus Vrracam, Ordonium, Garſiam &c. Diplomati Ramiri I, vt & Æmilianẽſi, ſubſcripſiſſe. Quod tamen ſecus ſe habet. Hoc enim non à Ramiro II. vt ibi innuere videmur, ſed à Gundiſalvio, vt in eius Diplomatis examine diſſerte poſuimus, conceſſum fuit. Neſcimus autem quo tandẽ modo illud nobis, aliud fortè agentibus, excidit. Corrigi ergo debet & reponi, eas perſonas quæ illi Diplomati ſubſcribũt,

ſub

ſub Ramiro II. quo regnante iſtud conceſſum à Gundiſalvio fuit,vixiſſe : incredibile autem eſſe,tot homines ijſdem pręditos nominibus,iuxta & dignitatibus,queis priores, poſt ſæculum demum exactum,in ſcenam ac theatrum, velut ex condicto productos eſſe.

Ad pag.321.quæ in excuſationem Roderici Toletani Antiſtitis hic diximus,minus vera eſſe comperimus,vbi per otiũ eius Hiſtoriam cùm Hiſpanicam,tùm Arabicam evolveremus. Manifeſtis enim indicijs deprehendimus ipſum tam in computo Romano,quam Arabico minus verſatum fuiſſe. Quare & magnam partem aberraſſe à vero.

5 Cum autem pag. 322. addidimus ipſum menſe Novembri Iuliano, Xavelique Arabico Cladem illam celebrem addixiſſe,decepti in eo ſumus.Nam menſem Arabicum nominat ille quidẽ,Iuliani ipſi reſpõdentis nullam mentionẽ facit.

Ad pag.113.Putaram Pulgarium primum,vt ipſe ibidem gloriatur,fuiſſe, qui Benedictum Anianæ Abbatem Regulam Benedictinam primùm in Hiſpaniam invexiſſe aſſereret. At id (pręclarum ſcilicèt)inventum à ſuo Pellicerio ipſum expilaſſe deprehendimus.Hic enim in ſuis Annal.l.9.num.6. id commenti aſtruere,& obſtrudere molitur.

6 Pag.372.nu.5.diximus Iſidorum Pacenſem annos Arabicos 93. Iulianis 90. præter propter reſpondere noviſſe. Quod minus verum eſſe mox deprehendimus, ac diſſertè notavimus pag. 378.num.19.Alia,quæ nobis fors exciderint per imprudentiam, omittimus. Eorum ſi nos lector candidus & eruditus admonere non gravabitur, nulla per nos mora erit quin emendentur,cui pręterea & gratiam habebimus.

Pag.178.Neſcio quomodo hoc loco eius argumenti, quod Pulgarius plurimi facit,nobis oblivio obrepſit.Id ex eo ducit quod Cynduaſindi Diploma cum alio poſt duo ſæcula ab Ordonnio II.conceſſo Montenſi Cœnobio mirificè congruat, ita vt eadem verba vtrobique reperiantur.Ex eo infert aut vtrũque inſtrumentum,vel primum certè fictitium eſſe. Sed hoc leve eſt.Quid enim vetat Ordonium,cum ſuum Diploma conderet,Cynduaſindi illud antiquius, quod extabat, præ manibus oculiſque habuiſſe,& ad illius exemplum eius Cancellarium poſterius iſtud conſcripſiſſe ? Maximè cum in his ſolùm hæc duo inſtrumenta conveniant,quæ cõmunia,& inſtar formularũ vulgò vſitatarum ſunt,in ceteris differant. MO-

NONNVLLA dum hoc opus excuderetur, partim ab aliJs quibus obiecta nobis ſunt; partim obiectum iri animo præcipimus ac prævidemus. Ea ſi hic in anteceſſum dilueremus, cum noſtra, tum Lectoris inter eſſe putavimus. Quærunt itaque nonnulli cur Hiſpano idiomatè ſcriptis in nos libellis, Latinum Apologeticum opponamus?

Cur Latine ſcripſerimus quidam quærunt.

His verbulo reſpondemus, in primis Argaiz noſtrum (tametſi alia longè à noſtra methodo, quod vtrumque conferenti conſtabit.) vulgaribus ſcriptiunculis reſponſionem repoſuiſſe vulgarem; adeòque nos noluiſſe, ac fortaſſe nequijſſe, in re dudum ab eo occupata operã fruſtra collocare. Adde quod in nos editi libelli iam ad exteros videntur manaſſe. Onere ergo alieni idiomatis cum tædio ac labore legendi eos relevare voluimus, tumque Antagoniſtarum noſtrorum iniquitatis, cum cauſæ, quam deffendendam ſuſcepimus, æquitatis eo in idiomate, quod toti Europæ eruditæ commune eſt, eoſdem certiores facere. Verbo: exteris potiùs quàm noſtratibus hominibus laboravimus. Ergo noſtra lucubratiuncula eo idiomate in publicum prodire debuit, in quo iucundius ab ipſis percurri, faciliùs queat capi.

Cuius noſtri cõſilij rationem reddimus.

Alij nobis objiciunt dictionis, quam in hac Opellà adhibuimus, obſcuritatem. His non aliud regerimus, quàm quod Vir ſummus Ioſephus Acoſta S. I. ſimilem ſuis politiſsimis iuxta ac doctiſsimis Concionibus dicam ſcribentibus reponendum putavit: *Me Latinè ſcribere Latinè ſcientibus, quibus ſat ſcio neque oratio obſcura, neque impedita videbitur, neque rebus fortaſſe quas tractat indigna. Quod ſi qui concionari* (Hiſtoriam legere) *neque Latinas Conciones* (Hiſtorias) *intelligunt, habent vulgarium plus ſatis, quæ paſsim eduntur in lucem; habent præterea Sermonarios.* (Hiſtoricos) *ſuos ita Latinos, vt à vulgaribus Latini putentur, à Latinis vulgares verius cenſeantur quorum ſtylus à rerum, quas tractant, gravitate, plurimum abeſt.* Nos quidem diſſertorum, multoque minus eloquentium, nomen, non ambimus, non meremur, vltrò repudiamus. At Latinè certè quidem minuſque horridè, & ſqual-

Alij ſermonis obſcuritatem accuſant.

P. Acoſta S. I. Præf. in Conc. de Adventu.

Quæ Latinè ſcientibus nulla erit.

lide;

Iidē, animi noſtri ſenſa efferre annixi ſumus. Quæ ſi qui minus capiunt, nos extra culpā ſumus, qui non ipſis authores fuimus, minoris, quam par erat, in Latinis literis addiſcendis operæ & induſtriæ collocandæ.

Alij nos aliunde fors aggredientur (quod iam dudum nō-nulli fecerunt, qui quòd Diſſertationem noſtram Hiſpanicam de Anno Obitus S. Benedicti *Diatribam* indigetavimus, & ibi aliquotiēs *Epocham* pro *Æra*, *Synchronon*, pro *coætaneo*, poſuimus, in nos tanquam monſtri alicuius, non novitatis ſolùm inve&ores, acriter inve&i ſunt) atque affe&atæ Græcitatis inſimulabunt. Sed iniuria. Quando vnam aut alteram vo-culam eius linguæ inſeruimus, idque cum non occurreret vox Latina, quæ ita ſignificanter exprimeret, quod volebamus. Alioqui omnia hellenifmis referſiſſe facilè poteramus. Ita quondam eruditi noſtrates paſsim faciebant; ita hodièque exteri quique faciunt. Haud oſtentator, gloriolæ ve animal, credo, Hieronymus fuit, apud quem eiuſmodi pleraque paſsim occurrunt. Conſule ſis eius Epiſtolam ad Paulinum, quæ ferè Sacris Biblijs præmitti ſolet, aut ſubijci; in qua vna plura reperies Græcè abſque interpretatione ſubie&a poſita, quam in aliquam multis noſtri opuſculi paginis.

Alij nonnullas dictiones Græcas Latinis immiſtas queruntur.

Sed iniuria. Cum id viri ſummi & ab omnī affectatione alieniſsimi præſtiterint.

Nec deerunt, ſat ſcio, (quod vir do&us haud ita pridem, cum quædam ex his, quæ modo in lucem edimus, cum ipſo communicaremus, nobis obie&avit) qui miſsis hiſce à Latinæ linguæ, quam intimè ſe penituſque callere credunt, ortis difficultatibus, rerum de quibus hic diſceptatur obſcuritatem, noſtramque *ἀμεθοδευσίαν* accuſent, omniaque à nobis diſtin&ius & enucleatius tra&ari potuiſſe contendant. Deſiderabūt nimirum noſtra in Opellà morē noſtratibus in Scholis receptum & pervagatum: nempè vt magno verborum apparatu, multiplicibuſque ambagibus quæſtionem, quà de agitur, proponeremus, tum vt qui à nobis, qui contra facerent & ſtarēt, ſubijceretur; ad hæc vti omnia, quæ plerumque acervatim propoſuimus argumenta, ſingillatim atque *in forma*, vt loquuntur, *Syllogiſtica* proponerentur; tum vt ſingulas propoſitiones concederemus, negaremus, aut diſtin&iuncula adhibita, earum vim & efficacitatem eluderemus. Ne multis: omnia planè Scholaſticè tranſacta vellent.

Nonnulli Methodum criminātur, quæ non plūne ab Scholaſtica differt.

His verbo occurrimus ac reſpondemus, nos haud rudes

adoleſ-

adoleſcentulos tricis Dialecticis imbuendos hic ſuſcepiſſe, ſed maturo & ſubacto ingenio ac iudicio viris iſthæc, qualiacunque demum ſint, elucubraſſe. Succurrit commodùm memoriæ Harpaſte illa, Senecæ fatua. Hæc, vt ille prodit Epiſt. 50. cum in cæcitatem incidiſſet, domum eſſe tenebroſam querebatur. Heù quantum Harpaſtarum hodie eſt! qui cum minus acie valeant, aut non tantum, quantum ad minùs vulgaria opera capienda opus erat, laboris & induſtriæ adhibuerint, ſuam imbecillitatem an ignaviam agnoſcere, & accuſare nolunt; ſed offuſas ſibi ab auctore, vt vt limpido & perſpicuo, tenebras & caliginem cauſantur. Hæc à viris doctis rerūque, de quibus agitur, intelligentibus nobis obiectum iri minimè veremur: alios porrò parum moramur.

Sed inìquè, cum viris ſcribamus, non pueris.

Ad extremum id Lectorem meum, Benedictinum præſertim, ex noſtri operis lectione fructus capere velim, vt nimirū mores ſuos ad veterum illorum, quos Parentes vocat, & ab alijs vult haberi, mores exigat & componat. Alioquin verendum eſt, ne quis nobis illud ex Evangelio, iuxta textum Grecum, obijciat: *Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.* Non minus enim ridiculè tantorum nos Heroum genus ac progeniem eſſe iactabimus, ab illorum interim moribus vitæque ſanctimonia plurimum alieni, quam ſi ſtrigoſus equus ad Bucephalum, aut culex ad Elephantum genus & originem ſuam referat. Ergo qui Benedictum *Patrem*, Benedictinos illos Heroas *Fratres* ſubinde crepat, debet eorum ſimilitudinem exprimere, vitæ morumque ſanctitatem ad vivum referre. Quod ego argumenti, ſi mihi noſtris ab Antagoniſtis obiectum eſſet, planè ſuccumberem, nec vel hiſcere auderem. Demus ergo operam, vt modeſtè, piè, pariter ac ſanctè vivendo, nos eorum genus ac ſanguinem eſſe omnibus approbemus. Attendamus, vt monet Propheta Evangelicus, *ad Petram vnde exciſsi ſumus, & ad cavernam laci de qua præciſsi ſumus.* Idque non tam, (quod à nonnullis fieri amat) vt inaniter inde gloriemur, quam vt ne à tam generoſa ſtirpe degeneremus. Hic noſtræ ſcriptionis ſcopus præcipuus fuit: hic lectionis eiuſdem eſto. Quod vt fiat, Deum Opt. Max. ex animo precor & veneror.

Benedictini ſui muneris ſeriò admonentur.

Ioann. 8. 39.

Iſaias 51. 1.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PER ORDINEM OMNIVM quæ in prima parte noſtri operis tractantur.

SCriptionis Occaſio. Pagin. 1.
Synopſis operis Fr. Hermenegildi à S. Paulo. Pag. 4.
Noſtræ Apologiæ ſcopus, & Methodus. Pag. 6.

D. Hieronymo nunquam vt Religioſum Ordinem inſtitueret in mentem venit. Pag. 7.

Benedictina Regula ſtatim atque à SSmo. Patriarcha noſtro conſcripta eſt per totam, quàm latè patet Europam ab eius diſcipulis diſſeminata fuit, atque in noſtra præſertim Hiſpania ea vivendi ratio quàm primùm recepta eſt, & in mores inducta. 51.

Abſurdum & omninò ridiculum eſt, ante Annum D. 1030. præter propter, Benedictinum inſtitutum Hiſpaniæ ignotum fuiſſe pronunciare. 36.

Hermenegildi Sophiſmata adverſus Benedictinorum Diplomata proponuntur, & diluuntur. 43.

Diplomatum, quæ producimus, fides præſtruitur. 52.

Proferuntur teſtimonia ex Diplomatis Tabularij S. Facundini Monaſterij, quibus nupera & abſurdiſsima Hermenegildi à S. Paulo Hieronymiani Opinatio difflatur. 57.

Demonſtratur ex alijs fidedigniſsimis inſtrumentis, longè ante quam Hermenegildus contendit Benedictinos in Hiſpania viguiſſe. 77.

Idem ex Hiſpanicorum Hiſtoricorum mirifico in hac parte conſenſu demonſtratur. 83.

Obiectiones adverſus dicta propoſitæ, & dilutæ. 94.

Idem ex noſtrorum, totiuſque Hiſpaniæ haud interrupta Traditione, apertiſsimè demonſtratur. 98. vbi de Traditionum pondere fusè. Ibid.

Etiam Gothorum ſtante Imperio, Benedictinum in Hiſpania Inſtitutum maximè viguit. 109.

Hermenegildianæ obiectiunculę propoſitæ ac dilutæ. 115.

Alij Hermenegildi Cavilli, quibus noſtrorum fidem Diplomatum convellere, ac labefactare molitur, proponuntur, ac diluuntur. 126.

Obie-

Obiectiones adverſus Æmilianenſis Cœnobij venerandæ Antiquitatis monumenta, ab Hermenegildo propoſitas, breviter diluimus. 139.
Argumēti Hermenegildo admodū familiaris explicatio. 154.
Alterius eiuſdemque triobolaris Hermenegildi argumenti redargutio. 157.
Ad ſuperiorem Diſputationem Appendicula. 162.
Obonenſis Diplomatis adverſus Hermenegildi Cavillos Vindiciç. 164.
Regis Cynduaſindi Diplomatis vetuſtiſsimi, ac celeberrimi (Vindiciæ. 169.

Partis II. Apologetici adverſus Hermenegildum ſynopſis.

Hermenegildi in S.Benedictum eiuſque ſanctiſsimam Regulam dicteria. 180.
Eius obiectiunculæ ac probra refelluntur. 188.
Aliæ eiuſdem calumniæ diluuntur. 196.
Hermenegildi adverſus Benedictinos Criminationes propoſitæ, ac dilutæ. 201.
Aliæ eiuſdem calumniæ noſtris impactæ diſcutiuntur. 215.
In certos Ordinis noſtri homines calumniæ dilutæ. 219.
Diſſertatio R.A.P. Danielis Papebrochij S.I. tom. II. Act. SS. menſis Aprilis præmiſſa, quæ nobis adverſari videtur, accuratè diſcutitur. 236.
Ferdinandi Gundiſalvij M. Caſtellæ Comitis celeberrimum Diploma examinatur, & ab omni fraudis ſuſpicione aſſeritur. 274.
Diploma celeberrimum de voto in Prælio Clavijenſi à Ramiro I. facto in favorem D. Iacobi obiter diſcutitur. 286.

Appendix I. de anno Obitus S. Benedicti.

Diſſertatio de anno Obitus S. Benedicti. 299.
Noſtra ſententia proponitur, & explicatur. 309.
Pellicerij Obiectiones propoſitæ, & dilutæ. 313.

Appendix II.

Diſſertatio Chronologica de Anno Sarracenicç Cladis. 319.
Noſtra mens ſuper hac controverſia aperitur. 335.
Demonſtratur Annos Arabicos, ſivè Epocham Hegiræ Mahometicæ cæpiſſe Anno Chriſti 622. quod principij loco omnes Chronologi ſibi ſumunt. 344.
Quoto ante Epocham Chriſtianam vulgarem, anno, Æra Hiſpanica initium habuerit? 356.

SCRIP-

SCRIPTIONIS OCCASIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SECTIO I. CAPVT I.

Vndè nobis primum Hermenegildus, eiuſque opus innotuerit?

MORABAR, ante octennium puto, ad nobiliſsimum, totaque Europa Celeberrimum S. Facundi Cœnobium, in quo Deo, Benedicto, Sacerrimæque domus Tutelaribus Divis Facundo, & Primitivo memet, indigniſsimum quamlibet, iam inde à puero dicavi. Agebat tum temporis Salmanticæ R.A.P.M. Fr. Gregorius de Quintanilla, qui bis eidem Monaſterio laudabiliter præfuerat Abbas, & tunc Hebraicas literas in ſupra dictæ vrbis celeberrima Academia magna nominis celebritate tradebat. Is, pro ſua in nos animi propenſione, & quòd ſanctæ prima elementa linguæ ipſo Doctore, & auctore didiceramus, nobis familiariter admodum vtebatur. Ergo humanitatis plenas literas ad nos dabat creberrimè. In his quaſdā accepi, quæ plus ne iræ, an riſus à nobis expreſſerint, haud facile decreverim. Monebat enim vt excuſsis Tabularij noſtri imprimis totius Hiſpaniæ celebris, & antiqui, ad vnum omnibus inſtrumentis; in queis ex ijs tandem, ante annum Domini 1030. expreſſa *Benedictinæ Regulæ* mentio reperiretur, ſedulò annotarem, adſeque porrò Salmanticam tranſmitterem. Prodijſſe enim Hermenegildum, neſcio quem, qui ſe ferret Hiſtoricum, Hieronymianum, qui Benedictinos vnà cum ſua Regula ante prædictum annum Hiſpaniæ ignotos fuiſſe, mordicus aſſereret.

2 Ad ea nos, vti dicere occæperam vix iram, aut riſum tenere potuimus; atque in hanc fermè ſententiam Quintanillæ reſpondimus. Nos gravioribus, atque vtilioribus occupatos, quam nobis provintiam iniungeret, haud quaquam (nullo præſertim laboris improbi, aut operæ pretio) obire poſſe. Securū tamen optimum Patrem, ac Magiſtrum iuſsimus eſſe. non in eo verti Benedictinorum fortunas. firmioribus eas nixas eſſe radicibus, quàm vt nuperi, eiuſdemque abſurdiſsimi Hiſtoriographi evanidà impreſsione labefactari poſſent. Neque, ſi me audiret, ſtylum in hominem diſtringeret cuius, ſi Benedictini omnes coirent, operaſque coniungerent, haud ita graviter intemperiem, præcipitemque temeritatem vlciſci poſſent, atque eādem ipſe, propudioſo opere in lucem emiſſo, in anteceſſum vltus eſſet. Neminem enim (qui quidem Eccleſiaſticam Hiſtoriam primoribus, quod dicitur labris deguſtaſſet) non ipſum cum invecta novitate effuſo riſu proſecuturum. quare nihil profuturo labori parceret. Hæc igitur, aut his ſimilia, quæ mixta admirationi indignatio ſuggerebat reſpōdimus. Neque magis in poterum nuperi (ſi Deo placet) Hiſtoriographi fabellam, quàm Arcturi Britani, aut Amadiſij Galli geſta curavimus.

Quem minimè Benedictinis curandum, nedum ſeriò refellendū, duximus.

3 Quamquam autem poſt paulò Salmanticam, obedientià iniungente, translatus ſum vbi Hermenegildi ſcripta evolvendi copia fuit, neque qui eò vocarent deerant; nunquam tamen, vt ea legerem, à me exprimi potuit, nefas enim eſſe putavi gravioribus curis, & ſtudijs deſtinatum tempus hiſce nugis impendere. Interim tamen prodijt Quintanillæ *Tabernaculum Fœderis*, cui ille operi egregiam pro Benedictinis adverſus Hermenegildi in eoſdem ineptias, tametſi alieno (quod ipſe fatebatur) loco, Apologiam intexuit. Neque multi porrò menſes, an dies abierant; cum *Inſtructionē Hiſtoricam* Argaiz noſter ὁ μακαρίτης adverſus Hermenegildi *Originē*, & *Defenſionem Hieronymianam* (ita enim duo vægrandia volumina, quæ primùm adverſus Benedictinos evomuit, inſcripſit) in lucem emiſsit. Quo in opere egregiè Hermenegildus (& ſi longe infra meritum) vapulavit. Id in rabiem hominem, in iram cætero qui proclivem, propemodum egit Quare *Inſtructionē Prævium, Inſtructioni Hiſtoricæ* Argaiz quam primùm regeſsit. Is liber, cum ad manus fortè noſtras veniſſet, quia

Etſi nōnullis incitantibus.

quia eius molis erat, vt intra breve tempus perlegi poſſet; quem duo priores incuſſerant, timorem ademit. Ergò illum evolvere cum cura occæpimus. quid nobis animi inter legendum, quid lecto libro fuerit, ne quæras à me Lector, quin ipſe potius in rem præſentem veniens, paucarum horarum diſpendio ex te ipſo conijcito. Neque te (iam ante prædico) ſuſcepti laboris admodum pœnitebit. riſus enim temporis iacturam abundè penſabit. Quamquam nos non tam riſus, quam miſeratio ſubijt noſtræ Hiſpaniæ, quæ talia monſtra ferat, conditionem miſeram reputantes. Ergò librum indignabundus abieci, certus nihil admodum in poſterũ cum eiuſmodi Scriptore habere commercij.

4 Sed enim, qui alieno nutu vivimus, haud poſſumus decretorum conſtantiam tueri. Haud diù enim erat, quòd ita apud me ſtatueram, penituſque decreveram, cum ab ijs, quibus contradicere, aut reſiſtere religio mihi eſt, nuncius affertur, prodijſſe nuper ab eadem Hermenegildi officina opus, quod cætera eius hominis, quamlibet mordacisſima, mordacitate, & in noſtros maledicentia longè multumque vinceret. Addebãt miſtas imperio preces, queis innuebant, vt hominem tam indignè de Benedictino Ordine, nihil tale commerito, locutum, qua par erat, verborum acerbitate exciperem. Nam vtcumque in privatis iniurijs condonandis liberales, & faciles eſſe nos deceat, quæ vniverſi tamen Ordinis decus petunt, eas impunè tranſmitti nefas eſſe. Nam præterquamquod è republica eſt, ſi homines procaci lingua valide refellantur; impietatis plenum eſſe, ſi optimam parentem familiam noſtram, cui multò potiora, quam ijs, qui nos genuere, beneficia debeamus, impune proculcari patiamur. Hæc, aut his ſimilia ad nos tum ſcripta. quibus ego perlectis, vehementius indolui. Nam & eorum, à quibus ſcribebantur, voluntati, incolumi pietate, reſiſtere non poteram; & quàm difficilis, abque meo ingenio, moribuſque aliena meis humeris ſarcina imponeretur, iam tum animo providebam. Enim verò quamvis improbo, eorumque vires longe ſuperanti oneri, ſubmittendi fuere.

At inviti ſtylum in eum diſtringere coacti ſumus.

5 In ipſo autem operis ingreſſu id fauſtiſsimi ominis loco fuit, quòd, diu quamvis quæſitum opus Hermenegildi, non comparebat. aiebant enim quibus inquirendi negotium

dederam, rem cuniculis agi, atque clanculum aut Benedictinorum æmulis, aut hiſtoriæ prorſus ignaris eum librum obtrudi; ab noſtrorum autem, & eorum, qui rem capere poterant, oculis quàm longiſsimè arceri. Itaque cum lucifuga antagoniſta mihi certamen fore animadverti. Sed enim è latebris protractus, ad noſtras denique, poſt annum fermè, manus pervenit.

Sinopſis operis Hermenegildiani.

CAPVT II.

Prædictio noſtra de noviſsima Hermenegildi lucubratione.

1 PAVCÆ hebdomadæ, an dies abierant, ex quo ad eum, qui typis mandari Hermenegildiani operis nos certiores fecerat, in hanc fermè ſententiam reſcripſeramus: Nihil admodum de nupera Hermenegildi lucubratione Benedictinos noſtros ſollicitos eſſe debere. Nos enim quantum ex hominis ingenio, ex ante editis abundè nobis perſpecto, conijcere dabatur, quid eo libro contineretur, è veſtigiò edicturos, eique porro nondum viſo, ne dum perlecto, reſponſuros pollicebamur. Vates fui. nihil enim, eo per otium lecto, quod non antea prævidiſſem, occurrit. Nam omnia, quæ antehac infauſto alite malè chartis illeverat, iſto in opere peſsimè repetivit. Eorum iuxtà verus verbum ſimillimus, qui cum malè canant, nunquam tamen cantare, omniumque auribus obſtrepere deſiſtunt.

Quam res ipſa, & eventus confirmavit.

Quid propoſitum Hermenegildo ſuo in opere fuerit.

2 In primis ergò tùm in hoc, cùm in cæteris ab Hermenegildo expoſitis veriùs, quàm maturè editis fœtibus, id homini propoſitum fuit, non vt ſuum (quod præſefert) Ordinem commendaret, aut defenderet; ſed vt Benedictinum ſibi (neſcio qua de cauſa) infenſum, quàm poſſet acerrimè inſectaretur. Quidquid igitur maledictorum aut invidia, aut malevolentia in Benedictinos vſquam evomuit, id omne, emendicatis huic inde ſuffragijs, optimus cõpilator corraſit, ipſiſque porrò in os totidem ſtrenuè ingeſtis, veterem crambem recoxit: quid ad ea ante ſe (quamvis depontanum iam ſenem) natũ Benedictini reſponderint, interim ſecurus. Neſcio quid Magno Baronio in Benedictinos nonnullos exciderat. id ad nauſeam nulla nõ in pagina repetit Hermenegildus. Gallonius in

Vndenam tot in noſtros maledicta corraſerit.

eoſdem vehementius exarſerat. Nuſquam non, quæ in illos maledicta contorſit, apud iſtum occurrunt. falſata nonnulla quondam ab Legerenſibus authographa Sandobalius noſter in Pampilonenſium Hiſtoria antiſtitum prodidit. Ea vtramque Hermenegildiani operis paginam faciunt. Confictum, neſcio quid ab Conſtantino Caietano Romæ Leo Allatius ſparſerat. Id tertio quoque verſu in oculos incurrit. Iam neſcio quid, quod ex Sancij Maioris quodam Diplomate adverſus Benedictinorum in Hiſpania antiquitatem ab nullo ante animadverſum homo acutus eruerat, quam ſæpe inculcat? Peream, ni pluſquam millies iſto in opere poſtremo ſolo, egregius Rhetor nempè, lectori obſtruſerit. Nam Concilij Coiancenſis, quod ſuo commento favere imaginatur, cantinela, ita homini placuit, vt eadem repetenda ſuos lectores enecet.

3 Iam cum in noſtros Hiſtoriographos Yepium, Sandobalium, Raynerum, San-Victorium, Vivarium (Nam Argaiz, & Quintanillam in quos tertio quoque verbo, non folio tantùm, debachatur, conſultò omitto) incipit arietare, tunc, quod dicitur, ὕππος εἰς τὸ πεδίον, ibi ſuæ caninæ vela facundiæ explicat; ibi quidquid ſcommatum annoſus, & amarulentus ſenex, qui huic vni per totam ætatem ſtuduiſſe arti videtur, lōga obſervatione collegit, velut è plauſtro iacit. At quo ſale condita ſcommata Deus immortalis! flagrare nivem dicas, præut illa frigent. Sui, credo, Scorialis nuperum incendium his, loco frigidæ, affuſis poterat reſtinxiſſe. Queis noſtros præſertim inſigniores Hiſtoricos ſubinde configit.

4 Neque hic finis. Nam vbi convicia in homines omnia conſumpſiſſet; in ipſos (nefas) divos furorem vertit. Ne ipſi quidem proinde Monachorum Parenti parcit; quem ne Benedictum quidem nomen ab eius tutum præſtat maledictis. Eius Regulam, qua nihil (vbi à ſacris codicibus diſceſſeris) ſacratius Eccleſiā habere, nihil vtilius, Docti conſentiunt, qua poteſt, arrodit. Ex aliorum ſcriptis compilatā, plus æquo mittem, aut etiam, ſi ſuperis placet, laxam, nimium quantum ab Antiquorum perfectione, rigoreque Monachorum deſciſcere (alter nempe Pachomius, redivivuſve Hilarion) non veretur aſſerere. In eius porrò Sanctiſsimo authore deprimendo omnes induſtriæ & ingenij ſui nervos contendit. Sapientiæ nomine nonnulli Benedictum commendarant? atqui idiota Hermenegildo, rudiſque planè eſt. Monachorum Ducem, & Ante-

Neque ipſi SS. P.N.B. parcit.

Quin Sanctam eius Regulā traducere audet.

ſignanum dixerant? Id honoris Hermenegildo nō placet. Vnō verbo: quidquid laudis in Sanctiſsimum Parentem amantiſsimi,ijdemque ſapientiſsimi congeſſerant filij,id totum vanitatis,aut futilitatis Hermenegildus condemnat. Hæc ſunt Hermenegildi τα πάντα.

Methodus Hermenegildiana.

5 Ecquis porrò tractandi modus? cuiuſmodi ſtylus? dignum planè, quod dicitur, patella operculum. Turbidus, lutulentus,confuſus,expers methodi,aut ordinis,ſui paſsim immemor,breviter πάντα μια κονις. Tam crebras illas repetitiones,quis tam adamantinis ſit auribus, vt ferre queat? eadem ſexcenties inculcat, eidem ſaxo,ſpongiæ more adhæreſcit, & vbi in aliquid, paulò in noſtros contumelioſius incidit, id premit vnum,id mandit,ac remandit,neque conviciandi, aut inſultandi,quos victos credit,modum facit vllum. Hæc,& his graviora ſolent ab his iactari, qui alios oppugnant. At ni, Hermenegildi libro perlecto, me quàm modeſtiſsimè operis indignitatem adumbraſſe perſpexeris; nolo in cæteris, quæ ſuperant,vllam mihi fidem,mi lector,habeas.

Noſtræ Apologiæ ſcopus & Methodus.

CAP. III.

1 QVID ſuo in opere Hermenegildus, quaque rationē tractet, ob oculos Lectoris poſuimus. quem in noſtro nobis ſcopum præfixerimus, iam hinc eundem monitum volumus. Non ergo nobis in animo eſt ad omnes omnino hominis ineptias reſpondere. Ex ijs inſigniores quaſdam dumtaxat,quarum nempè reliquæ ſunt velut ἀποφύματα & appendices nobis refutandas ſe poſuimus. Cui enim bono omnes ſingillatim perſequeremur? quando hæ ad ſolum datæ cæterarum ruinam ſecum indubiè trahent. Iam in pleriſque controverſijs, vt illa de Magni Gregorij, Auguſtini Angliæ Apoſtoli, Sociorumque Monachatu, & ſimilibus, quæ à noſtris luculenter diſceptatæ ſunt, quibuſque tantum abeſt, vt Hermenegildus reſponderit, vt eorum etiam, quæ maiorem in nos vim habere videbantur,ab illiſque ſunt egregiè diluta, magnam partem omiſerit, in his, inquam, operam noſtram ludere nullo modo voluimus. Eas noſſe, ſi quis avet, Raynerum, Yepium, Bellotum, Lauretum, à Zype, Bucelinum

noſtros

noſtros conſulat ij ſitim, quamvis magnam, explebunt, quamque impar tot Hectoribus Achilles Hermenegildus ſit (ſe dato modo, & à partium ſtudijs vacuo animo legantur) oſtendent. In noſtræ Hiſpaniæ præſertim rebus, in quibus non minus apertè, quam intolerabiliter Hermenegildus labitur, longiores erimus, vt vel ex eo appareat, quàm rerum exterarum peritus ſit, qui in domeſticis adeò miſerè hallucinetur. Convicijs porrò, & dicterijs inter confutandũ abſtinebimus; nam & ab his cùm naturâ, tum inſtitutione, plurimùm abhorremus; & alioquin viros Deo dicatos, ac Religioſos iſthæc haud ſanè decent.

Quiſnam cũ Adverſario agendi modus.

2 Quò autem prætextus, quem iteratis ſuis lucubrationibus Hermenegildus obtendit, iam hinc amoveatur, ab ea Diſputatione (ſi res tamen adeò perſpicua in controverſiam vocari debet) auſpicari libuit, qua in Hieronymianorum antiquitatem, & eorum verum Parentem, & Authorem inquiritur. Vbi enim conſtiterit eum Ordinem, cæteroqui nobiliſſimum, vix tria ſæcula ſuperare; D. que Hieronymum non tam eius Parentem, quam Patronum eſſe; ſimul apparebit, nullam homini cum Benedictinis de primatu, & antiquitate certandi cauſam fuiſſe; idque ſibi vnum, eos vt probris, ac maledictis inceſſeret, propoſuiſſe. Sed ad rem iam ipſam cominus veniamus.

D. Hieronymo nunquam vt Religioſum Ordinem inſtitueret, in mentem venit.

CAP. IV.

1 HOC Adeo verum eſt, vt non defuerit, etiam ex Catholicis (Eraſmum enim, & Hæreticos nonnullos id præfractè aſſerentes, nihil moramur) nuperus Theologus, qui verè Monachum S. D. fuiſſe inficias ierit. Cuius ſententiæ vt nullo modo aſſentimur; ita ex ea Monaſticæ familiæ nequaquam authorem fuiſſe manifeſtò convincimus. Ecquis enim poſt hominum memoriam Monachorum aliquẽ Patriarcham v. g. Antonium, Baſilium, Benedictum, Dominicum, Franciſcum, Monaſticem profeſſum eſſe negare eſt auſus?

1. noſtri aſſerti probatio ex eo quod nonnemo Monachum Hieronymum fuiſſe inficias ierit, ducta.

2 Præterea mihi veteris Eccleſiæ memoriam replicanti, nihil admodùm occurrit, quod hunc Doctori Maximo titulum afferat. Hoc nos vetera Eccleſiæ monumenta docent.

Quod antiquior, ac ſincerior Eccleſiaſtica Hiſtoria apprimè confirmat.

 Hie-

Hieronymum adoleſcentulum in Chalcidis eremum ſeceſsiſſe; inde Monaſticæ perfectionis addiſcendæ deſiderio, Ægypti ſolitudines, earumque incolas Monachos ſanctiſsimos adijſſe. Tum in Palæſtinam reverſum, erecto proprijs ſumptibus Cœnobio, ad Præſepe Domini Betlehemi ſedem fixiſſe, huic, & alteri à Paula ſanctiſsima Matrona, quæ eo Magiſtro ac Doctore vtebatur, erecto, plurimùm præfuiſſe. Tria enim fœminarum ab eadem Heroina ædificata Hieronymo paruiſſe nemo tradit, quamquam eius conſilio, ductuque in multis vſa, haud protervè negarim. Hoc Baronius, Hoc Siguenza Hieronymianus, hoc Marianus Rheatinus, hoc alij, quibus SS. Doctoris res geſtas ex eius epiſtolis colligere cura fuit, memoriæ prodidere. de cætero altiſsimum ſilentium. Hoc ne eſt Monaſtici inſtituti conditorem eſſe? ſanè vt tua ratio, Hermenegilde, eſt, innumeri præter hucuſque cognitos, & receptos, Monachorum Patriarchæ extiterint. eodem enim iure vnius, aut alterius Monaſterij Præfectum, aut ſi placet, etiam ſpiritalis Palæſtræ Magiſtrum, Monachorum Patriarchã dixeris. Quorſum ergo attinet, quæ non ſunt, quæ non fuere, ficulneis nixum coniecturis comminiſci? quorſum tot Hieronymianorum colonias in Italiam, in Hiſpaniam, Galiam, vltimos denique Britanos, miſſas, tot Romæ, & alibi Monaſteria erecta fuiſſe contendere.

Idem Hieronymi altum ſilentium evincit.

3 Præterea ex authore Originis libenter quæſierim, balbus ne D. Hieronymus fuerit, qui mentis ſuæ ſenſa ſatis perſpicuè exprimere ſtylo nequiverit? quamquam magnopere vereor ne Hermenegildo vir diſſertiſsimus balbutiat; quãdo vix eſt, vt aliquando, quid ſibi S. D. velit in ijs, quæ paſsim affert eius teſtimonijs, aſſequatur. Sed, cuiuſmodi Hermenegildo ſit, Doctis certè, nihil illo diſſertius, nihil facundius. Producat ergo vel vnũ ex ipſo teſtimonium in quo diſſertè, ac ſine ambagibus, ſibi vt Monaſticam Familiam condat, ſivè conditam propaget, curæ eſſe affirmet. Reſpondebit forſam SS. D. obſcurè dedita opera præ modeſtia eſſe locutũ. Egregium porrò effugium. quaſi vero Benedictus, Dominicus, Franciſcus, Ignatius, alijque Religioſorum cætuum Duces, qui varias Deo inſerviendi rationes, pro ſuo quiſque modulo, ſe in Eccleſiam invehere palàm profeſsi ſunt, ſuam, non Dei gloriam, ſibi ante oculos propoſuerint. Sanè D. Hieronymus ad Scripturarum

Nec obſtet Hermenegildi dilutum acumen.

ſtu-

Digitized by Google

ſtudium pleroſque diſſertiſsimè invitat; iiſque ſe Doctorem, viæque ducem fore, nullo circuitu verborum, identidem pollicetur. an iccirco gloriolæ animal à quopiam audivit?

4 Accedit: quod inſitum eſt omnibus à natura, ſuam vt quiſque familiam amet, eamque, qua poteſt, augeat, & illuſtret. Id videre licet in ſectis Philoſophorum, & (vt ad rem noſtram propius accedamus) in cæteris, quæ vnquam floruere, Religioſis familijs. Hinc tot earum ſucceſsiones à varijs editæ; hinc magnorum ex ijs virorum res geſtæ litteris conſignatæ; hinc, ſi quid præclari ab illis inventum, pravive ex hominum moribus ſublatum, non eſt omiſſum. Cur igitur, ſi tot tamque nobiles ſui inſtituti aſſeclas, quã multos, quamque illuſtres Hermenegildus ſomniat, ſanctiſsimus Doctor habuit, nulli ex ijs curæ fuit, vt tàm multa, tàm pręclara, quę de illis Heroibus dici poterant, memoriæ proderet, ac poſteritati commendaret?

Altum omnium ſilentium de imaginaria hac familia, eam nuſpiam extitiſſe, evincit.

5 Meritò proinde Magnus Suarius, ſuæ Societatis immortale decus, tom 4. de Religione l. 2. c. 5. n. 7. ſub finem, re, qua ſolet, iudicij lance, perpenſa, ita pronũtiavit. *Quod vero*, inquit, *peculiare inſtitutum religioſum* (Hieronymus, de quo ibi agit) *inſtituerit, aut quod regulam aliquã religioſam, vel peculiarem habitum ordinarit, vel quod poſt mortem ſuam pro aliquo tempore habuerit, proprios aliquos ſui inſtituti imitatores ſub eius titulo, affirmari non poteſt, quia nullum habet in antiquitatem, fundamentum.* Hæc ille.

Quod egregiè, vt pleraque omnia, animadvertit Suarius, tom. 4. de Relig.

6 Sed intercedit validè Hermenegildus, negatque mordicùs quartum illum *de Religione* tomum, eximij viri germanum fœtum eſſe. Cur ita? quia multa, inquit, cõtinet tanti viri iudicio, eruditione, atque pietate indigna. Et quî tandem factum eſt, vt eruditiſsima, circunſpectiſsimaque Societas, quæ ſui Suarij, pro eo, ac tanti viri dotes merentur, memoriam veneratur, honori ſtudet; in illius dedecus id volumen, quod tam multa (ſi tibi fidem habemus) levia, & indigna continet, ſub eius nominis vmbra voluerit apparere? At quæ tandẽ ea ſunt, quæ Suarij ingenio, atque iuditio indigna eo volumine continentur? multa, inquis. non ſat eſt ita indefinitè loqui, ac in re tam nova, nulla peculiari cauſa addita, tam novam, tam inauditam ſententiam præcipitare. Sed enim iam video, quæ tandem ſint ea multa, quæ te ab eius authore libri ab alienarunt.

Qui eius germaniſsimus fœtus eſt, quidquid cõtra cavilletur Hermenegildus.

runt,

runt. Benedictinis Ordinis natales, qua erat doctrina, & ingenuitate, non quales tu ſomnias, ſed cuiuſmodi apud graviſſimos, vetuſtiſsimoſque authores legerat, poſuit. de Hieronymiano Ordine, quæ paulò ante dedimus, & plura quæ omiſsimus, in literas miſit. Hoc te ſcilicet vſsit; hoc ad eam intemperiem, qua in tantum virum es vſus, præcipitavit.

Hermenegildi argumenta proponuntur, & diluuntur.

CAP. V.

Primum argum. Hermenegildi ab Eccleſiæ approbatione petitum.

1 SED quibus argumentis in tam abſurdam, & ab omniũ ſenſu Hiſtoricorum abhorrentem ſententiam Hermenegildus deſcenderit, per otium videamus. Eam igitur ab Eccleſia tantum non definitam eſſe contendit, quæ in Sanctiſsimi Doctoris ſolemnitate hæc inter alia de ipſo recitat: *Verum cum priſtinæ*, inquit, *ſolitudinis deſiderio teneretur in Palæſtinam reverſus Betlehem ad Chriſti Domini præſepe in Monaſterio, quod à Paula fuerat extructum cœleſtem quandam vitæ rationẽ inſtituit.* En, inquit, novæ, eiuſdemque cœleſtis vitæ rationis Hieronymus ab Eccleſia author aſſeritur. quare nullis flammis piaculo ſat expiãdo, qui ſecus affirmare audent, ſeſe obſtringunt. Ita paſsim Hermenegildus. Nec opus eſt loca deſignare; (quod ſemel monuiſſe ſuffecerit) quando apud ipſum tum hoc, cum reliqua argumẽta (qui eſt hominis ſolemnis mos) identidẽ occurrant.

Sed parùm his, quæ alibi docet, conſentaneè.

2 Iſtud tamen quidquid eſt argumenti, ab vna noſtri Hiſtoriographi ignorantia proficiſcitur. In quo primò eius ſive oblivionem, ſive iniquitatem potius ne mirer, & reprehẽdam, haut ſatis ſcio; qui ſimilibus argumentis à Benedictinis ſæpius preſſus, ea contemptim reijcit, ſæpeque, etiam in ipſa ab Eccleſia approbata, & Fidelibus in SS. ſolemnitatibus ad legendum propoſita eorumdem acta haud tolerandos errores, & interdum mendacia irrepſiſſe, ſuæ *Satisfactionis Hieronymianæ* (ita enim hoc poſtremum opus indigitat) parte 1. c. 2. fol. 18. & alibi, pro ſuo more, diſſertè docet. Itaque vbi hoc Eccleſiaſticæ authoritatis Benedictini ſcuto ſe tegunt, ab eius impetu haud ſatis tuti ſunt. cùm ad hoc ipſe aſylum confugit, id inviolatum eſſe vult; ac ſacrilegum, ſi quis inde ſe avellere audeat, magna laterum contentione clamat.

His

3 His tamen, queis opus non habemus (quamquam alioqui magni nobis, tametſi non in hac parte infallibilis, Eccleſiaſticorum monumentorum authoritas eſt) interim omiſsis; nimium quantum à vero aberrat, dignumque Orbilij ferula ſe ſatis prodit Hermenegildus, dum ex eo quod Eccleſia cœleſtem *quandam vitæ rationem D. Hieronymum inſtituiſſe ad Præſepe Domini aſſerit*, ipſum Monaſtici authorem inſtituti, per puerilem errorem, facere putat. At hoc minimè vult Eccleſia illis verbis Hermenegilde. *Tὸ* enim *vitæ rationem inſtituere* latinis auribus idem ſonat, atque *aggredi, incipere.* id quod vel vulgaria Lexica te docebunt. Neque exempla in re adeò pervagata ſunt opus.

Ac per Grammaticas ignorantiā ſupinam.

4 Fac tamen *Tὸ vitæ Cœleſtis rationem in ſuo Monaſterio inſtituiſſe*, idèm valere, atque alijs ſibi ſubiectis ad pietatem vitamque ſanctiorem, qua doctrina, qua exemplo, præiviſſe. Vnde tamen ex eo Monaſtici authorem inſtituti eum fuiſſe infers? Præſit aliquis Benedictinus. v. g. Franciſcanus, aliuſve inſtituti Monachus recens erecto Monaſterio; aut verò ei in quo Monaſticæ diſciplinæ vigor ab vetere nonnihil, & primitivo deſciverit. Id ad Benedicti, Franciſci, aliuſve normam exigat, quàm poteſt fieri, accuratiſsimè. Hunc in eo Cœnobio *Cœleſtem quandam vitæ rationem inſtituiſſe* rectè dicere poſſumus; Monaſticæ porrò authorem eſſe diſciplinæ, ni libeat inſanire, dicere non quimus. Idem hic factū puta. Hieronymus ſive Elianam, ſive Antonianam, ſive Pachomianam, ſive aliam quamvis ex multis, quæ tunc in Oriente vigebant, regulam, cum ſibi, tum ſuis, quam ad vnguem obſervarent, & ſequerentur, propoſuit Nullo igitur iure peculiaris eum authorem inſtituti dixeris.

Teſtimonium ab Adverſario productū, vel ſi maximè, vt ipſe cōtendit, intelligatur, id quod vult, non evincit.

5 At demus tibi gratis (quod tamen concedendum omnino eſſe ex Eccleſiaſticis, quæ quidem extant, monumentis nunquam evinces) gratis tamen tibi demus peculiarem, & à paulò antè nominatis diverſam vivendi rationem, & ſectatum ipſum eſſe, & ſuis Monachis ad obſervandum propoſſuiſſe. Haud tamen Monaſtici Ordinis Parentem eum eſſe inde officies. Quàm multi in Occidente, aut ex diverſorum PP. regulis temperatam, aut propriam piè vivendi rationem in ſuis quique Monaſterijs ſecuti eſſe leguntur? quos tamen Religioſi Ordinis Patriarchas nemo ante te dixit. Ij ſoli, ſi neſcis,

Vt Hieronymus peculiarē in ſuo Cœnobio vivendi rationem inſtituerit, non continuò Monaſtici Ordinis Conditor dici poteſt.

hoc

Digitized by Google

hoc nomine dignantur, qui peculiarem Deo impenſius famulandi ritum, & ſecuti ipſi ſunt, & in ſuæ fidei commiſſa cœnobia introduxerunt, & in alia derivarunt. tales Benedictus, Franciſcus, Dominicus, & alij multi fuere. Hoc ſi in Doctorem Maximum (quod nunquam, ſat ſcio, præſtabis; hucuſque certè quidem minimè præſtitiſti) convenire oſtenderis, quod alijs haut gravatè nomen concedimus, ipſi non in videbimus.

2. Argum. ex eo quod quatuor Hieronymi. Monaſterijs præfuerit, ductum. Sed frivolum.

6 Deinde D. Hieronymum Monaſtici cætus Patriarcham ex eo facit, quòd Betlehemi quatuor, quinqueve Monaſteria ſibi ſubiecta haberet. ſed hoc treperum valde eſſe, & vt verum eſſet, haut tamen id, quod vult Hermenegildus ex eo confici paulò ante monuimus. neque eſt diutius in tam levi argumento diluendo (in quo tamen aliquam multa chartæ folia inaniter abſumit) nobis immorandum.

3. Argum. è varijs ab Hieronymo peregrinationibus ſuſceptis petitum.

7 Aliud huic par, & geminum ex eo ducit, quòd nihil cauſę alioquin vſque adeò lōginquarum peregrinationum ſuſcipiendarum Hieronymo fuiſſe videatur. Cur enim (argutatur) Nitriæ, Ægyptique ſolitudines inviſeret, niſi vt inde, argumentoſæ apiculæ in morem, id mel doctrinæ excerperet, quo melle, quam condere meditabatur, familiam paſceret?

Sed nihilo ſuperiori ſolidius.

8 Sed hæc futilia ſunt, indignaque prorſus, quæ in rei tam novę argumentum trahantur Caſianus, Severus Sulpicius, innumerique alij eaſdem, aut etiam longinquiores peregrinationes inſtituerunt. Quis porrò Monaſtici Ordinis condendi, & non potiùs animi in pietatis ſtudio excolendi cauſa ſuſceptas, vſquam ſomniavit?

4. Argu ex Hermenegildi coniectura, D. que Hieronymi teſtimonio petitum.

9 Addit Sanctiſsimum Doctorem ea gratia Betlehemi Monaſteria condidiſſe, quo inde in totum Orbem Religionis derivandæ fundamenta prima iaceret. Hinc factum vt tam præclari, cœleſtiſque inſtituti in ſuas provintias importandi cauſa, ex toto orbe viri ſanctitate, & doctrina celebres ad Hieronymum certatim accurrerent. vt merito proinde S. D. ſcriptum reliquerit: *quicumque in Gallia primus huc properat, diuiſus ab orbe noſtro Britanus, ſi in Religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, quærit locum fama ſibi tan*tùm, & Scripturarum, relatione cognitum. *Quid referam Armenios, quid Perſas, quid Indiam, quid Æthiopiam, ipſamque iuxta Ægyptum fertilem Monachorum, Pontũ, & Cappadociam, Cœlem, & Meſopotamiam, cunctaque Orien-*

Orientis examina? Et poſt pauca: *Vox quidem diſſona, ſed vna Religio, tot pœnè quot gentium diuerſitates, &c.* Euge Hermenegilde viciſti. tibi proinde Hieronymianum inſtitutum tam brevi, tam fœliciter per totum, quam latè patet, orbem diffuſum, ex animo gratulamur.

10 Sed vide interim ne te pueri irrideant (Nam & hæc pueris epiſtola apud noſtrates prælegi ſolet) qui ab Ludimagiſtris didicerint, Hieronymum, ſive Paulam, & Euſtochium, quarum nomine ſcribitur; nihil aliud in ea epiſtola voluiſſe, quam vt Marcellam Romæ tunc commorantem; ad ſe Bethlehemum pertraherent. Id quò ab SS. Matrona impetrent, loci Dominicis incunabulis nobilitati, qui adeuntium, & incolentium animis pietatem inſtillet, ſanctitatem deſcribunt. addunt infinitam mortalium, quò ex eo eandem hauriant, vndique confluentium multitudinem. nullum in tota, quanta eſt, epiſtola, de Hieronymiana recens ibi, vt tu ſomnias, erecta familia, leve veſtigium. Quid eſt ergo nugari, ſi non eſt iſtud, Hermenegilde? Nam illud omnes lepores ſuperat quod in *Tu ſi in Religione proceſſerit*, & in illis, *ſed vna Religio*; *Religionis* vocabulo vncialem propè literam præpoſuiſti: quaſi de recens ab ſe condita, non de chriſtiana, Hieronymus intelligeret. Atqui, vt ne hoc ignores, Hermenegilde, vt *Religionis* vocabulum pro Monaſtico inſtituto vſurpetur, nuperrimi vſus eſt, nec ante annum Domini Milleſimum, aut circiter, collapſa demum latini ſermonis puritate, receptum.

In quo peccat multipliciter.

11 Sed ad alia eiuſdem furfuris gradum promoveamus. Probat ergò D. Hieronymum ab ſe inſtitutum Monaſticum inſtitutum Romam invexiſſe, ex eius epiſtola 22. ad Euſtochium, in qua ita ſcriptum reliquit. *Tertium genus eſt, quod Remoboth dicunt deterrimum, atque neglectum, & quod in noſtra prouintia, aut ſolum, aut primum eſt.* Quibus ex verbis homo Lynceus Romæ Hieronymum Monaſticem propagaſſe hunc in modum infert. Provintia, inquit, de qua Hieronymus ea in epiſtola agit Palęſtina eſſe non poteſt: ibi enim multa Cœnobia tum ab Hieronymo, cum ab alijs inſtituta, piam vivendi rationem per ſanctè obſervantia, tunc temporis fuiſſe, ſatis evicimus. Atque S. D. aſſerit in ea Provintia, in qua cum eam epiſtolam ſcriberet, ageret *Remoboth*, tertium illud Monachorum genus longè deterrimum,

5. Argum. ex alio Hieron. loco ductum.

Mirifica Hermenegildi argutatio.

aut

Digitized by Google

aut ſolum, aut primum fuiſſe; non ergo ea Provintia fuit Palæſtina. Iam Romam eo loci S. D. Provintiæ nomine intellexiſſe, in hunc ſibi modum viſus eſt eviciſſe. Cum enim, inquit, in eam vrbem primùm Hieronymus, è Palęſtina redux, pedem intulit, Monaſtice Romanis hominibus ignota penè erat, quippe quam Marcella tantùm, & aliæ piæ Matronæ ab Athanaſio vix auditione acceptam, ſatis ruditer, & imperfectè colerent; nec fermè aliud, præter deterrimum illud, & infame genus Monachorum, *Remoboth* ab SS. Doctore dictum, vigeret. Itaque cum Hieronymum, & Hieronymianos, toto cœlo ab illis diverſos, Romani vidiſſent, inſtituti novitate offenſi in has voces erumpebāt. *Quouſque genus deteſtabile Monachorum non Vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miſerabilem ſeduxerunt.* Itaque non dubium, quin de Roma S.D. eo loci egerit. Hæc, & alia his gemina, & ſimilia quam plurima in ſuæ cauſæ firmamentum Hermenegildus affert, quæ non eſt operæ huc adducere; quando, vltra quam par erat, in argumenti tam futilis perpenſione longi fuimus. Sed iam ad eius explicationem veniamus.

12 Nimium quantum, vt video linguæ, latinæ elementorum rudis es, Hermenegilde, quare, ſi ea ętate eſſes, qua iſtud, quidquid eſt damni, ſarciri poſſet, tibi magnopere author eſſem, vti ea ediſceres. Nunc iniquus ſim, ſi in hoc extremo ſenio id à te exigam, quod à pueris ſolemus exigere. Vnum ergo abſte peto; ſciebat ne tuus Hieronymus latinè? non, arbitror, negabis. Scito ergo latinos homines omnem aliā ab Italia, Regionem, Provintiam dicere, non tamen ipſam. Id vel vulgaria lexica, & lexicographi docere te poterant, in quorū maximè trito, & pervagato Ambroſio Calepino, hæc ad verbum habes. *Provintia propriè dicitur Regio extra Italiam bello adquiſita. Scribit enim Egeſippus Romanos, cum in ius ſuum vincendo redigerent procul poſitas Regiones appellaviſſe Provintias.* Hinc Cicero Act. 4. in Verrem ita ſcriptum reliquit. *Sicilia primum ſe ad fidem, amicitiamque Populi Romani applicuit, & prima omnium Provintia eſt appellata.* Hæc ille. Quæ ſi tu in prima ætate, vti factum oportuit didiciſſes, næ tantum olei, & operæ, quantum, vti nobis Provintiæ nomine Romam S. Doctorem intellexiſ-

Quæ ab Latinæ ignoratione linguæ ortum ducit

ſe

ſe perſuaderes, inſumpſiſti, haut ſanè perdidiſſes. Quod ſi latina Lexica conſulere grave nimis erat, noſtratis linguæ theſaurum ſaltim, ab erudito Covarruvia editum Hiſpanicè, conſuluiſſes. ab eo hæc diſcere licebat. *Provintia, inquit, es vna parte de tierra eſtendida, que antiguamente acerca de los Romanos eran las Regiones conquiſtadas fuera de Italia. Latinè Provintiæ; quaſi procul victæ.* Hæc ille. Nec in re tam perſpicua vltra immorari decet, aut libet.

13 At enim ais, Romæ Hieronymum Monaſticum inſtitutum propagaſſe, imo eo invexiſſe negari non poteſt. quamquam enim id priores Athanaſius, & Socij Romam intulerint, eorum liquore doctrinæ poſt paulló deſtitutum, in herba, quod dicitur, interijt. Deinde D. Paulam, Marcellam, Blæſillam, Pammachium, alioſque de prima nobilitate S. Doctorem diſcipulos habuiſſe, notius eſt, quàm vt in eo confirmando immorari opus ſit. Cur ergo Monaſticem propagaſſe, adeoque inſtituiſſe negetur?

Obijcit Hermeneg Monachatū ab Hieronym. Romæ propagatum.

14 At hæc Hermenegilde, nihilo ſolidiora ſunt, quam quæ ſupra adduxiſti. Principio enim, cum & ipſe fateare, & ex S. Doctore in Epitaphio Marcellæ conſtet, Athanaſium cum ſocijs Romanos primum Monaſticen docuiſſe, eamque eorum hortatu, ſuaſuque plurimos cum viros, tum fæminas amplexos eſſe, quo tandem iure, hanc tantis viris gloriam, palmamque ereptum ibis? quia, inquis, quam illi ſementem fecerunt, eam ad meſſem Hieronymus fœliciter perduxit. Prǫclarè quidem. Immeritó igitur Hiſpani noſtræ parentem fidei Iacobum dicimus. Hinc enim vix vno, aut altero ad Chriſtum aggregato, Hieroſolymam reverſus traditur, vbi & pro Fide occubuit. Quare, vt tua ratio eſt, Hermenegilde, non ipſum, ſed qui opus ab eo cæptum ad culmen, & faſtigium perduxere, Patronos, & Magiſtros agnoſcere debemus. Vide quo te redigant tua præclara ratiocinia.

Sit hæc laus Athanaſio propiè debetur, qui illum eo primus invexit.

15 Præterea, quos Hieronymi diſcipulis accenſes, fuere illi quidem. At non Monaſticen, ſed ſacras literas ab eo didicere. Ex vnis ferme epiſtolis Hieronymi, quot diſcipulos S. D. habuerit, didicimus. Sacræ paginæ interpretandæ rationem ab eo accepiſſe in his legimus. de Monaſtico inſtituto ab ipſo tradito, ne verbum quidem.

Quos Hieronymus Romæ diſcipulos habuit, non Monaſticem, ſed ſacras ab eo literas didicerūt.

16 At eius, inquis, hortatu complures fœminas, & viros

Prin-

Digitized by Google

Principes, rebus humanis valere iuſsis, Monaſticen profeſſos eſſe quis ab neget? Cum S. D. diſſerte affirmet, haut ſanè nos negamus; negamus tamen ex eo effici, Monaſtici S. D. authorem inſtituti extitiſſe; vt tu perperam infers. Alioquin quotquot alijs vitæ Monaſticæ arripiendæ authores ſunt, Monaſtici iuxta Ordinis Conditores dicentur. Quo nil mage riduculum.

Quamvis Hieronymus pleriſque Monaſtices arripiendæ author fuerit; non ideo Monachorum Patriarcha dicendus.

17 Deinde vt gratis tibi, id quod vis, concedamus, S. Doctorem non ad Sacras ſolum literas, ſed ad vitam præterea piè, & religiosè inſtituendam, illis omnibus, quos affers præiviſſe, haud tamen inde, id quod quæris, evinces. Niſi velis quotquot Patres ſpirituales vſitato nomine, dicimus: Monaſtici inſtituti Conditores omnes eſſe. Quo nihil abſurdius.

Alioquin PP. omnes ſpirituales co titulo donarentur.

18 Accedit, quod vitioſiſsimè colligis S. D. Monachorum Patriarcham extitiſſe ex eo vinci, quod Monaſticen Romam Princeps intulerit. Fac enim Hieronymum Baſilianum, Antonianum, Elianumve inſtitutum ſectatum eſſe. Idem Romam vero ſimile eſt invexiſſe. Cur ergo Monachorum Patriarcha dicatur? Xaverius certè quidem Societatis inſtitutum; quod Ignatium Parentem, & Authorem agnoſcit, in Indiam invexit. Quis vnquam SS. virum Ieſuitarum Patriarchã dixit? Non longe abierimus. Athanaſium cum Petro Romæ primùm Monaſticen docuiſſe Hieronymus diſſerte tradit, neque tu negas. Quis iccirco Monaſtici inſtituti Conditores appellavit? Itaque etiam, ſi quæ ſumis omnia (in quibus quædam ſatis ſunt, ne dicam falſa, dubia) dederimus, haud tamen, id quod ex ijs effici vis, vllo modo obtinebis. Sed de Romano Monachatu non ab Hieronymo ibi conſito, ſed in Hermenegildi cerebro nato, plus ſatis diximus.

Vt Hieronymus Monachatum primus Romam invexerit, non continuò peculiaris conditor inſtituti dicendus.

19 Proſequitur ſuum inſtitutum Hermenegildus, & quaſi iam Romæ plura Cœnobia Hieronymi auſpicijs militare eviciſſet, his ſatis non habens, totam, quanta eſt, Italiam Monachorum colonijs Roma miſsis, plenam fuiſſe contendit. Principiò ergò Cœnobium illud, in quo S. Romanus, is qui noſtro Sanctiſsimo Parenti Benedicto, dum in ſpecu latitaret, miniſtravit, Hieronymianum eſſe ſic argutatur. Ante Hieronymi in Italiam adventum nullum Monaſticum inſtitutum in Italia vigebat. non Antonianum, cuius guſtum Athanaſius, & Petrus Alexandrini Præſules verius Romanis dederant, quam

Hermenegildus. S. Orig. tract. 37. 5. cap. 6.

Hieronymianis Hermenegildus Italiam replet.

In quis Romanũ numerat.

Digitized by Google

in eorum animos inſinuarant. Non Hercolani, qui circa annũ Domini 523. floruit. Non denique (quod quidem ſciatur) vllum aliud. Ergo id Cœnobium Magni Hieronymi legibus ſtabat. Iam cum Romanum Benedicto S. Converſationis habitũ tradidiſſe M. Gregorius aſſerat, quid ex eo efficiatur, Lectori perpendendum relinquit; vult nimirum Hermenegildus Hieronymianum facere Benedictum, vnaque cum ipſo omnes Benedictinos. Ipſumque adeò S. Benedictum.

20 Gratiam habemus Hermenegilde, quod nos tanti Parentis alumnos facis. Et verò, ſi aliquam veri ſpeciem tua ratiocinatio haberet, nos quaſi pro aris, & focis, pro tanto decore pugnaremus. Nunc cum nullam præſeferat, quem vnũ nobis numen deſtinavit, Parentem agnoſcimus Benedictum: alios ſuis quoſque, relinquimus. Sed, quæſo te, mi P. vigilansne, an per ſomnium, hæc chartis illeviſti? Sub Patris Adeodati Regula Romanum Deo militaſſe, tum ad eum adijt Benedictus, Gregorius diſſertè aſſerit. quid hic Hieronymianum inſtitutum attinet ſomniare? Sed immerito, ne dicam ridiculè.

21 At inquis, aliud eſt Regula, aliud inſtitutum, quod ſæpè, pro tuo more, nobis inculcas. Sed quàm frigidum ſit iſtud effugium infra (modò tu ſis diſcendo) à nobis diſces. Sed eſto vt vis, (vide quid tibi largiar) Hieronymianus cum Adeodato Romanus. Quid inde efficies? Hieronymianum ne Benedictum cum Benedictinis facies? nugæ nugaciſsimæ. Finge iuxta aliquod tui Ordinis Cœnobium, Lupianam v. g. aliquem vitam eremiticam agere decreviſſe. Hic quo habeat à quo tum corpus, cum animus paſcatur, animi ſui ſenſum Monacho alicui Lupianenſi aperiat. ab eo veſtem, inſcio Præſule, qua tegatur, cibum quo vitam tolleret, doctrinam denique, quam ſequatur, accipiat. Hunc ne Hieronymianis accenſebis? ego quid tu facturus eſſes, haud ſanè ſcio. Nimium enim quantùm tua placita ab ſenſu communi abhorrent. Hoc mihi eſt oppidò exploratum, ad Religioſi Ordinis, vitæque Cœnobiticæ profeſsionem neminem inſcio Præſule, neminem ab vllo privato Monacho, vel admitti noſtro tempore, vel poſt hominum memoriam admiſſum. Hoc quod fingere te iuſsi, in Benedicto totum expreſſum vides. Cur ergo illum Adeodati, ſi Deo placet, Hieronymianis Monachis accenſes, qui nec Adeodatum, vel de facie, norat, nec in eius Cœnobiũ pedem intulerat? Quamvis Romanus Benedictum cum ope, tum cõſilio iuverit, non continuò eiuſdẽ cum illo fuit inſtituti.

Digitized by Google

Hermenegildus, lib. Orig. tract. 5. cap. 6.

Simplicianũ Ambroſij ſucceſſorẽ Hieronymitis accenſet Hermenegildus.

22 Pergit vero, ac B. Simplicianum, eum, qui in Sede Medionalenſi M. Ambroſio ſucceſsit Hieronymianum Monachum facit. At vnde rem tantam adeoque inauditam Lectoribus approbat? Quia, inquit, Philippus Ferrarienſis eò ab Damaſo virum S. deſtinatum tradit, vt & Ambroſium ex Cathecumeno recens Epiſcopum electum, ritus Eccleſiaſticos doceret, & Monachos Romanorum ad exemplum Mediolani inſtitueret. Iam cum Monachi Romani ex M. Hieronymi præſcripto viverent, Mediolanenſes quoque par eſt eius inſtituta ſectatos eſſe. Simplicianum in primis, quem illi Magiſtrum habuere. qui enim homo Monaſtici inſtituti rudis, & expers, id alios docere potuiſſet?

Ipſumque propè Ambroſium.

23 Hac igitur (ingenioſa videlicet) ratiocinatione vlterius provectus, ipſum tantum non Ambroſium, Hieronymianum facit. quippe qui ex Simpliciani Hieronymiani ſchola in tantum virum evaſerit. Hineque factum putat, vt S. D. epiſtola ad Euſtochium 22. eum ſuum appellet illis verbis. *Legas B. Cypriani volumen egregium, & Papæ Damaſi ſuper hac reverſu, proſaque compoſita, & Ambroſij noſtri, quæ nuper ſcripſit ad Sororem opuſcula.* Neque his ſatis habens, M. Auguſtinum Simpliciani quoque diſcipulum idem inſtitutum in Mediolanenſi Monaſterio amplexum, indeque porrò ab eodem in Africam importatum affirmat.

Iuxtaque Auguſtinum.

Sed abſurdiſsime contraque omniũ omnino Hiſtoricorum iudicium.

24 Mirus profecto homo es, Hermenegilde, qui nos tam mira, tam acuta, tam inaudita doces, quæ ad hanc diem, videlicet, funditus ignorabamus. Hoc tamen noſtram cæcitatem, an ignorantiam ſolamur, quod eadem Baronium, Marianum Rheatinum, tuum Siguenzam, ac Suarium, quotquot denique hiſtorias Eccleſiaſticas ad hoc ævi attingerunt quamvis oculatos cæteroqui viros, iuxta nobiſcum latuere. Sed vt video, in hoc ſæculo novorum inventorum, ſi quod aliud, feraci, novum conſpicillorum genus, pulicari illo longe ſubtilius, apud te habes; quod res hactenus, quamvis acutam oculorum aciem fugientes, ſpectabiles reddat. Id, ſi nobiſcum communicare ne graveris, gratias agemus immortales. Interim hæc ſeſe oculis noſtris obijciunt, quæ valde obſtant, & impediunt, ne eadem quæ tu, linceus nempe, nos cæculi videamus.

25 Atque imprimis vt ab eo, quod vltimo loco poſuiſti,

Digitized by Google

fuiſti, incipiam, vide quomodo, quæ de Auguſtino diſputas, laturi ſint Auguſtiniani. Sanè ſubacidæ illæ eiuſdem ad Hieronymum epiſtolæ haud mihi hominem ſonant Hieronymianum. Sed iniurius ſim in Magni P. Magnam ſobolem, ſi cauſam ab ea tam facundè, tam eruditè peroratã, mei tenuitate ac ruditate ſtyli deterere auſim.

Auguſtinianæ epiſtolæ haud ſonant Hieronymitam.

26 Ad Simplicianum venio, quem haud ſatis mirari queo, cur Hieronymianis accenſeat. Nam Philippus Ferrarieſis, quo vno authore niteris, non is eſt cuius in re tanta, tamque inaudita, vnius teſtimonio ſtare debeamus. Sanè Baronius haud paullò tuo illo Philippo teſtis locupletior tantum abeſt, vt eum inter Hieronymianos Monachos reponat, vt ne in Monachis quidem numeret. Sed ipſum audi tom. 4. ad annum Domini 385. *Nonne, inquit, Simplicianus ille Magnus, qui in Epiſcopatu Ambroſio ſubrogatus eſt, Romanæ Eccleſiæ Presbyter fuit?*

Simplicianus nec Monachus quidē fuit tãtum abeſt, vt Hieronymita fuerit.

27 Scio quid ad hoc reſponderi poſsit. Nimirum nihil prohibere, quin idem R. E. Presbyter, & Monachus eſſe potuerit, vt in Hieronymo liquet, quem & Monachum & R. E. Presbyterum fuiſſe, plerique volunt.

Nec obeſt obiectiuncula.

28 Sed enim de Hieronymi Cardinalatu, vt vocant, magna lis eſt, negante M. Baronio, cui nec à Siguenza, nec ab vllo alio plenè eſt ſatisfactum. Ea tamen controverſia, quòd ad noſtrum inſtitutum parùm conducat, in præſentia omiſſa, illud certò certius eſt, Baronium eo loci hoc effugium minimè admittere. Nam poſt paullò, cum variorum S. R. E. Preſbyterorum mentionem feciſſet, vbi ad Pammachium venit, ſic ait. *Omittimus dicere de Pammachio ſanctitate, atque doctrina celebri, quòd inter Monachos potius, quam inter Clericos eum ſcimus annumeratum.* quare nullus dubitationi locus ſupereſt, quin Baronius non inter Monachos, ſed inter Clericos B. Simplicianum repoſuerit. alioquin eum, vti Pammachium, excepiſſet.

Nam de Clericis ſolum ibi agebat Baronius.

29. At, inquis, in Cœnobio Simplicianum degiſſe, & cæteris ad Monaſticæ perfectionis culmen præiviſſe legimus. quod in virum nunquam Monaſticen profeſſum minimè cadit. Sed hæc levia, ſunt neque digna, quæ pluribus refellantur. Nam quàm multos, hodieque videmus, qui Clerici cum ſint, Monaſteriorum ſeceſſum petunt? Quam multi tanta Spiritus

Vt Simplicianus ſpiritualis palæſtræ alij præceptor fuerit, non ex eo ipſum Monachum fuiſſe vincitur.

 San-

Digitized by Google

Sancti gratia delibuti, qui Monaſticen nunquam profeſsi,alijs ad Monaſticam perfectionem tendentibus, duces ſe præbent? Non longe abierimus. Patrum noſtrorum memoria M. Saleſius floruit, quem nulli Monaſtico inſtituto addictum ſcimus. quo tamen doctore plerique tùm fœminæ,cum viri, illud exactiſſimè didicere, quod ex eius epiſtolis, alijſque operibus planiſsimè liquet. Quin & ipſe Ambroſius, Deo liberius vacandi gratia,in ſuburbanum id Cœnobiũ, haud rarò ſeceſsiſſe legitur à quo, tali nempe viro, multa piè vivendi documenta Monachos hauſiſſe par eſt. Is tamen, vel te, qui totum orbem Hieronymianum facis, teſte, Monachus non fuit. Cur idem non vſu venerit Simpliciano,tali viro?

Quod S. Doctor ſuum Ambroſiũ dicat,ridiculè eũ Hieronymianis accenſet Hermenegild.

30 Quod autem addis Ambroſium iccircò à Hieronymo noſtrum nuncupari, quòd Simplicianum Hieronymianum diſciplinæ Eccleſiaſticæ Doctorem habuerit, id omnes lepôres ſuperat. Immortales tuus tibi ordo pro iſthac tui ingenij fœcunditate, & acumine gratias debet. Si enim quotquot Hieronymus *noſtros* dicit Hieronymiani Monachi ſũt, vel certè ab eorum diſciplina prodiere, nimium quanta inſignium virorum cohorte tuam familiam locupletabis. Certè SS. D. Originem *ſuum* dicit epiſt. 18. vbi hæc habes: *Ambroſius, quo chartas, ſumptus, notarios miniſtrante, tam innumerabiles libros verè Adamantius, & Chalcenterus noſter explicavit, &c.* Tertulianum quoque *ſuum* appellat epiſtola ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos, ſic ſcribens: *Pulchrè quidam noſtrorum ait: Philoſophi, Patriarchæ Hæreticorum, Eccleſiæ puritatem perverſa maculavere doctrina.* Ea porrò verba eſſe Tertulliani, nemo eſt qui neſciat. quare, vt tua ratio eſt, Origines cum Tertulliano Hieronymianus fuerit,aut Hieronymianos certè doctores habuerit. Neque hic finis. Nam alicubi apud ipſum *Flacum noſtrum, & Maronem item noſtrum* memini me legiſſe. quamquam locus in præſentia non ſuccurrit. Senecam quoque libro adverſus Iovinianum primo, his verbis ſuum dicit: *Scripſerũt Ariſtoteles, & Plutarchus, & noſter Seneca de matrimonio libros &c.* Itaque eos, ſi lubet, Hieronymianis accenſeas licet. Complures alios adducere poſſem. Tibi curæ erit ex SS. Doctoris operibus eos excerpere, neque tuæ familiæ illuſtriſsimæ tantũ decus decedere,atque perire permittes.

Demus

31 Demus tamen, id quod minimè probas, D. Simplicianum Monachum fuiſſe. Vnde tamen, infers fuiſſe Hieronymianum? quia vnum, inquis, Romæ ea tempeſtate Hieronymianum inſtitutum paſsim vigebat, & colebatur. Sed quàm ſtramineis fundamentis hæc tua coniectura nitatur, ſatis arbitror, ſuprà demonſtravimus.

Vt Simplicianus Monachus fuerit non ideò Hieronymita.

32 Ad Euſebium Cremonenſem, S. D. diſcipulum, tranſis. Quo vno cauſam difficillimam videri vis peroraſſe. Nam in primis, ais, hunc ex eius Schola prodijſſe nemo neget, cum S. D. id non vno loco aſſerat. Deinde Monaſticen profeſſum in Cœnobio Bethlehemitico Hieronymiano, non minus certum eſt. Præterea is Romam miſſus à D. Hieronymo in illa cauſa graviſsima, περὶ ἀρχῶν Origenis, mirificè, cū ibi tùm Cremonæ in Patria ſua, item Senis, & Florentiæ, alijſque in Vrbibus Italiæ Hieronymianum inſtitutum propagavit. Qui enim M. Paulinum Romæ exiſtens Hieronymo, & eius Ordini acquiſivit, eum neceſſe eſt minimè otio torpuiſſe, ſed alia complura eiuſdem inſtituti Cœnobia exædificaſſe. Iam Euſebium Cremonæ Monaſterium erexiſſe, à quo Hieronymiani Hiſpani originem trahant, Paulus Morigia, eo in opere, quod de Origine Religionum accuratiſsimè conſcripſit, aperte teſtatur. qui inter alia hæc habet. *Multi* (verba Morigiæ, vti ab Hermenegildo Hiſpanicè citantur, latina damus) *aſſerunt hos Monachos, qui ab Lupo Olmetano vivendi rationem accepere, ad Euſebium Cremonenſem ſuā originem referre. quorum veſtigia Guadalupenſes in Hiſpania ſequuntur.* Hactenus Morigia. Iam cum Lupus Olmetanus apud Hieronymianos Hiſpanos Guadalupenſes educatus fuerit, quis dubitet eos ab Hieronymo per Euſebium ſuam originem meritiſsimò arceſſere. Subſcribunt Morigiæ Emanuel Rodriguez in ſuis Q. Q. Regularibus. & D. Ioſeph Micheli, eo in libro, quam hoc titulo publicavit. *Theſaurus equitum Militarium, & Religioſarum Familiarum origo.*

Ex Euſebij Cremonenſis Monachatu aliud pro ſuo paradoxo argumentum Hermenegildus ducit

33 Quæ hic affers vniverſa, Hermenegilde vt modeſtiſsimè loquar, ſunt futilitatis pleniſsima. Concedimus tibi ſanè Euſebium Cremonenſem D. Hieronymum Magiſtrum, ac Doctorem in ſcripturis Sacris habuiſſe. Nec inficiamur in eius Monaſterio, ſub eius fors auſpicijs, Monaſticam vitam profeſſum eſſe. Sed vnde tandem colligis Hieronymianum inſtitutum ab eo fuiſſe in Italia mirificè auctum, & propagatum?

Euſebius, & ſi Monaſticen ſub Hieronymo profeſſus non eam in Italia propagavit.

BIBLIOTECA ...

tum? quia, inquis, Romam à S. D. fuit deſtinatus. Quis ne-gat? Sed cur legationis eius vnicam cauſam non addis?ea fuit, ſi neſcis, aut diſsimulas huiuſmodi.

Eius legationis in Italiam cauſa genuina.

34 Rufinus cum Melania hæreſes nonnullas, ex Originis περὶ ἀρχῶν monimentis hauſtas, Romæ diſſeminare cœperat. Quò improbabili cauſæ probalitatis nonnihil afferret, Hieronymum, cuius totam Europam nomen meritiſsimò impleverat, illis ſubſcribere.& aſſentiri ſparſerat. Ea res Magnos viros, Occeanum, Pammachium, & alios vehementius commovit. Nam & hæreticam planè quæ ab Rufino ſpargeretur,doctrinam non dubitabant,& ſub Hieronymiani nominis vmbra, qui eam docerent, deliteſcere ægrè ferebant. Ergo S. D. literis ad eum datis, totius rei certiorem faciunt. Indoluit ſcilicet ad eum nuntium vehementius Hieronymus.arreptoque ſtylo, Rufini dolum malum aperuit. Tum legationem, qua ſerpenti veneno obviam iretur, & nominis ſui honori conſuleret, miſſo Romam Euſebio cum alijs, inſtruxit. Hæc Euſebij Romam Hieronymo amandandi cauſa vnica fuit. quantæ molis ea eſſet, vel cæcus videat. quid ergo eum Hieronymiani inſtituti propagandi cauſa legatum comminiſceris?

Euſebius PaulinoMonaſtices amplectendæ auctor eſſe non potuit.

35 Atqui dum Romæ ageret, inquis,Paulinum Hieronymo, & Hieronymianis acquiſivit. Iocò ne,an ſeriò loqueris Hermenegilde? Euſebius Paulinum vobis peperit? Euſebius Monaſtici inſtituti arripiendi Paulino author fuit? Atqui vide quàm pueriliter erres. Paulinus Monachum agere cæpit anno Domini 394. vti Baronius, ad eum annum, pluribus perſuadet. Euſebius Romam pervenit anno Chriſti 398. vt apud illum videre eſt,ad annnm eundem. quî ergo Paulino Monaſtices amplectendæ author eſſe potuit, quàm tanto ille ante profitebatur?Verum de Paulino infra ſeparatim agemus, & complura, quæ de ipſo, nullo iuditio, garris, validè refutabimus. Nolumus enim, tuo more, res permiſcere, & ταυτολογίαν impensè deteſtamur.

Oppido leve eſt teſtimonium. P. Morigiæ.

36 In eo autem quòd Pauli de Morigia teſtimonio Guadalupenſes Monachos ab Euſebio Cremonenſi originem ducere vis evincere, multipliciter peccas. Nam Paulus iſte Morigia, Author nuperus eſt, quippè qui ſuum illud opus anno ſæculi proximè elapſi 81. publicavit. Neque verò ita gra-

vis

Digitized by Google

vis, vt eius in rē tāta vnius teſtimonio ſtare debeam? Deinde non ipſe, quod tute ſomnias, aſſerit, ſed alios ita aſſerere diſſertè ait. Præterea eos, qui ita ſentiunt, non multos, vt tu (Græca planè fide) convertis, ſed aliquos dumtaxat, eſſe ait: quorum ſententiam vti non improbat, ita non approbat. ſed præſtat vt Morigiam ſua lingua teſtimonium dicentem audiamus. *Vogliono alcuni che queſti haveſſero principio ſino da Euſebio Cremoneſe, Diſcepolo del Glorioſo Girolamo, de quali ſe crede che i Monachi de Guadalupo di Spagna ſegano la pedate.* Hæc eo in loco Morigia. Cuius corrupti infra in loco memoriam refricabimus.

37 Rodericus porrò & Micheli, quos inſuper produducis, numerum quidem, non pondus addunt. Ab Morigia enim non ſenſum modò, verum ipſiſsima etiam verba ſunt mutuati. *Reſpondeo dicendum*, ait Rodriguez. *Aliqui alij volunt: Congregatio iſta habuit principium ab Euſebio Cremonenſi gloriſiſsimi Hieronymi Diſcipulo. cuius creduntur veſtigia ſequi Monachi de Guadalupe in Hiſpania.* Vides verbum è verbo (licet aliquanto te fidelius) Emmanuelem Rodericum Morigiam interpretatum eſſe. Idem cernere licet in Micheli teſtimonio quod excribere nec vacat, nec libet.

Nec ei pondus addunt Rodericus & Micheli.

38 Quòd autem ais neceſſe omninò fuiſſe, vt Euſebius, qui Paulinum Hieronymianum fecerat, Senis, Florentiæ, Cremonæ in patria ſua, & alibi paſsim Monaſterijs erigendis inſtitutum veſtrum longè, lateque diſsiparit; in eo, & te ipſe iugulas, & planè hariolaris. Qui enim Hiepio, & Benedictinis Hiſtoriographis omnibus, coniectura omni, quamtumvis probabili, velut aqua, & igni inter dicis; tam futilibus, tam nullo fundamento nixis hariolationibus verius, quàm coniecturis, indulges.

Euſebium in Italia Monachatum Hieronymianum propagaſſe, non poteſt, niſi divinando aſſeri.

39 Sed ad Paulinum devenio. Nam cum ſemper ſui ſimilis ſit Hermenegildus, nunquam æquè, atque cum de illo diſputat, ineptivit. Ait ergo in primis, eum Euſebij, Romam commodùm ab Hieronymo miſsi, exhortationibus (vti dicere occæperamus) ad Monaſticum inſtitutum arripiendum permotum fuiſſe. Deinde cum idem Hieroſolymam reverſus fuiſſet, ac Hieronymum, quantum virum Ordini ſuo Romæ peperiſſet, tum per ſe ipſe, cum Paulini litteris ad Hieronymum per-

Vnde Paulini Monachatum Hieronymianum Hermenegildus probet?

perlatis certiorem feciſſet: S. D. arrepto calamo, eam ad Paulinum epiſtolam conſcripſiſſe, quæ decima tertia inter eius epiſtolas numeratur, vulgòque Sacris Bilblijs præfigi ſolet, cuius tale eſt initium. *Frater Ambroſius*, &c. in qua ad Sacrarum litterarum ſtudium eum vehementius adhortatur. Tum Bethlehemum, ei rei Monaſticeque profitendæ maximè commodum locum, evocat. His litteris factum credit, vt Paulinus ad tam longinquam ſe peregrinationem accinxerit, Bethlehemumque perrexerit, vbi, Hieronymo Doctore tum ſacras litteras, cum præſertim, Monaſticam vivendi rationem didicerit. Quam mox ille in alias orbis partes (in Hiſpaniam præſertim, in quà multa eius inſtituti Cœnobia excitarit) primus invexerit.

Sed in caſſum omnia.

40 Vis dicam ſemel ingenuè, quod ſentiò, Hermenegilde? *οὐδὲν ὑγιὲς nihil ſani* tota, quanta eſt, doctrina hæc continet. merum, purumque commentum eſt, quidquid inaniter tam multis diſputas. De converſione Paulini Euſebij opera facta, quantum à vero diſcrepet iam ſupra oſtendimus. Hieronymi porrò epiſtolam quam citas, ad Paulinum quidem nõ tamen Nolanum, ſed alium ex multis, quos doctrina, pietateque inſignes, ea ætas cognomines tulit, datam Docti ferè conſentiunt. Nihil enim cauſæ videtur fuiſſe, cur Hieronymus, qui Hieroſolymitanam peregrinationem tantopere in epiſtola 13. de inſtitutione Monachi, Sanctiſsimo viro diſſuaſerat, eandem, mutata ſubito ſententia, ſuaderet.

Epiſtola S. Hieronymi non ad Paulinum Nolanum, ſed ad aliũ æqualem, & cognominem ſcripta

41 At, inquis, nihil vetat, quin pro temporum, locorumque ratione, à quo antea deterruerat, mox ad id hortaretur. Nihil vetat ſanè; ſed mutatæ ſententiæ cauſam SS. D. proculdubio, addidiſſet. Deinde, nam eadem cauſa, quam S. D. aditum Hieroſolymam diſſuaſurus, in ea epiſtola affert, ſemper ſuberat. ait enim Monacho ſolitudinem ad Deo vacãdum maximè accommodatam eſſe, quam æquè Hieroſolymis, atque Romæ, tam nobili præſertim viro, invenire difficile foret. An, aut Hieroſolyma interim deſolata eſt, aut Paulinus nomen, & famam, qua totum orbem impleverat, amiſerat?

Quod ex alia S. Doct. epiſtola ad Nolanum abſdubio data evincitur.

42 Sed eſto, vt vis, ea epiſtola, ad Paulinum Nolanum ſcripta. Ex ea id vnum conſtat, Paulinum illum, quicumque tandem ſit, Hieroſolymam à SS. D. invitatum fuiſſe. at vnde con-

Licet epiſtola illa ad Paulinum Nolanum ſcripta eſſet

Digitized by Google

conſtat paruiſſe? vnde Monaſticen in Bethlehemitico Cœnobio ſub Hieronymo didiciſſe? quia, inquis, Auguſtinus ad Hieronymum ſcribens Paulino ſalutem mittit. Egregia ſane collectio! proba igitur (quod ſane non præſtabis) id nominis vni Nolano ea tempeſtate fuiſſe. Tunc enimvero in tuam ſententiam pedibus ibimus.

eſſet, haud tamen conſtaret illum monenti Hieronymo paruiſſe.

43 Sed quid teſtibus, quid rationibus opus habemus, quando Hieronymus Paulinum Hieroſolymam non vidiſſe apertè teſtatur? Sed enim hic (qui tuus mos eſt) ſubtiliſsimè argutaris. ais enim, quamquam Hieroſolymis Paulinus non fuerit, non ex eo effici in Bethlehemitico Cœnobio minime degiſſe. Cum nihil vetet alterum locum, altero non viſo, inviſiſſe. Tuam fidem, Hermenegilde, feriò loqueris? an ſi ab Hiſpania vſque, pietatis, ſacrorumque inviſſendorum, & adorandorum cauſa locorum, in Iudæam proficiſcere, vno Domini præſepio viſitato, Hieroſolyma ipſa, vix duabus leucis Bethlehemo diſtanti, vbi quanto plus manſit, tantò maiora geſsit, eoque amplius ſuis eam ſacris veſtigijs nobilitavit, inviſa, Domum reverterere? quid ipſe facturus eſſes, vt es ridiculus, & cerebroſus, haud facilè eſt divinare. Paulinum certè quidem tam pium, tam rerum ſacrarum avidum, & ſi ita fas loqui, curioſum virum, qui ad ea ſacra loca tam ab ſe longe diſsita, tantopere (quantũ ex illa Hieronymi epiſtola conijcere datur) anhelabat: in Italiam ex Iudæa, ipſis non viſis remeaſſe, nemo præter te vnum Hermenegilde, dicere audeat.

Immò contrariũ ex alia S. Doctoris epiſtola vincitur.

Ridiculum Hermenegildi effugium.

44 At Hieronymus (addis) *ego te intus*, inquit, *&* *incute noui*. ergò non fama ſolum, ſed de facie Paulinum noverat. *To* enim *intus* mores, *incute* autem corpus denotat, quaſi diceret, tùm mores animi, cùm oris lineamenta apprimè novi.

Subtiliſsima obiectio Hermenegildi.

45 Quid ais, Hermenegilde? Viden vt pueri ad hanc tuam grammaticam cachinos tollant? certè ab ſuis pædagogis didicere, *intus & in cute notum*; idem eſſe ac planè cognitum, atque perſpectum. Te quidem ego, Hermenegilde, de facie non vidi, neque ſanè videre in votis habeo: qui tamen mihi, intus, & incute ex tuis lucubrationibus es oppidò notus. Fac tamen tuam tibi grammaticam procedere; ac id velle illis verbis Hieronymum, quod tute ſomnias. Vnde tamen infers Hieronymum non potuiſſe Paulinum Romæ potius,

Ab exquiſita Grãmatices notitia orta.

quam

quam Bethlehemi cognoviſſe? quia, inquis, cum Romæ ageret Hieronymus, vel nimis puer, vel haud dum natus Paulinus erat.

46 Macte hac tua ſubtilitate Hermenegilde! à grammatica ad Chronologiam ſaltu potius, quam gradu tranſis. Sed qui malum grammaticum, nihilo probabiliorem Chronologum agis. Audi itaque, Hermenegilde. Cum ad Chriſtum ſerio converſus eſt Paulinus, quadragenario maior erat. quod ex Baronio diſcere potes. Immò ex eodem Paulino apud ipſum. Iam eius converſio in annum Domini 393. aut 394. vt vidimus, incidit. Hieronymus porrò Romam advenit anno Pontificatus Damaſi 16. in quo omnes conſentiunt. Is annus Domini 383. fuit, qui ergo anno Domini 394. quadragenario maior erat, anno 383. tricenarius, aut circiter fuerit. qua ergo fronte aſſeris, vel quia nimium puer, vel quòd nondum natus eſſet, ab Hieronymo agnoſci minime potuiſſe?

Nihilo probabiliorem Chronologum, quam Grã mat cũ agit Hermenegildus.

47 Adde quòd Paulinum Euſebium Cremonenſem ea in legatione (in qua ab eo vis Hieronymianis SS. virum aggregatum) minimè conveniſſe, illud invicto argumento eſt, quod Rufini, & Melaniæ, quos impenſè epiſtola ad Severum Sulpicium data laudat, fraudis, & doli, prorſus ignarus fuit. Non enim eſt veroſimile, ſi Paulinum Euſebius conveniſſet, talem virum eam rem celaturum, quæ tantum R. p. Chriſtianæ intererat. multoque magis à vero abhorret, Paulinum Rufini, & Melaniæ doli conſcium, eos tot laudibus prædicta in Epiſtola proſecuturum: vel, ſi ea iam ad Sulpicium miſſa erat, non alicubi ſuorum Scriptorum palinodiam recantaturum.

48 Sed enim tam Dialecticæ peritus es, vt vel ſi maximè, quæ ſumis omnia, quamquam abſurdiſsima, gratis demus, raro tamen ex ijs, id, quod cogere vis, efficiatur. Finge ergo Euſebium Cremonenſem Paulinum ad Hieronymianos aggregaſſe. Fac eum ad Hieronymum in Palæſtinam profectum, vbi ab eo & Monaſticæ vitæ degendæ, & Sacrarum litterarum interpretandarum rationem acceperit. Quid hæc tuæ cauſæ proderunt? an ex eo rectè colliges, quam ab Hieronymo vivendi rationem in Palæſtina acceperat, eam SS. virum in Hiſpaniam importaſſe? nugæ. rem audi, ac ſi potis es cape, Hermenegilde. Multò ante quam Monachum Paulinus seriò, & veluti ex profeſſo indueret, in Hiſpaniam pietatis ſine arbi-

Etſi omnia, quæ Hermenegildus ſumit, ei largiamur; non tamen quod vult, inde colligitur.

Quod ex eius rebus geſtis evincitur.

Digitized by Google

bitris colendæ, ac ſermonum, quos tam ſubitam mutationem ſequi neceſſe erat, declinandorum cauſa, cum vxore Tharaſia trajecit. Quadriennium minimum ibi incognitus manſit. Id ei Monaſtici inſtituti, quod iam tùm animo voluebat.& mox arripuit, veluti tyrocinium fuit. Sed ſingula probemus, ne quid temerè, tuo more, aſſerere videamur.

49 Dicimus in primis, multò ante quàm Monachum Paulinus profiteretur, in Hiſpaniam ſeceſsiſſe. quod ſic evincimus. Paulinus teſte Baronio, Petavio, & alijs, anno Domini 394. domeſticæ rei, præpinguiſque, quæ ei à maioribus obtigerat, hæreditatis ſarcina ſe abdicavit: hoc eſt, Monachum re ipſa agere cœpit (quî enim alioqui homo , tot, tantiſque divitijs circumfuſus Monachus dicatur?) ſub ipſum ſeceſſum Nolanum. at hæc abdicatio Hiſpanica peregrinatione poſterior fuit. Cuius rei non alium, quam ipſum Paulinum, teſtem damus. Is ſiquidem decem S. Felicis Natalitia, totidem annis continenter verſibus celebravit , vt tùm ex ipſis liquet, cùm omnes conſentiunt. Iam primùm Natalem in Hiſpania exiſtens celebravit. ibi enim poſitus, & ad ſeceſſum illum tantopere ſibi optatum anhelans, inter alia ſic canit. Paulinus nōdum Monachus peregrinationem Hiſpanicam obivit.

50 *O Pater, ò Domine, indignis licet, annue ſeruis.*
Vt tandem hanc fragili trahimus dum corpore vitā,
Sedibus optatis, & qua requieſcis in aula,
Hunc liceat celebrare diem.

Quod eiuſdē teſtimonijs evincitur.

Et paucis interiectis.

Pande vias faciles, da currere mollibus vndis,
Et famulis famulos à puppi ſuggere ventos
In que tuo placidus nobis ſit limine portus.

Secundus porrò Natalis ſub ipſum Paulini ſeceſſum Nolanum incidit, vt patet ex illis.

Tandem exoratum eſt inter tua limina nobis
Natalem celebrare tuum.

Itaque Paulinus dum primum Natalem D. Felicis ageret in Hiſpania, haud dum Monaſticen, quam dudum meditabatur, & ſub ſuum illum ſeceſſum, ſeriò demum , rebus temporarijs vale dicens, arripuit, profitebatur. quod (præter ſuperiora illa) quæ ſub huius Natalitij finem addit , ſatis perſuadent. Ita enim canit.

Poſt Pelagi fluctus, mūdi quoque fluctibus actis, &c.

Qui-

Quibus verbis ſatis innuit ſe poſt illam ab Hiſpania in Italiam navigationem, non minus mundi huius, quàm maris decumanos fluctus evaſiſſe; hoc eſt Monachum ſeriò, & ex profeſſo agere cœpiſſe.

51 Quadriennium minimùm in Hiſpania (quod ſecundo aſſerebamus) exegiſſe, ex ipſo, & Auſonio colligitur. Hic enim epiſt. 26. ad Paulinum ſic ait:

Paulinus ipſos quatuor annos in Hiſpania egit.

Quarta redit duris hæc iam meſſoribus æſtas
Et totiens cano bruma gelu riguit.
Ex quo nulla tuo mihi littera venit ab ore &c.

Ille porrò ita canit.

Defore me patrijs tota trieteride terris
Atque alium legiſſe varijs erroribus orbem
Culta prius veſtræ oblitum conſortia vitæ
Increpitas.

Dixi Paulini commorationem in Hiſpania quadriennium, minimùm, tenuiſſe. quod teſtimonium Auſonij evincit. quamquam diutius ibi moram traxiſſe, haud levem ſanè ſuſpicionem, afferant illa ex Natali ſecundo:

Tua tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolemnibus iſtis
Coram vota tibi, coram mea corda dicavi;
Ex illo, quo me terra, marique labores
Diſtulerint à Sede tua procul orbe remoto.

In quibus aliquot Luſtris ſe in orbe extremo, ſive remoto (hoc eſt in Hiſpania, quæ orbis extrema illo ævo credebatur) commoratum eſſe, affirmare videtur. Niſi fortè, more Poetico ὑπερβολικῶς locutus eſſe dicatur. Sed de hoc non admodum laboro, dum illud maneat; ſeceſſum illum Paulini propè Nolam, eiuſque adeò verum Monachatum, Hiſpanienſi peregrinatione, poſteriorem fuiſſe.

52 Sed quorſum hæc, inquies? quorſum? vt oleum te, & operam perdidiſſe, dum Paulinum Hieronymianum inſtitutum in Hiſpaniam invexiſſe (vt tam multis contendis) nobis perſuadere niteris, demonſtrarem. Si enim Paulinus necdum Monaſticen, ad quam tùm aſpirabat, profitebatur, quo tandem iure, eum Monachorum Hiſpanorum Parentem, Cœnobiorũ Conditorem facis? Tu ſupra ex eo Simplicianum Monachum faciebas, quòd ineptus alioquin Monaſtices Doctor extitiſſet;

Cur

Cur modò mutata velificatione, Paulinum necdum Monachum, Monachorum Anteſignanum, Magiſtrum, Propagatorem facis?

53 Sed enim argumenta graviſsima hanc tibi neceſsitatem impoſuere. nihil minùs. Nam quod Auſoniana illa:

Occidui me ripa Tagi, me Punica lædit
Barcino, me bimaris iuga ninguida Pirenæi.

Iuxtaque illa.

Cæſarea Auguſtaque domus, Tyrrenica propter
Tarracò, & Oſtrifero ſuperaddita Barcino Ponto.

Aliaque (quæ ne longum faciam, omitto) in argumentum ibidem à Paulino exædificatarum Religioſarum domuum trahis; id tam eſt futile, ac ridiculum, vt vel Heraclitum, in cachinos ſolvere queat.

Paulinum Monaſteria ædificaſſe in Hiſpania, ridiculé Hermenegildus elicit ex locis quibuſdã Auſonianis.

54 Sed enim inter cætera; quæ maximè ridicula affers, illud palmare eſt, quod ex D. Paulini epiſtola ad Severum Sulpicium in medium profers. Cum enim Paulinus recés ſibi (quamquam reluctanti) collati Sacerdotij certiorem Severum feciſſet, ſubiungit. *Veni igitur, ſi placet ante Paſcha (quod nobis optatius eſt) vt ſacras ferias, me Sacerdote, concelebres*: quæ cum de optimè latinis; peſsimè hiſpana feciſſes, infers. (eius hiſpana verba, præter morem, ipſiſsima ſubijcio. Tam enim abſurda ſunt, vt ne quis à me; hominis ludibrio exponendi cauſa; confiĉta putet, haud immeritò verear) *Convento tenia*, inquit, *pues le llama para que viua con el*. hoc eſt: quando ad ſe Sulpicium evocat convicturum, in Cœnobio, dubio procul, degebat. Tuam Dialecticam, immò Tuam fidem, Hermenegilde! Sulpicium Paulinus ſacras ſecum Ferias concelebraturum invitat. hoc eſt in communem Domum ibidem vitam exacturum vocare? Sed, vt vis ſanè, vocarit. Ergo quiſquis alium ſuam in domum invitat, continuò Cœnobium habere convincitur? quis hic, vel Craſo illo αγελαστοτερος, riſum cohibeat?

At multo abſurdius ex epiſtola ad Severum Sulpicium.

55 At, inquis, Monachi vitam Paulinum, dum in Hiſpanijs, ageret, profeſſum eſſe. & eius ſcripta ſatis produnt, & alij, ſane quàm locupletes, authores tradunt. Aures arrige, & rem accipe, Hermenegilde. Paulinus natu grandior, more illis temporibus receptiſsimo, ab Delfino Epiſcopo Burdigalæ Sacro fonte ablutus fuerat. cum Baptiſmate alte pietatem in ani-

Paulinus in Hiſpania vota Monaſtices profitendæ concepit: non tamen eandem apertè profeſſus.

animum demiſſerat. Quod ei colendæ, ſplendorem familiæ, amicorum frequentiam, conſanguineorum conſuetudinem, haud ſanè parum remoræ allatura vir ſanctiſsimus animo providebat, in Hiſpaniam cogitavit, ac porro ſeceſsit. Ibi virtute ferventius excolenda ardor (vt fit) Deo expeditius, atque perfectius inſerviendi crevit. Ergo Monaſticæ vitæ amplectendæ, vna cum coniuge Tharaſia vota concepit. Aptiſsimus ex omnibus in eum finem, ſeceſſus Nolanus eſt viſus, vbi SS. Confeſſoris, an Martyris Felicis, Nolani quondam Antiſtitis, ſacræ exuviæ eo tempore, magna populi Chriſtiani frequentia, colebantur. Ad eum iam inde ab Hiſpania aſpirare, Monachumque, & ſi re nōdum, voto tamen, agere cœpit. Hinc pro Monacho, & ab alijs eſt vulgò habitus, & ſe ipſe geſsit: quamquam revera, quoad in Italia, Romæ patrimonio divendito, & in pauperes erogato, in Nolanam eremū ad S. Felicis ſeceſsit, illud vitæ genus ex profeſſo non eſt amplexus. Hæc eſt ipſiſsima Paulini Hiſtoria, ex ipſius, & æqualium Scriptorum monumentis excerpta. Quidquid præterea comminiſceris, animi per quietem aberrantis, an delirantis, ludibria ſunt.

V. C. Philippus Labbæus noſtra omnia cōfirmat.

56 Hæc iam ſcripſeramus cum ad manus noſtras Philippi Labæi S. I. viri verè magni, *Diſſertationes Philologicæ Eccleſiaſticæ* pervenere. In his in *S. Paulino Nolano* eadem fermè de ipſo tradit, quæ nos, ipſo inconſulto, ſcripſeramus. Neque verò quiſquam in vetuſtis Eccleſiæ monimentis verſatus, aliter cenſere poteſt, nilubeat Tecum delirare. In annotatione porro ad S. Maximi Monachi lucubrationes hæc, quæ apponere è re noſtra viſum fuit, habet, *Quid quod Sanctam Paulam viduam Romanam, ipſumque adeò B. Paulinum Nolanum Epiſcopum boni quidam viri, ad modumque fidei, ſuæ prodigi, cum alijs pluribus Ordini ſuo aſcribunt? quæ ſi diſcuſſerit Critice paullò auſterior, omnia in fumos, ventoſque vaneſcent.* vbi Te Tuique ſimiles non obſcurè perſtrictos vides.

Nec vllū Hieronymianæ familię in ſuo indice authorem aſſert: adducturus, ſi eā agnoviſſet.

57 Accedit, quòd in Indicibus Religioſorum Scriptorum Indice 13. Titulo, *Monachi, & alij Abbates ſiue Græci, ſiue Ægyptij, ſiue Latini diuerſorum Ordinum,* quos nimirum, partim Auguſtiniani, partim Carmelitæ, &c. ad ſe trahunt, S. Hieronymum reponit. Cumque omnium

fere

ferè Religioſarum Familiarum indices texat; Hieronymianæ (quippè nuperrimæ) vir in omni librorum, & antiquitatum genere verſatiſsimus, nullum adducit.

58 Quæ de Philippo, Pammachio, Licinio Bætico,& alijs addis, eiuſmodi ſunt, vt ea legiſſe refutaſſe ſit. Nam partim eorum ideò Hieronymianis accenſes, quia Bethlehemum, ſacra Domini incunabula adorandi gratia, profecti ſunt: partim Hieronymum de nonnullis,quæ in Sacra pagina inexplicabilia occurrebant, conſuluere. Itaque, vt tua ratio eſt, Hermenegilde, totus orbis, maior certè,& potior eius pars,Hieronymianum ad iſtud, quod ſomnias, inſtitutum pertinebit.

Alij, quos Hermen. ſuis accenſet nullo modo fuere Hieronymiani.

59 Non eſt nobis propoſitum(id quod initio profeſsi ſumus) vt ſingula, quæ affers, confutemus. Id Lectori (quod abominamur) intolerabile faſtidium afferret. Præcipua Imaginarij iſtius Tui Monachatus firmamenta produximus. Ea quàm parùm firmitudinis habeant, ſat, arbitror, oſtendimus. Ex his Lector Candidus, & eruditus de cæteris, quæ miſſa fecimus, iuditium feret. Ex adductis porrò abundè liquet, *nullum Monaſticum Ordinem à SS. Doctore conditum fuiſſe*, quod nos oſtenſuros eſſe, in huius limine Diſputationis receperamus.

Concluſio diſputationis.

Benedictina Regula ſtatim,atque à Sanctiſsimo Patriarcha noſtro conſcripta eſt, per totam, quàm latè patet Europam ab eius Diſcipulis fœliciſsimè diſſeminata fuit; atque in noſtra præſertim Hiſpania, ea viuendi ratio, quàm primum eſt recepta, & in mores inducta,

SECTIO II.

1 SAtis, puto, in Superioribus demonſtrauimus, nihil minus Hieronymo curæ fuiſſe, quàm vt Monaſticum Ordinem, aut inſtitueret ipſe,aut ab alijs inſtitutum propagaret. Fruſtraque eſſe Hermenegildum, dum iteratis voluminibus,rem ad hoc æui inauditam, exculto hoc ſæculo, perſuadere conatur. Et verò, niſi me omnia fallunt, nemo erit, quin pauca hæc noſtra, tam multis ab eo elucubratis voluminibus occurrere, plenèque ſatisfacere fateatur. Ex quo,

Dictorum Synopſis.

Digitized by Google

quo, & illud liquebit, nihil huic Patri cauſæ fuiſſe, cur Benedictinis Luminibus officere conaretur. Quando in ſuum ea Ordinem nullo iure poterat derivare. Supereſt igitur, vt, quas ſoli ipſi nebulas obijcit, ipſius veritatis fulgore diſsipemus.

2 Principio igitur ita ſtatuunt Benedictini: Monachorum ſtatum in Occidente mirificè ante Magni noſtri Parentis exortum, deformatum fuiſſe. Vix vnum, aut alterum Cœnobium in tota Europa occidua reperire erat, quod inſtitutum illud, quod habitu nomineque profitebatur, re præſtaret, atque exhiberet. Ea re factum, vt Eccleſiæ Occiduæ, hoc decore, quaſi dextro lumine, orbatæ, cælitus miſſo Benedicto, per quem tantum damni ſarciretur, pientiſsimum numinen ſubveniret. Nemo in priſcis Eccleſiæ monumentis paullò verſatior, hoc indubium revocare queat. Non multus proinde ero in congerendis graviſsimorum hominum teſtimonijs, qui aſſertioni noſtræ fidem affirment. Hermenegildo enim tam multi iſti pro nullo erunt. Alij porro, vel docti erunt, ac proinde, id quod iam dudum didicere, minimè docendi: vel in docti, qui (ni pervicaces eſſe velint) fidem habebunt.

Qualis ſtatus Monaſticus in Occidente ante Benedictum fuerit?

3 Vnum tamen, quod plurimorum inſtar eſt, & rem plane conficit prætermittere, nefas erit. Id petitum eſt ex Martyrologio Romano, in quo XII. Kal. Apriles ſic legitur *In monte Caſino Natalis S. Benedictini Abbatis, qui Monachorum diſciplinam in Occidente Collapſam reſtituit, ac mirifice propagavit.* Audin? Hermenegilde, en non quantæ vis authoritatis homo, ſed ipſa Romana Eccleſia, eò miſeriæ Monaſticum Ordinem in Occidente deveniſſe aſſerit, vt non deformatum modò, verum pene collapſum, ad nihilumque ferè, ante Benedictum redactum fuiſſe pronuntiet. Quid amplius? eam Maculam, quæ occiduum orbem miserandum in modum deformabat, Magni Benedicti opera, ſtudio, pietate, vno verbo, Norma, ad quam mores ſuos Monachi vniverſi dirigerent, deletam eſſe. Etiam num recalcitras? adhuc hiſcere audes? etiam.

Teſtimonium petitum ex Martyrologio Romano.

4 Nec me latet, quonam ſcuto tegaris, adverſus adeò validum telum. Ais ergo in Tuæ *ſatisfactionis* parte 1. cap. 2. fol. 18. cum tuo Gallonio; *Neque Breviarium ipſum, præter Lectiones ex Scripturis Canonicis excerptas, Romanam Eccleſiam recitandum ita tradere, vt omnia, quæ*

Hermenegildi effugium.

in

in eo ſunt, velit locum obtinere Scripturarum Canonicarum. Itaque parum, dices, aut etiam nihil laborandum eſſe, quid dicat Martyrologium Romanum.

5 Audi Hermenegilde. Non vſque adeò rudes ſumus, vt quidquid ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectans ſive Breviario, ſive Martyrologio continetur, pro Canonico habeamus. Id tantum contendimus, quidquid ab Eccleſia publicitus recitandum proponitur, magni ponderis eſſe, quodque cuiuſvis Hiſtoriographi privato teſtimonio merito præferatur. Nec iniuria, quando peculiarem, etiam in his, opem à Deo ſuæ Eccleſiæ ferri, nemo Theologia vel leviter imbutus, inficiari poſsit. Et alioquin tantum curæ, & diligentiæ in Breviarij, & Martyrologij, ſi quæ inerant, labeculis emaculandis, his poſtremis temporibus impenſum eſt, vix vt vlla erroris rationabilis ſuſpitio ſuperſit. Itaque, vti à nobis productum Eccleſiæ teſtimonium Canonicum eſſe nolumus, ita tanti ponderis eſſe contendimus, quanti tu nullum (rumparis licet) producere queas. Quod ſi præſtiteris, en calamum abijcio, herbam vltrò porrigo; meque victum luce palàm eſſe profiteor.

Eccleſiaſticę Hiſtoriæ teſtimonium, tametſi nō Canonicū, magni tamen ponderis.

6 I nunc, Hermenegilde, atque totum orbem Occiduum Hieronymianis refertum Cœnobijs imaginare. In Hiſpania, Britania, Gallia (& vbi non?) Religioſas domos ædifica, quas, puerilem in modum, poſtpaulò ſolo æques, atque diſijcias. Vix centum anni Hieronymum inter, & Benedictum interceſſere. Ante hunc porrò Monaſticam diſciplinam in Occidente *penè collapſam* ex Martyrologio audiſti. Quonam ergo tam multa tua illa, tam numeroſa Cœnobia, mi Pater, de repente abiere? in fumos puto.

Cœnobia, quæ Hermenegildus ſomneat, imaginaria.

7 Cum igitur in id Benedictum à Deo Eccleſiæ datum conſtet, vt ſolutam in Occidente Monaſticam diſciplinam ſeverioribus legibus adſtringeret; quis vſque adeò deſipiat, vt ſibi ab numine concreditum talentum altè in humum defodiſſe arbitretur? nemo, puto, præter Te vnum, Hermenegilde. Ergo tum per ſe ipſe, cùm per ſuos tantum boni longe, lateque diffundere, ac propagare, quam primùm eſt aggreſſus.

Benedictus à Deo ſibi concreditum talentum non occuluit.

8 Ab Italia patria ſua fœlix auſpicium ſumpſit. In qua non duodecim ſolùm Monaſteria illa, de quibus M. Gregorius, excitavit, verùm complura alia, quæ Hiſtoriographi præter-

Eundem nō duodecim illa ſolū,

Digitized by Google

ſed cõplura alia erexiſſe Monaſteria eſt veroſimillimum.

termiſere, funditus erexiſſe, eſt veriſimillimum, vt contrariũ prorſus improbabile videatur: Qui enim ex Sublacenſi ſpecu vix dum egreſſus, duodecim in tam exiguo, & ignobili terræ tractu Monaſteria conſtruxerat, eum de cætero quieti, & otio ſe dediſſe, atque commiſſam ſibi ab Numine provinciam minùs diligenter procuraſſe, ſeu veriùs neglegiſſe, nemo ſanus dixerit.

Placidus in Siciliam Sãctam Regulam invexit.

9 Deinde in Siciliam, Italiæ finitimam, Duce Placido, Sanctiſsimi Patris Filio chariſsimo, nobiliſsima colonia, haud ita poſt multò, Chriſti fidem ſuo ſanguine conſignatura, noſtrique Ordinis decori prælуſura, tranſmiſit. Neque ex eo multi anni abiere, cum Maurus in Gallias Benedictini inſtituti prima ibi fundamenta iacturus, eſt miſſus. Neque enim audiendi ferendive vllo modo ſunt malè feriati homines nonnulli, qui, quòd in geſtis Sancti Placidi à Gordiano conſcriptis, nonnulla difficilia, aut etiam fabuloſa, occurrunt, & in B. Mauri vita nodus ille de anno Obitus S. Patris noſtri, qui tam multa, nobiliaque ingenia, hoc ſæculo præſertim, exercuit, intervenit, vtramque Hiſtoriam, nullo diſcrimine, aut delectu habito fabulis acenſent, Thracij illius ex vltima Barbaria ſimillimi, qui cum vicinum fortè agellum ſuum purgantem, luxuriantesque vites amputantem vidiſſet; ipſe rei ruſticæ ignarus, idem ſibi in ſuo agro, mala, vt ait Agellius, doctus audacia, licere putans, omnes ab ſtirpe vites, oleas, vno verbo, plantas omnes evulſit. Qui, ſi ſaperent, Baronium, doctioreſque alios imitarentur, qui cum hos, tùm in paullò ante commemoratis Hiſtorijs, tùm in alijs quam plurimis, nævos paſsim deprehendant, illis reiectis, & improbatis, cætera admittunt. Alioquin, ſi vbi quippiam, aut difficile ad credendum, aut etiam fabuloſum intervenit, cætera falſitatis damnanda ſunt: omnes omninò Hiſtoriæ (cùm nulla ferè aliquo nævo careat) tum profanæ, cum Eccleſiaſticæ (modo Canonicas excipias) fabulis accеſentor. Quare quid homines diſcernendi facultate profuſis deſtituti dicant, aut ſentiant, minimè laborandum eſt.

Maurus ſubinde in Gallias eiuſdem propagandę gratia miſſus fuit

Quidquid nonnulli nuperi contra obijciant.

10 Sub hoc ipſum circiter tempus, Benedectinum inſtitutum in Hiſpanias invectum putamus. Quamquam enim neque Gregorius, nec æqualis illius quiſpiam Scriptor (Haubertis enim, Maximis, Liberatis, ſuſpectæ apud nonnullos fidei

dei authoribus, in rei evidentiſsimæ probatione toto hoc noſtro opere conſultò abſtinuimus) eius rei mentionem faciat, ea tamen aliundè ſuppetunt argumenta, quæ nos ſuper hac re dubitare non ſinunt. Æmilianenſe enim, Caradignenſe, Legionenſe, aliaque nonnulla Benedictina Cœnobia, etiam num SS. N. Patriarcha ſuperſtite, vel ſub eius certè exceſſum, erecta eſſe, atque iam inde ab ſui exordio eius legibus paruiſſe, omnes omninò cùm domeſtici tùm extranei Hiſtoriographi (neque enim Pelliceros, Hermenegildos, alioſque eiuſdem furfuris nonnullos, in hoc, vt veritatem obſcurent, vnum natos, hoc nomine dignamur) vno ore conſentiunt. Sed quia hoc eſt præcipuum noſtræ controverſiæ caput, & cuius forſan vnius cauſa ſtylum ſumpſimus, illud integrum, & illibatum ſuum in locum, qui iam iam ſuccedet, reſervamus. Subidem tempus ſancta Regula in Hiſpanias invecta.

11 Deinde in Angliam Gregorio M. noſtro Authore, Auguſtino, & Socijs expeditionis Ducibus fœlici ſydere, Benedictinæ leges ſunt importatæ, & in illius Inſulæ Monachorum mores inductæ. Id integro eius Argumenti volumine, ab Clemente Raynero noſtro in lucem dato, adeò perſpicue eſt demonſtratum, vt qui rem ita ſe habere, poſt tantum lumen ab eo illatum, non videat; aut extremæ cæcitatis, aut ſtolidæ pervicaciæ damnandus ſit. Quæ enim in virum doctum, & pium Hermenegildus deblatterat, talia ſunt, vt riſum, aut miſerationem veriùs, quàm ſeriam refutationem mereantur. Quare ſi evanidas hominis impreſsiones longiore Diſputatione retundere velim, næ Hermenegildi ſimilis, hoc eſt ridiculus, & (quod vulgari proverbio prohibetur) actum agere videar. Similiter in Angliam.

12 Vides igitur omnem fermè Europam Benedictinum inſtitutum brevi, hoc eſt quinquageſimo, aut ſexageſimo, poſt eius Authorem anno peragraſſe. Provinciæ enim, ad quas intra huius periodum temporis, non pervenit, partim ad Orientem ſpectant, partim incultæ, & Barbaræ erant, quas labente ævo, primùm ad manſuetudinem, ac politiorem cultum, deinde ad Chriſti fidem Benedictini traduxere. Quod ne ipſi quidem Hetherodoxi, qui ab ſuæ Fidei Authorum, pijſsimorumque parentum moribus, ac Religione tantopere, hoc noſtro ævo, deſcivere, negare audent. Sed iam ad noſtræ ſcriptionis præcipuum argumentum, hoc eſt, Benedictini in Adeoque in Europam occiduã, quæ Chriſti legibus tunc parebat.

Hiſpania Monachatus Primordia, ſtylum convertimus. Quo autem ordine procedamus, ab omnino indubitatis, & conſeſsis, hoc eſt, de quibus nemo vnquam ante, & præter Hermenegildum, dubitavit, auſpicemur. Ab his ad ea, quæ non minus illa quidem certa ſunt, licet obſcuriora (quippe antiquitatis profunda caligine circumfuſa) gradum faciemus. Sed ad rem iam tandem ipſam aggrediamur.

Abſurdum & omnino ridiculum eſt, ante annum Domini 1030. præter-propter, Benedictinum inſtitutum Hiſpaniæ noſtræ ignotum fuiſſe pronunciare.

SECTIO III.

Novarum, & mirabilium opinionum noſtrũ ſæculum feraciſsimum.

1 SI quod, ab orbe condito, prodigioſarum opinionum ferax ſæculum fuit, hoc noſtrum certè eſt, in quo nihil intentatum, magna partim ingenia, partim levia, & ridicula, reliqui fecere. Sunt quibus Cœlum ſtet, Terra in orbem agatur. Rationis expertes animantes authomata quædam, nihil ab his, quæ circunferuntur, niſi ſolo artificio differentia, nonnulli autumant. Sunt qui in Luna montes, valles, maria, flumina, arbores ſtatuiſſe non ſatis habentes, homines etiam eò invexere; vrbes, domos, ipſa quin etiam animantia minuſcula, ſuis ſe Teleſcopijs detexiſſe tantum non deierantes. Infinitum eſſet omnia perſequi. Itaque pluribus abſtineo.

Quod, vt in rebus abſtruſiſsimis tolerabile.

Ita in perſpicuis minimè ferendũ.

2 Et illi quidem, vbi dumtaxat nihil Fidei Catholicę contrarium aſſerunt, ferendi vtcumque ſunt. In obſcuro enim eorum induſtria verſatur, vt non magnopere mirandum ſit, ſi in tam denſa caligine alicubi cæſpitent, & offendant. Eorum porrò audacia, an dementia, nullo modo ferenda eſt, qui rei facili, ac perſpicuæ caliginem offundunt, atque in luce meridiana clariori, aut nectuarum more non vident, aut quod eſt longè deteriùs, ſe non videre, inſigni pervicacia, ſimulant. Ad vtrum horum hominum genus Hermenegildus pertineat, haud planè ſcio; ad alterutrum certè pertinere, qui rem adeò confeſſam, & perſpicuam tam obſtinatè perneget, nullus dubito. Sed, quibus noſtra aſſertio firmamentis nitatur, quo hominis cæcitas, an inſania, magis appareat, oculis ſubijciamus.

Pri-

Prima noſtræ ſententiæ probatio ex Benedictinis, omni fide digniſsimis, Tabularijs, quæ ab Hermenegildi inaudita audacia vindicantur.

3 Primum igitur, atque Achilleum plane, pro noſtra Antiquitate argumentum, ex noſtrorum fide Tabulariorum, omnibus ſæculis veneranda, ducimus. Nec iniuria. Qui enim paſsim in Curia Regia, cæteriſque minoribus ſubſellijs, producto ex noſtris Tabularijs vno, aut altero venerandæ Antiquitatis Diplomate, lites identidem obtinemus, in quibus non de lana caprina, quod dicitur, ſed de opimis alias prędijs, alias prærogativis litigatur; cur in cauſa, quamvis gravi, minoris tamen, proculdubio, momenti, non hoc, illo, ſed innumeris privilegijs in medium allatis, nos ſuperiores futuros non ſperabimus?

1. argumentum ex noſtris Tabularijs ductum.

4 Sed enim ſeſe opponit Hermenegildus, ſuæque famæ prodigus, quamque prudens Lector de tam inſigni audacia ſententiam ſit laturus ſecurus, cum ſe ad incitas redactum animadverteret, omnia omnino Benedictinorum Privilegia, in quibus *Benedictinæ Regulæ*, ante annum Domini 1030. mentio fiat, eorum fraude falſata, atque corrupta eſſe, ſolita temeritate contendit. Homini tam ſui, alienique honoris prodigo quid facias? Sanè cum huiuſmodi non rationibus, ſed vi agendum, vel pueri norunt. *Qui inter prima ſummularum, vt* vocant, rudimenta, *aduerſus negantes principia haud eſſe diſputandum* didicere. Quid autem tam certum, atque in Hiſtoriæ conſcribendæ legibus confeſſum eſt, quàm Diplomata fide-digna (cuiuſmodi Benedictini pro ſe innumera proferunt) plenam fidem facere? vt qui hoc neget, in limine ipſo offendere, principiumque notiſsimum, ac receptiſſimum negare, merito dicatur.

Quod fruſtra Hermenegildus, eorum fide elevanda infirmare nititur.

5 Ac multi quidem ex noſtris rem hanc, pro dignitate tractarunt. Illis tamen, alijſque in præſentia miſsis, ex Ambroſio Moralio nobili in primis Hiſtoriographo, atque in priſcis noſtræ Hiſpaniæ monumentis verſatiſsimo, hæc pauca ſubijcere eſt viſum, quæ ex Hiſpanis, bona fide, latina damus. Extant apud ipſum in Prologomenis tomi III. ſuæ Hiſpanicæ Hiſtoricæ.

Quanti Diplomata fidei, & autoritatis ſint præ cæteris V. C. Ambroſ. Moralius docet,

6 *Præterea,* inquit, *firmiſsimum authoritatis Re-*

Digitized by Google

giæ fundamentum magna ex parte labefactatur. Hæc enim Priuilegij, hoc eſt grauiſſimæ ſcripturæ, fide præſertim nititur. Itaque ſi huic quiduis aſſerendi libidini locus detur, peſſima feneſtra aperitur, qua Regalium Scripturarum, in quibus Regni pax, & ſtatus conſiſtit, firmitudo conuelli queat. Cum Eccleſiæ, Monaſteria, Optimates, & Nobiliores alij, horum Priuilegiorum præſidio freti, ſua bona ac prædia ſecurè poſſideant. Et poſt pauca: *Ex quo apparet, ni huius aduerſus Priuilegia petulantis audaciæ torris maturè reſtinguatur, fore vt pacifici noſtræ Hiſpaniæ ſtatus firmitas, eius flamma ſubito corripiatur. Cumque, quod de Priuilegiorum authoritate diximus, ſit longè veriſſimum, ſcimus nihilo ſecius in plerisque litibus multa ad eorum fidem, ac veritatem conuellendam congeri ſolere. Atqui ſimul videmus, Regalium ſubſelliorum Iudices rarò, aut potius nunquam, vllum Priuilegium falſitatis damnare. Quod ſi aliquando euenit, id tum fit, cum luce meridiana clariora teſtimonia ſuppetunt: aliàs minimè.* Hæc loco citato Moralius. Vidèn, Hermenegilde, quanti ab nobiliſsimo noſtræ gentis Hiſtorico, quæ paſsim peſſundas, Privilegia fiant? Vidèn quanti ſceleris, & audaciæ eos damnet, qui ea audacter reijciunt?

Hermenegildi effugium.

7 At dices, Te Privilegijs authenticis, & legitimis fidem nunquam abrogaſſe; ſed à Benedictinis producta notha eſſe, ac ſuppoſititia. Bene habet. Et quis vnquam cum Privilegium authenticum, & legitimum eſſe fateatur, ei fidem non adiunxit? Et tamen, ni ſole clarioribus teſtimonijs, qui ea in litibus improbant, nitantur, eorum impudentia, & hic à Moralio, & in Regijs ſubſellijs ab Iudicibus paſsim reijcitur. Quam tu porrò ſtramineis arietibus noſtrorum firmitudinem Diplomatum impetas, poſt paulò viderimus, ſi prius, Magni viri Philippi Labæi iam laudati verba adverſus Hermenegildi ſimiles quoſdam animosè contorta, quę nefas eſſet omittere, adduxerim. Sed virum ſummum loquentem audiamus. *Hominis porrò furioſi eſt Teſtem (immò Teſtes) omni exceptione maiorem, de quo ne levis vnquam, apud bonos, malos ve enata ſit ſuſpitio, eam tantùm ob rem, quod cauſæ Tuæ aduerſetur, omni teſtimonij iure, atque authoritatis pondere priuare velle. Quid ni enim eadem*

Quod V.C. Labbæus opportunè præcludit.

fi-

ſidelia denigres quoſcumque Scriptores ſacros, Profanoſque, Hiſtoricos, Concilia, chartas, Diplomata, ac cætera venerandæ Vetuſtatis monumenta? Sed quid facias? Sic affecti ſunt plerique omnes Mataeologi :::: Vt quidquid in buccam, calamumve venerit, dicant ſcribantque, in hoc vnum intenti vt deſiderijs ſuis ſeruiant, plebeculæ, atque imperitis placeant :::: famæ interim ſuæ liberaliter prodigi, atque eruditæ poſteritatis ſecuri. Hæc Labbæus in *Ioannæ Papiſſæ Cenotaphio euerſo.* num. 1. fol. 882. In quibus vides Te à Summo viro graphicè, & ad vivum depictum.

8 Verùm age, quando eò pertinatiæ provectus es, vt ea, quæ pro confeſsis ſumenda, non probanda erant, docendus ſis, quàm temerè, ac præcipitanter Benedictina Privilegia reieceris, ſi qua modò ſanioris in te mentis ſcintilla reliqua eſt, ex his diſcere potes.

Vrgetur vehementius Hermenegildus.

9 Principiò ergo, ex te quæſierim, an tui Scorialenſes ſodales, Antiquitatem, quam tu Hieronymiano inſtituto defers, tanti faciant, vt eius aſſerendæ cauſa, quæ ab Philippo II. alijſque Hiſpaniæ Regibus ampliſsima Diplomata habent, falſari, adeòque omnia prædia, amploſque, quibus victitant Redditus, in diſcrimen vocari velint? Ipſos mihi conſule, & quid tandem reſponſi feras, renuncia. Prudentiores profectò ſunt, quàm vt ſolida imaginarijs antelaturos mihi perſuadeam. Quod ergò Tuos Scorialenſes minimè commiſſuros putas, hoc Benedictinos ſuſcepturos arbitraris? Atqui non quævis Privilegia, ſed illa, quæ ſi labefactentur, victum emendicemus neceſſe eſt, Benedictinæ Regulæ, mentionem faciunt. Nam, vt de cæteris in præſentia taceam, ampliſsimum, idemque vetuſtiſsimum Diploma Alphonſi III. quo inclyto S. Facundi Cœnobio plura multò quàm modo poſsidet, à potentiſsimo, pijſsimoque Principe donantur, Benedictinam Regulam, vti ſuo loco per otium videbimus, laudat. Quis ergo vſque adeò in Antiquitatis amorem Benedictinos effuſos imaginetur, vt eius ſibi arrogandæ cauſa, tam multa prædia, ampliſsimas opes, eximias prærogativas, in diſcrimen adduci patiantur?

Veriſimile non eſt Benedictinos Diplomata, in quis ampliſsima prædia ipſis donantur, Antiquitatis ſtudio adulterare voluiſſe.

10 Accedit quòd, ſi Benedictini (vt Tute ſomnias, ac per ſummam calumniam ipſis affingis) in tantum eſſent

 an-

Cum citra eiuſmodi aleam ipſis mendacibus eſſe licuiſſet.

antiquitatis avidi; nullo ſuò periculo ipſis mendacibus, ac falſatoribus eſſe licuiſſet. Nam Diplomata, in queis de Prædijs, quæ modò non poſsident, ageretur, confingere, vel certè levioris momenti alijs eas voces, quæ tibi ſuſpicionem afferunt, addere poterant. Nunc cum eæ in illis extent, & reperiantur, in quibus opes eorum omnes, prærogativæ, & exemptiones aguntur; quis tam cæcus, & amens, ſit, quin ea authentica, & legitima eſſe videat, ac fateatur?

Haud ita facile eſt, recentia Diplomata pro vetuſtiſsimis obtrudere.

11 Præterea: adeò facile putas, Hermenegilde, recèns falſatis inſtrumentis eam faciem, formamque inducere, quæ Octingentorum, aut amplius etiam, annorum vetuſtatem præſeferant? fors ipſe eam artem calleas. Benedictini certè, quos novi, hanc funditus ignorant.

Alioquin ea fraus viris ſagaciſsimis ſuboluiſſet.

12 Deinde tam fatuos, atque ſtipites, Moralem, Garibayum, alioſque innumeros in priſcis ſchedis, ac monumentis excutiendis verſatiſsimos, qui Benedictina Archeia per otium oculis luſtrarunt, reputas; vt ſibi identidem fucum fieri, ac pro veris, & germanis Diplomatis, falſa, & notha obtrudi, taciti ferrent? Quæ, malùm, igitur iſthæc Tua præceps temeritas, & inſignis audacia eſt, vt quæ tot, taleſque viri præ oculis, adeò, que manibus habentes pro veris, & authenticis approbarunt; ipſe in cellula, altùm forſitam ſtertens, reijcere, & improbare nihil verearis?

Nec ampliſsimos Senatores Regios fallere poſſet.

13 Iàm quantam Regijs Senatoribus ſtuporis, iniuſtitiæ, temeritatis, labem aſpergis, qui huiuſmodi Diplomatibus à nobis prolatis, ſecundùm nos identidem ſolent ſententiam pronuntiare? Si enim ea notha, ac ſuppoſititia ſunt, aut cæcos eos eſſe neceſſe eſt, qui falſatricem manum non deprehendant; aut iniquos, qui deprehenſa, cauſam nihilo ſeciùs nobis adiudicent; aut denique præcipites, & temerarios, qui re non ſat maturè expenſa, præpingui hæreditate adverſarios noſtros ſpolient.

Nec curanda nobis Hermenegildi lepida comminatio.

14 Sed in eo es oppidò lepidus, ac feſtivus, quòd cavere noſtros iubes, ne quidquid ipſe nullo iuditio garris, integerrimi Iudices reſciſcant; & in poſterum tua admonitione cautiores effecti, latas olim ſecundum nos ſententias reſcindant. Nempe tantum ipſis à ſerijs, gravibuſque negotijs otij eſt, vt Hermenegildi nugas legere vacet; tam parum iuditij, vt lectas non ſint effuſo riſu proſecuturi.

Nam

Digitized by Google

15 Nam illud quanti, quamque incredibilis flagitij eſt, quòd vniverſis Benedictinis turpiſsimum Falſariorum crimen impingis? Quod profectò in vnum, aut alterum, eumque nequiſsimum fortaſſe cadat; in tam multos, taleſque viros cecidiſſe, qui vel leviter ſuſpicatur, is (vt loquar modeſtiſsimè) aperriſsimè furit. Quid enim? vſque adeò humanitatis ſenſum Benedictini omnes exuiſſe credendi ſunt, vt quod, etiam Heretici, Ethnici, Barbari, horrent flagitium, in id omnes omninò conſpiraſſe dicantur? Et quid tandem animi, quid frontis, Hermenegilde, Tibi fuit, cum tantùm ſcelus noſtris affingere, nec affingere ſolùm, ſed chartis illinere, & ne hoc quidem ſatis habens, typis etiam committere, in æternum tuum dedecus ſuſtinuiſti?

Incredibilis Hermenegildi audacia Benedictinos omnes turpiſsima falſatorum labe aſpergentis.

16 Accedit, quòd ſi Antiquitas Benedictinis tam cordi erat, quàm ipſe imaginaris; Diplomata ab Gothis Regibus, ante Hiſpaniæ ab Mauris illatam cladem ſibi conceſſa, quæ hanc aſſererent, longè impuniùs, ac minore periculo, poterant confinxiſſe. In primis enim nullum ab Recentioribus Principibus iurium, ac poſſeſsionum ſibi conceſſorum, quibus vnis modò fruuntur, periculum adibant. Deinde non ita facilè doli, ac fraudis convinci poterant. Quid enim adverſus ea excipi poterat? an Reges Pelagio antiquiores eiuſmodi Diplomata non conceſsiſſe? Sed vnde tandem id confirmares? An in ſuprema illa clade Cœnobia perijſſe, & vniverſa Tabularia cum ſuis ſchedis omnibus conflagraſſe? Nonne poterant Monachi, dum munitiora Hiſpaniæ noſtræ loca fuga petiere, maioris momenti chartas nonnullas ſecum aſportaſſe? Nihil hic incredibile, nihil quod (ſi hoc genus fraudis Benedictinis arriſiſſet) non defendere poſſent. Quare quòd hoc non fecerint, eorum fidei, & candoris, & Tuæ ipſis inſultandi libidinis palmarium, & invictum prorſus argumentum eſt.

Quod Benedictini nulla ante Saracenicam cladem Diplomata conceſſa proferunt, id ab omni falſitatis ſuſpicione ipſos immunes eſſe convincit.

17 Verum age; quandò tandem, quibuſque cauſis adducti, ſua Benedictini Privilegia adulterarint nobis edicito. Vbi primum, inquis, eorum ſparſa membra in idem Congregationis corpus coaluere. Hoc eſt ſub annum Domini 1490. Ferdinando, & Iſabella regnantibus, qui eius vnionis, luxatæque Monaſticæ diſciplinæ reparandæ, noſtris Authores fuere. Et cui tandem te perſuaſurum ſperas, Hermenegilde? id vnum tunc agebatur, vt vetuſtate mitigatus rigor Monaſticus

In tēpus, in quo Hermenegildus falſandi prurigine noſtris affingit, accuratius inquiritur.

pri-

Digitized by Google

primævæ obſervantiæ reſtitueretur. Et tunc locum tam multis fraudibus fuiſſe credis? Florebant ea tempeſtate, ſi vnquam alias, in noſtra Congregatione viri doctrina, pietate, ſanctimoniaque præſtantes. Nam vt cæteros taceam, Magnus ille Garſias de Ciſneros Montis-ſerrati Abbas, exercitiorum ſpiritualium aureo illo, celeberrimoque libello compoſito clarus, Alfonſus item de Grixota Abbas S. Facundi pietate, ſanctimonia, ac miraculis celebris, noſtris hominibus ad omnẽ pietatem, & humilitatem præibant. Hos, alioſque eorum ſimiles (quos haud ſanè paucos, aureum illud noſtro Ordini ſæculum tulit) in hanc fraudem conſpiraturos, ſanus quiſpiam ſibi perſuadeat?

In quod hanc cadere nõ potuiſſe, planiſsimè vincitur.

18 Deinde quid cauſæ erat, cur tantum facinus auderent? id venerandis illis noſtris Patribus vnum curæ erat, vt Abbatum Iuriſdictio, quæ nimio plus creverat, & in Epiſcopalem penè faſtum, & amplitudinem degeneraverat, ad Monaſticam moderationem revocaretur. Et in hoc rerum articulo Antiquitatem, qua alijs religioſis cætibus anteirent, quo iure, qua iniuria tam effusè, quàm Tu fingis, ambijſſe, vel levem probabilitatis ſpeciem habet? Eſto tamen ambierint. Cum nemo de Antiquitate ipſis litem intenderet, quorſum hanc ſibi arrogaturi, Diplomata corrumperent, venerandæ Antiquitatis ſchedas cùm recens falſatis chirographis commutarent? Niſi forte iam tunc Hermenegildum, qui de hac re nobis controverſiam faceret, olim exoriturum præſago animo providebant.

Cum tunc noſtri omnia alia cogitarent.

Nec vllus ipſis de Antiquitate litem moveret.

19 Lubet hanc diſputationem illius, quem tu tanti facis, magni ab ipſo viciſsim habitus, verbis concludere. Is eſt Tuus ille Pellicerius, à quo veritas ipſa, non in Benedictinos amor, quem præ ſe nunquam tulit, hæc expreſsit. *En el ſiglo octavo*, inquit, *y deſpues de la Renovacion de el Caſino, no contradirè (ni fuera razon) aver entrado en Eſpaña, y florecido la Santa Regla. Pues ſeria injuſticia oponerſe à lo venerable de los Archiuos de eſta Sagrada Religion, por ſer ellos, y los Manuſcritos Priuilegios Reales, que conſeruan, los que ſe oponen al oluido, y deſagravian los deſcuidos de los tiempos. Aſsi tanto por el derecho de las gentes, como por los eſcritos tuuieron en los ſiglos todos grande autoridad, y reuerencia ſumma.* Hæc

Pellicerius, quãvis Benedictinis haud ſatis æquus, pro illorum innocentia teſtimonium dicit.

ille

Ille in ſui *Maximi à Marco diſtincti.* L. 4. §. 31. fol. 64. Quamquàm autem ita demum hæc Diplomata recipi debere aſſerit, ſi ſint authographa ipſa, non apographa: hæc exceptio nihil à nobis prolatum teſtimonium elevat. Plura enim exhibuimus, ac longè plura authographa proferre parati ſumus; Iam Apographis, quantum fidei debeatur, infra, cum bono Deo, docebimus.

Hermenegildi Sophiſmata aduerſus Benedictinorum Diplomata proponuntur, & diluuntur.

SECTIO IV.

SED enim quibus permotus, vſque adeò à cõmuni ſenſu aborrentem opinionẽ Hermenegildus amplexus ſit, videamus. Graviſsima enim eſſe oportet argumenta, quæ ipſum tam ancipitem aleam ſubire coegerint. In primis ergo Sancij Maioris Diploma profert, in quo tunc primum in has oras Benedictinum inſtitutum appuliſſe aſſeritur. Conceſſum eſt autem æra 1060. hoc eſt anno Domini 1022. Sub hoc ergo tempus Regula Benedictina primum in Hiſpaniam advenerit. Sed ipſa Diplomatis verba ſubijciamus. *Audiẽs*, ait, *B. Benedicti doctrinam vbique rutilare, cogitavit qualiter in Regionibus ſuis eam poſſet tranſplantare. Et mittens ad Cluniacenſe Cœnobium, evocavit inde Abbatem Paternum, & cum illo Gregem Monachorum, quos in Aſciſterio S. Ioannis Baptiſtæ conſtituit*, &c. En, inquit, Hermenegildus, diſſertè Sancius Rex aſſerit, Benedictinam vivendi rationem ab ſe primùm Cluniaco in Hiſpaniam invectam fuiſſe. Nec verò in Privilegium iſtud, vel leviſsimi erroris, aut fraudis ſuſpitio cadere poteſt. Nam, & ipſum Sancium omni exceptione teſtem maiorem habet: & ab his viris eſt divulgatum, qui & fidei integerrimæ ſemper habiti ſunt, & quorum nihil præterea intererat lectores incautos feſelliſſe. Ergo vnum iſtud (numero licet impar) cæteris omnibus, quamvis innumeris, longè, multumque præſtat, illiuſque proinde vnius teſtimonio, cæteris reiectis, ſtare debemus. 1. Argum. Hermenegildi ex Sãctij Maioris Diplomate petitũ.

2 Hoc eſt decantatum illud, totieſque inculcatum Hermenegildi in Benedictinos argumentum, quod vaſtiſsimorum qua- Quod, vt quod vult Hermenegildus aſſereret,

haud cæteris piæ ferri debebat.

quatuor voluminum haud ſanè minorem partem occupat. Sed enim quis non videat, quam futili, & ſtraminea machina tam firmis nixa radicibus fundamenta convellere, & labefactare nitatur? Viderat, ante Hermenegildum, Sancij Diploma illud Garibayus; viderat Moralius, viderat Mariana, alijque quàm plurimi: qui nihilo ſecius multis iam ante ſæculis Benedictinum inſtitutum agnoſcunt in Hiſpania. & merito. Fac enim iſtud Diploma, id quod vis, Hermenegilde, diſſertè affirmare. An ideo cætera venerandæ Antiquitatis, fideique ſpectatiſsimæ (quod ſuprà oſtendimus) monumenta erant temere repudianda? immò, ſi hoc cum illis nulla ratione ad concordiam adduci poterat, vnum tam multis nihilo inferioris notæ cedere debere, vel cæcus videat.

Eius ipſiſsimam mentem ex V.C. Marianæ verbis ſubijcimus.

3 Sed non ad eas anguſtias tua nos ſubtilitas, & diligentia redegere, vt huc, tuam reijciendi Diplomata prurigínem imitati, confugere neceſſe habeamus. Itaque & Sancij Diploma, vti germanum libentiſsimè admittimus, & eius appoſitiſsimum explicatum damus. Ne autem nos illum ex noſtro cerebro producere cauſeris, en verba P. Marianæ ſuæ Hiſtoriæ L. 8. C. 14. decantatum iſtud Diploma apertiſsimè interpretantia. *Celebris* (ait vir Summus) *erat ea tempeſtate Cluniacenſis Monaſterij Sodalium, quod in Burgundia ſitum eſt, fama ſanctitatis. laxatam iniuria temporum D. Benedicti diſciplinam ſeverioribus legibus aſtringendam curabant. Inde Coloniæ in varias Galliæ, & Hiſpaniæ partes mittebantur. Sanctius hominum fama permotus in Leirenſe Monaſterium, quod olim veterum Regum munificentia ſtructum erat, id genus Monachorum evocavit*, &c.

Quæ accuratè expenduntur.

4 En tibi, Hermenegilde, germanam tui Diplomatis ſententiam. Laxata erat in Hiſpania D. Benedicti diſciplina. Hanc pijſsimus Princeps priſtinæ obſervantiæ, & integritati reddere moliebatur. Auditione cōmodùm acceperat, eam ab Cluniacēſibus PP. ex amuſsim obſervari. Inde ergo Monachos, qui eam Noſtrates edocerent, evocavit. Non itaque, vt obſtinatiſsime contendis, primùm Sanctius Benedictinam Regulam invexit in Hiſpaniam; ſed certis quibuſdam Conſtitutionibus à Cluniacenſibus temperatam. Qui tam facili, & appoſitæ Diplomatis explicationi nō acquieſcit, indignus eſt profecto,

Digitized by Google

ſecto, qui cum ſeria Diſputatio inſtituatur. Neque verò neſcius ſum te illi haud acquieturum, Hermenegilde. Sed, rumparis licet, cœlũque terræ miſceas, non aliud à nobis reſponſum auferes.

5 Ad aliud huic ſuppar Hermenegildi Sophiſma veniamus. Id petitum eſt ex Synodo quadam Provinciali ad Coiancam, Vaccæorum oppidum haud ignobile, (Valentiam D. Ioannis nunc vulgò Noſtrates dicunt) Ferdinando Magno, qui ea tempeſtate Caſtellæ imperitabat, agente, anno Domini 1050. coacta. Eius Acta in Eccleſiæ Cordubenſis monumentis reperta V. C. Antonius Auguſtinus excripſit. Cuius Codicem Baronius nactus, ea tomo XI. ſuorum Annal. inſeruit. Ibi ergo titulo 2. ſic legitur: *Vt omnes Abbates ſe, & Fratres ſuos, & Monaſteria, & Abbatiſſæ ſe, & Moniales ſuas, Monaſteria ſecundum B. Benedicti regant ſtatuta. Et ipſi Abbates, & Abbatiſſæ cum ſuis Congregationibus, & Cœnobijs ſint obedientes, & per omnia ſubditi ſuis Epiſcopis. Nullus eorum recipiat Monachum alienum, aut Sanctimonialem, niſi per Abbatis ſui, & Abbatiſſæ iuſsionem. Si quis hoc decretum violare præſumpſerit anathema ſit.* 2. Hermenegildi Cavillum ex Synodo Coiancenſi.

6 In hoc decreto, homo acutus, id videt, quod vel Lynceos oculos effugiſſet. In primis enim iſtud (vt ita dicam) in Benedictinos telum validè intorquet, atque ita infert. Si Benedictina Regula, vt eius Sectatores iactitant, tot ante ſæculis, in Hiſpania vigebat, quorſum attinebat illius Synodi P. P. eam, etiam intentato anathemate, Monachis obſervandam proponere? Cum ergo eius obſervantiam, tali pœna propoſita iniunxerint, invicto id argumento eſt, illam ab Hiſpanienſibus Monachis neque agnitam, neque obſervatam ante fuiſſe. Neque teli ſolum vicem, verum etiam, quæ eſt hominis dexteritas, ſcuti, iſtud Decretum præbet Hermenegildo. Cũ enim vehementius premeretur à noſtris quærentibus, qui tandem factum ſit, vt ex tam multis Religioſis hominum cætibus, quam multos ipſe ſomniat, ſolus, aut propè ſolus, ſub hæc tempora ſuperfuerit, (vt in confeſſo eſt, nec ipſe ſtrenuus alioquin inficiator, negare audet) vnus Benedictinus? in has, inquam angustias coniectus, huius ſe vmbone Decreti, in hunc modum, tuetur. Ait enim idcirco accidiſſe, quòd om- Cuius egregiam interpretationẽ Hermenegildus comminiſcitur.

nes

nes omninò Monachi propoſiti anathematis metu perculſi, quamvis inviti cedere, eamque Regulam, quam haud dum profeſsi fuerant, ſuiſquique relictis, amplecti coacti ſunt. Neque id tamen aut cæteris inſtitutis Monaſticis fraudi, & dedecori; aut Benedictino laudi eſſe debere. Nam vel fortunæ, quod ex tam multis Regulis Benedictina, quam Monachi obſervarent, electa ſit, imputandum eſſe; vel eius benignitati, (ſeu tepori potius) cuius vix capax Martialis ea tempeſtas erat, aſsignandum.

Quæ nulli hactenus in mentē venerat.

7 Ingenioſus homo es, Hermenegilde, qui talia ex hoc decreto colligas; quæ non Baronio, non Marianæ, non cuiquam alij ex tam multis, qui id ante hac legerant, in mentem venerint. Verùm hæc ſunt nimirum tuorum miracula conſpicillorum, quæ eas tibi imagines, ſeu ſpectra potius, offerunt, quæ, quamvis oculatiſsimos hactenus fugerant. Ego ſanè cum tantis viris hoc ex illo Decreto colligi putaram; mores Chriſtianorum, & in his Monachorum, inter ſtrepitum armorum, nimiùm ab Antiquioris Eccleſiæ ſeveriori diſciplina degeneraſſe. Hos Rex iuxta Magnus, ac pius, ad veterem normam exigere volebat. Coacto igitur novem Epiſcoporū (nec enim plures interfuere) conventu, leges Eccleſiaſticæ, quæ penè in deſuetudinem abierant, revocatæ ſunt. In his Monachorum (nobiliſsimæ ſcilicet Eccleſiaſtici corporis partis) ratio imprimis habita fuit. Id forſam accidit, quia Epiſcopi illi magnam partem Monachi, & (quod mireris, ac fortè rideas Hermenegilde) Benedictini erant. Cyprianus certe S. Facundi ipſos vndecim annos fuerat Abbas. Sicut ergo cæteris Fidelibus novæ leges haud latæ ſunt, ſed veterum, quæ iniuria temporum exoleverant, admoniti; ita Monachis, nova, quam ſequerentur, Regula nequaquam propoſita fuit; ſed quam dudum ante profeſsi, tepidius, ac negligentius obſervabant, eam accuratè in poſterum obſervare ſunt iuſsi. Ita ſanè hoc decretum cum magnis viris hactenus intellexeram. Neque vero mutamus, quoad de tuis nobis (queis tam mira deteguntur) Conſpicillis accommodes.

Qui illi, qui nos laudatum decretum intellexerimus?

Qui noſter intellectus rationi conſentaneus aſtruitur

8 Et verò, Hermenegilde, cui tandem perſuadeas novem Decreto Epiſcoporum omnes omninò Monachos, ſuis relictis, in Benedictinum inſtitutum conceſsiſſe? Ipſe ais, & experientia compertum eſt, Monachos pro legibus, quas in ip-

Digitized by Google

ſa pueritia , veluti cum lacte ſuxerunt,quaſi pro aris , & focis propugnare , vſque adeò, vt vitam ſæpe,quam illas,relinquere malint. Et modo vis ſimplici paucorum Præſulum præcepto, tantùm abſe abijſſe, vt nulla mora, nulla provocatione interpoſita, vetere abdicato,novum inſtitutum arripuerint? Nonne ad alios, qui aberant, & ad ſummum adeò Pontificem appellare licuiſſet?

9 Iam verò tam ſubita, taliſque in Eccleſia mutatio, magnum ſtrepitum ediderit neceſſe eſt. Sed pluſquam Harpocrateum hic apud Hiſtoricos ſilentium, argumento eſt,eam non alibi, quam in tuo , Hermenegilde , cerebro contigiſſe. Nam quod teporis, ac laxitatis Benedictinam Regulam inſimulas, & Fortunæ, non illius excellentiæ imputas,quòd tam multos Sectatores habuerit; id (quamvis longè infra tam inſignis audaciæ meritum) ſuo loco per otium refellemus. Nec impunè tibi iſthæc inſania abibit.

Quod altum æqualium Hiſtoricorum ſilentiũ confirmat.

10 Tertio obijcit adverſus noſtra Diplomata, quòd non pauca illorum tum demum producta à nobis ſunt, cum hæc controverſia agitari cæpta eſt , cum eorum tamen non Yepius, non Sandobalius,non quiſpiam alius ante hac meminerit. Ergò ea nuper à Benedictinis conficta ſunt. Non enim eſt veri-ſimile, Yepium, Sandovalium ve, qui ſuorum gloriæ, & antiquitati adeò impensè favebant,nullum vt lapidem huic amplificandæ non moverent , aut ea inter priſca ſuorum Tabulariorum,quæ dies, nocteſque excutiebant , monumenta, ſi modò extarent , non reperiſſe ; aut reperta ocultaſſe. Quare hac etiam ex parte nuperorum fides Privilegiorum claudicat.

3. Hermenegildi argumentum, ex eo quod hæc Diplomata recẽs cõparuerint ductum.

11 Gordium planè nodum nobis proponis, Hermenegilde, cui ſolvendo,ne Pellæus quidem audax ille adoleſcens, ſufficeret. Tentandum tamen eſt , an illum nos abrumpere (ſolvi enim tam cæcus, plane non poteſt) valeamus. Tuam ergo admirationem miramur, cui novum accidat, id quod fit paſsim, & fieri debere ratio dictat. Quis cum ſua bona in alta pace poſsidet, ea, quibus nixus ijs fruitur,inſtrumenta producit? quod ſi quis litem intendat, tum demum omnia ſcrinia, ſchedæ omnes excutiuntur, & in medium producuntur. Antequam noſtræ tempeſtatis Hæretici in Sacram , & Auguſtiſsimam Euchariſtiam, SS. Imagines, Summum Pontificem, cæteraque noſtræ fidei myſteria debachari cæpiſſent; nulli

Quod eſt plane ridiculum.

Cum nemo non provocatus ſuorum iurium inſtrumenta in medium proferre ſolitus ſit.

quid

quid de his Auguſtinus, quid Hieronymus; quid Cyprianus; quid denique Primitivæ Eccleſiæ PP. ſenſiſſent, congerere curæ fuit. Quod ſi aliquis vnam, aut alteram eorum ſententiam ſuis ſcriptis inſeruit: id obiter, & velut per tranſennam, actum eſt. An quia Pighius, Bellarminus, Stapletonus, innumerique Eccleſiæ Catholicæ ſtrenui pugiles, hinc inde plurima excerpſere, ea confinxiſſe credendi ſunt? An qui, poſt Dominici agri hos principes Meſſores, ab ipſis relictas, aut non animadverſas ſpicas colligunt, SS. PP. monumenta depravare, ijſque, quæ non inerant, affingere dicemus? Edidit nuper P. Greſſerus, opus egregium de Cruce adverſus Crucis hoſtes nuperos Hæreticos. In id plura ante non edita ex vetuſtis Bibliothecis Crucis venerationem aſſerentia coniecit. quis à Doctiſsimo P. ea confiсta fuiſſe ſuſpicetur? Ne ipſi Hæretici quidem. Idem ſua in cauſa Yepius, ac Sandobalius noſtri, præſtitere. quæ ad ſuum argumentum faciebant, ea ex priſcis monumentis optima fide excerpta, ſuis Hiſtorijs inſeruere. Haud dum Hermenegildus, quiſpiamve ei ſimilis, qui in meridie cæcutiret ipſo, exortus erat, aut oriturum aliquando ſuſpicabantur. Ea nihilominus, quæ tibi vocem includere queant, quamquam aliud agentes, produxerunt. Alia, partim quod ſupervacanea crederent, partim, quod vel ſi Centoculi, Centimanive forent, tam multis chartis, quam multas noſtra Archiva vetuſtiſsima aſſervant, evoluendis impares eſſent, ommiſere. quod & ipſi ingenuè profitentur. Sanè Yepius vni S. Facundi Tabulario accuratè excutiendo, aliquot annos impendi debere diſſertè aſſerit. Tantum abeſt, vt illi (quamquam diligentiſsimi alioquin) omnia per otium videre, & excerpere potuerint. Horum nos in ipſo litis, aut iniquiſsimæ veriùs rixæ fervore, ſpicilegium facimus. Quid hic, præter tuum Hermenegilde, ſtuporem accuſes?

Pleraque Benedictinæ fraudis exempla Hermenegildus producit.

12 Tandem noſtrorum fidem Archivorum putat ſe Hermenegildus labefactaſſe, vel potius funditus evertiſſe, pluribus exemplis doli, ac fraudis à noſtris admiſſæ congerendis. In primis enim Legerenſes Monachi Diplomata confinxere, quibus ſe Pampilonenſis Epiſcopi iuriſditioni eximere volebant. Quod adeò verum eſt, vt adverſus eos, ceu Pontifitiorum Diplomatum falſatores ſententia lata ſit; & Sandovalius (quamquam Benedictinus & ipſe) eam publici iuris fecerit.

1. Legerenſium Monachorum.

Deinde

13 Deindè Galonius, cum Baronio, plura ab Caſsinenſibus nuper in cauſa Monachatus Gregoriani inſtrumenta producta, falſitatis revincit. Quin Leo Allatius Conſtantini Caietani Benedictini impoſturam aperuit. Quam etiam Angelus à Nuce Caſsinenſiis Abbas, quamvis in fratre, non tulit, & acerbè redarguit. Iam S. Medardi Privilegium nuper confictum eſſe, vel ipſum (vt cætera deſint) convincit apertiſsimè. Cum ex illo voces contineantur, quæ multis poſt demum ſæculis inventæ ſunt. Ipſum etiam Caſsinenſe Tabularium, vel Yepio, quamlibet ſui Ordinis decoris amantiſsimo, ſuſpectum fuit. Miram enim in temporibus digerendis confuſionem deprehendit. Cuius ſe Caſsinates admonuiſſe alicubi ait, quo menda, queis Diplomata ſcatebant, corrigenda curarent. Ac, ne multis, ſat erit Salazarij de Mendoza, viri in priſcis noſtræ Hiſpaniæ monumentis evolvẽdis verſatiſsimi, & in nothis ab veris, & germanis dignoſcendis naris emunctiſsimæ, verba, quibus ſimiles Benedictorum fraudes perſtringuntur, ſubijcere. Ea ſunt huiuſmodi. *Cum Monachi*, inquit (Latina, ſed cum fide damus, quæ ille Hiſpanicè ſcripſit) *ſuæ quique opinionis fundamenta ad manus habuerint, locus factus eſt controverſiæ contentioſiſsimæ diſceptandæ. Hinc ſepulchra innovata, iiſque nova, multumque apriſcis diſsidentes, inſcriptiones inciſæ. Præterea Gentilitia ſtemmata cum alijs commutata, variaque inſtrumẽta exſcripta, facilè vt depravari, additis, & detractis, pro libidine, multis, potuerint, quo quiſque ea in controverſia ſuperior diſcederet. Ex ijs pleraque Scribæ publici teſtimonio carent. Quare quo loco haberi debeant, neſcimus. Non tamen hæc ita à me dicta accipi velim, quaſi in Monachis fidem deſiderem, aut ipſis infidelitatis notam inuram. Quamquam anſam præbebat Laudatus Author, qui non eſt veritus ſcriptis prodere Sandobalium, cum ei eſt commodum viſum, id præſtitiſſe, ſemperque à veritate nimiùm quantùm deviaſſe.* Hæc Salazarius.

2. Caſsinatum.

3. Conſt. Caiet.

4. San-Medardẽſis Diplomatis.

Caſsinas Tabularium ſubleſtæ fidei inſtrumentis ſcatere, vel ipſe Yepius fatetur.

Et V. C. Salazarius de Mendoza convincit.

14 Ex quibus, alijſque apparet Benedictinos, qui præ ſuæ Antiquitatis, & exemptionum ſtudio, toties, fidem fefellere, ſuaque inſtrumenta adulterarunt, indignos de cætero eſſe, queis fides habeatur, eorumque Tabularia, falſatricem toties manum experta, meritò prudentibus Hiſtoriographis

Ex quibus nullã à Benedictinis productis Diplomatis fidem habendam eſſe concludit Hermenegildus,

ſuſpecta eſſe debere. Hæc, & plura alia in noſtros Hermene-gildus paſsim effundit. Idque ea verborum acerbitate, vix vt ab homine ſano, ſuique compote (nedum ab Religioſo) pro-fecta videantur.

Qui in primis in Dialectica fœdiſsime labitur.

15 Evomuiſti, Hermenegilde. Bene ſperare (nî con-clamatus iam eſſet) de tuo morbo licebat. Et nihilominus, nē eius in nos pervicaciæ culpam transferas, medicinam facere non gravabimur. In primis ergò abſte peto, à quo tandem Dialecticam (ſi ei fors aliquando operam navaſti) didiceris? ab eo enim iure minerval repetas, qui tam eius te rudē ab ſua Schola dimiſit. Nam vel ſi omnia, quæ per ſummam iniuriam ſumis, Tibi maximè demus, haud tamen ex eo, id quodvis, efficies. Vſque adeon' hebes es, & obliviosus, vt toties pueris inculcatam cantilenam: *à particularibus ad vniuerſalia non valet conſequentia*, oblivioni tradideris? Audi M. virum adverſus quemdam, non aliter ac Tu, παραλόγιζον τα hæc di-centem. *Monui iam, niſallor, Mareſium, caveat impoſte-rum ab vno, alterove ad omnes argumentari. Et ex pau-corum inductione conclusionem deducere vniuerſalem. Sunt aliquot in Tabulario Dionyſiano chartæ falſæ, ſup-poſitæ, ſuſpectæ. Ergo omnes quotquot ſunt in eo, aliiſque Monachorum Archiuis, ſunt eiuſdem generis?* Hæc Lab-bæus in opere paulò ante laudato. fol. 974.

Vt Caietanus, Legerenſes, alij, aliquot Diplomata corruperint, nō continuò omnia Benedictinorum inſtrumenta corrupta ſunt.

16 Fac ergo Caietanum, Sandobalium, Legerenſes Mo-nachos, & alios, hoc, vel illud Diploma Pontificium adulte-raſſe. Rectè ne inde colliges, quæcumque à Benedictinis pro ſua cauſa afferuntur, falſata, corrupta, adulterata fuiſſe? An quia Iudas Apoſtolus Proditor, omnes, ſine diſcrimine, Apo-ſtoli Proditores Tibi ſunt? Non vſque adeò deſipimus, aut in noſtri Ordinis hominum amorem, & admirationem effuſi ſu-mus, quin fateamur, agnoſcamuſque, vnum, aut alterum fu-cum facere, vno aut altero Diplomate falſato, potuiſſe. Illud extremæ dementiæ, & audaciæ eſt, quia in vno dolum depre-henderis, eum in alijs omnibus ſuſpicari. Nec ſuſpicari mo-dò, verumetiam affirmatiſsimè aſſerere.

Quamvis Diplomata à Legerenſibus producta pro ſuppoſititijs

17 Quamquam ſanè ea, quæ congeſsiſti, magnam par-tem meræ, putæque calumniæ ſunt. Nam, quod ad Legeren-ſes Monachos attinet, illud ſanè conſtat, eos, tanquam qui Pontificia Diplomata falſa produxerint, reiectos fuiſſe. At

quis

quis ea confinxerit, non liquet. Fieri enim ſanè potuit ea, ex vetuſtate exeſis iam authographis minùs fideliter, præ chara-cterum ignoratione, expreſſa, & excripta fuiſſe. quare pro nothis, habita eſſe. Fieri etiam potuit vera, & ipſiſsima, quæ Pontifices conceſſerant, à Monachis ex ſuo Archivo prolata fuiſſe; ea porrò dolo, fraude, incuriave Procuratorum intercidiſſe, eorumque vicem alia ſuffecta, & ſuppoſita eſſe. Nihil horum eſt incredibile. Mihi ſanè multò durius eſt, & incredibilius, homines Deo ſacratos, tantum ſceleris deſignare potuiſſe. Neque porrò temeritate vacat, re nondum explorata, id ipſis impingere. Sed enim Tu, Hermenegilde parùm hæc curas. Quin hoc maius te Deo obſequium præſtare credis, quo plura Benedictinis affinxeris.

habita ſunt, ecquis tamen ea ſuppoſuerit, haud ſatis liquet.

18. Ad id, quod inijcis, de Diplomatibus, in Monachatus Gregoriani cauſa, ab noſtris hominibus confictis; illud reponimus; non eos nos eſſe, qui actum agamus, argumentaque ab alijs iam dudum occupata, ac pro rei dignitate tractata, retractemus. Ad Raynerum ergo, Lauretum, Yepium, Zypium & alios, qui hanc cauſam luculentiſsime egerunt, te reijcimus. Ex his diſcere potes, quàm facile fuit Gallonio id Caſsinatibus imponere, tam illis fuiſſe facile eam ab ſe impoſturam longè amoliri. Nam quod Caietanum, Sandobalium, Argaiz, & alios noſtros hic, vt alias paſsim, vellicas; id quam temerè, ac præter decorum facias, ſuo loco docebimus. Non enim (quod tu ſoles) res confundere, ac permiſcere nobis, queis cordi veritas, arridet.

Caſsinatum Diplomatum fides à Gallonij cavillis dudum à noſtris vindicata fuit.

Caietani noſtri, & aliorum vindicias aliò remittimus.

19. Quod autem, aut Yepium, quaſi non ſe Privilegijs, ſed Privilegia ſuis ſenſis, ac præiudicatis ſententijs accōmodet; aut Caſsinas Tabularium, perinde ac ſæpe corruptum, & adulteratum, accuſas, leve, ac futile eſt. Yepius enim nonnulla errata Chronologica in prælo ſubiectis Diplomatis deprehendit ijs argumentis, quibus impar ſuccubuit. Cuius rei Caſsinenſes admonendos putavit. Quod ſane eius ingenuitatem, non præpoſterum ſui Ordinis, quavis oblata occaſione, dilaudandi, ſtudium arguit. Neque hinc Caſsinatis Tabularij fides omnibus ſæculis veneranda, vacillat. Quid enim miri, ſi minùs cautus, ac in ex ſcribendis vetuſtiſsimis monumentis verſatus ſcriba, ex antiquiſsimis, magnamque partem Longobardico charactere cōſcriptis authographis, vnum pro

Yepij noſtri cādor Tabularij Caſsinatis Luminibus non officit, ſed excriptorum incuriam accuſſat.

 alio

alio numerum ſubſtituit? ſane, ſi talia menda, varianteſve le-
ctiones vetera monumenta in ſuſpicionem falſitatis adducunt;
age, Hermenegilde, omnia ſacra, profana, Divina, humanaque
iuxta, falſata eſſe contende; ne ipſis quidem ſacris libris ex-
ceptis, in quis multa eiuſmodi reperiuntur.

Calumnia ex Salazarij teſtimonio informata, depulſa.

20 Sed iam ad decretorium illud tuum telum deve-
nio, quod valida Salazarij de Mendoza manu in nos con-
torſiſti. Illud tamen in primis miror; cur non ab homine
iuxta docto, ac Modeſto, vrbanitatem, ac modeſtiam didice-
ris. En differte, ait: *ſe non deſiderare in Monachis fidem*;
atque in alium commotæ in illos ſuſpicionis culpam derivat.
Tu contra, omne decorum, religioſamque modeſtiam ſuſque
deque habens, Benedictinis omnibus turpiſsimam falſatorum
dicam impingis.

Coniecturas Salazarij pro oraculis habet Hermenegildus.

21 Iam quidquid eo teſtimonio continetur, meræ ſunt
coniecturæ. Solum enim ait, Benedictinos, qui ea inſtrumen-
ta ad manum habebant, ea corrumpere, & adulterare potuiſ-
ſe. Etiam Petrus, & Ioannes Chriſtum tradere cum Iuda po-
tuere. An ideò tradidiſſe rectè inferas? Sed tu in Benedicti-
nis criminandis oppidò liberalis, quod ille fieri potuiſſe di-
xit, id factum incunctanter pronuncias. Maneat ergò Bene-
dictinorum Archiva, ex iiſdemque inſtrumenta producta, eam
fidem mereri, quam apud Regios Senatores, Doctos, æquoſ-
que Iudices hactenus habuere; neque illis Hermenegildi ca-
villa hillum officere.

*Diplomatum, quæ iam iam producturi ſumus, fides præ-
ſtruitur.*

SECTIO V.

Ad Diplomata, quibus Antiquitas Benedictinorum in Hiſpania aſtruitur, gradum promovemus.

1 SAT, vt arbitror, luculenter Benedictina Archiva, ad-
verſus inanem Hermenegildi impreſsionem, munivi-
mus. Quod ſi qua fortè omiſsimus, id eò factum eſt, vel
quia levia, nec reſponſione digna, vel quia inter nonnulla, quę
adverſus ea Diplomata, quæ producturi ſumus, effutiijt di-
luenda, commodius difflabuntur. Supereſt nunc, vt ad noſtra
Privilegia, quibus, multò ante, quàm Hermenegildus conten-
dit, Benedictinum inſtitutum in Hiſpania longè, latèque vi-
guiſſe differtè aſſeritur, deveniamus. Neque verò omnia, quæ
poſſe-

Digitized by Google

poſſemus, proferre eſt in animo: nam & in maiorem molem, quam vellemus, opus noſtrum excreſceret; & inani labore in re ab alijs ante occupata, noſtra induſtria deſudaret. Quæ igitur proferemus omnia, vno aut altero exececpto, ex San Facundino nobiliſsimo Tabulario depromemus. Cum enim ibi proxima æſtate diverſaremur, iamque tunc opus, quod modò emittimus, adumbraremus: noſtrarum partium eſſe putavimus, vt priſca vetuſtiſsimi iuxta, ac illuſtriſsimi Cœnobij monumenta, per otium excuteremus: Si qua fortè, quæ Hermenegildi abſurdiſsimam opinationem everterent, ac labefactarent, nobis occurrerent. Neque diu laborandum nobis fuit. Tam multa enim ſtatim initio furorem hominis revincentia, ſeſe, vel leviſsimè quærentibus nobis, dederunt, vt ſeligendi, non colligendi labor, nobis ſuperfuerit.

2 Neque vero neſcius ſum hæc Hermenegildo vel à nobis, vel ab antiquis eius Cœnobij Monachis conficta, viſum iri. Cum nec Quintanilla eius Monaſterij haud ita pridem Monachus, & Abbas, eorum ſuo in opere mentionem fecerit. Neque Yepius, aut Argaiz ſuis lucubrationibus multa ex his inſeruerint. Sed hanc Hermenegildi obiectionem ante iam occupavimus; qui ſub initium diximus, quærenti à nobis Quintanillæ huiuſmodi inſtrumenta (quod ſupervacaneam eam operam duceremus) non paruiſſe: & Yepio, qui nunquam Hermenegildum oriturum ſomniarat, quæ ad ſuum argumentum facerent, excerpere ſolùm curæ fuiſſe. Nam quod ad Argaiz ſpectat; is nunquam (quod ſciamus) fuit in S. Facundi; eius certe Tabularium nunquam excuſsit.

Quorum fides aſtruitur contra Hermenegildi cavillos.

3 Quò verò Lector noſtram fidem, & candorem perſpiciat, monitum ipſum velim, nos ex ijs, quæ ſubijcimus, Privilegijs, vnum aut alterum authographum tantùm vidiſſe. Cætera vitandi laboris improbi cauſa, & quia neceſſarium minimè videbatur, ex vetuſtiſsimo, eodemque optimæ notæ volumine, in quod multa Cœnobij noſtri Diplomata, de more aliarum Eccleſiarũ, & Monaſteriorum noſtræ Hiſpaniæ, conſecta ſunt, excerpſiſſe ſatis habuimus.

Vnde Diplomata infra producenda deſumpſerimus.

4 Quia tamen horum voluminum, quæ ipſum iugulat, authoritatem, maiorem in modum elevat Hermenegildus; adverſus eius obiectiunculas, nobis eſt munienda. Nemo igitur ignorat veteres illos Principes, & Optimates, ſua Diploma-

Voluminum, quæ vulgò del BEZERRO. Noſtrates vocitant, origo.

 ta,

V. Mabillon de Re. Diplom. lib. 3. cap. 5.

ta, ac Donationes chartæ membranaceæ exiguis ſæpè folijs commiſiſſe. Certè in S. Facundino Tabulario haud exigui momenti nonnulla vix quatuor digitos longa, ac lata vidimus. Ea quàm facile diſparere, atque intercidere, tùm carie, & vetuſtate, cùm dolo, ac fraude cuiuſpiam poſsint, nemo non videt. Et alioquin in nonnullis atramentum ita temporis longinquitate evanuit, vt vel Lynceis oculis, quid illis contineatur, divinare, ſit longe difficillimum. Hoc malum multis ante iam ſæculis, cùm Eccleſiæ Principes, tùm Monaſteria ſentire cœperant. Hinc factum, vt ei medela quæreretur. Nulla accommodatior eſt viſa, quàm vt folia iſta, Sibylinorum inſtar carminum. diſsipata, ac ſeorſim volitantia, in idem corpus, ea authoritate, qua ad faciendam fidem ſat eſſet, munita compingerentur. Ita enim fiebat, vt evaneſcentium characterum perpetuitati conſuleretur. Tum in idem volumen conie cta, alia alijs adverſus ævi iniurias, & inſidiantium fraudes, præſidio eſſent. Hinc accidit, vt huiuſmodi voluminibus magnus ante multos annos honos haberetur, quæ, quia pellè plurimum vitulina contegebantur, *del Bezerro* quaſi *Vitulina* dicas, Noſtrates appellant.

Quanta ijs apud noſtros auctoritas.

5 Itaque, ſi fors ipſum authographum interciderit, ad ea, velut eius vicaria, paſsim accurritur. Quod ſi eam auctoritatem, ac firmitudinem præſeferant, quam ab talibus libris municipales leges requirunt, eorum teſtimonio ſtatur, paſsimque in litibus, quibus ij favent, ſuperiores diſcedunt. Ac merito quidem. Alioquin, ſi vnis authographis fides habenda eſſet, ſacrorum Bibliorum, quorum nullum (quod quidem ſciatur) extat authographum, authoritas perijſſet. Quin, & Hæretici, Auguſtini, Hieronymi, Baſilij, Tertuliani, aliorumque veterum Eccleſiæ Procerum auctoritate preſsi, hoc effugium obtendere poſſent; ac vrgentibus ſe Catholicis reſpondere, ſe ni eorum manu exarata, volumina in medium adducantur, ex apographis tantũ productis teſtimonijs acquieſcere nolle. Quod adeò abſurdum, & ridiculum eſt, vt ne illis quidem, qui nullum non lapidem, vt eos ab ſe ſtare oſtenderent, moverunt, in mentem venerit.

Quam vel ipſe Pellicerius agnoſcit.

6 Quod ſi nos minus audis, Hermenegilde, vel tuo (cui tãtum defers) Pellicerio auſculta. *Pero como no ſea poſſible,* inquit, *el conſeguirlo* (vt authographa ſemper exhibean-

beantur) *en antiguedades tan envegecidas, ſerà injuſticia el demandarlo. Porque ſi es cierto, que tienen ſu muerte las Piedras, y los bronces al diente de los ſiglos, como puede permanecer la vida de las Pieles, y caracteres, à la carcoma de las edades?* Ita ille operis ſupra citati §. 31. fol. 67.

7 Sed multa congerit Hermenegildus adverſus hæc volumina, quæ ſunt breviter diluenda. Hæc enim (vt Morales, Yepius, Sandobalius, alijque in ipſis verſatiſsimi ſæpe queruntur) ab hominibus latinæ linguæ, Gothicorumque characterum prorſus ignaris magnam partem conſcripta ſunt. Quo fit, vt pudendi errores in illis paſsim deprehendantur.

Hermenegildi in hæc volumina obiectiuncula.

8 Sed enim, ſi hoc ſat tibi eſt, quò voluminum horumce teſtimonia minoris fiant, vide quid facias, Hermenegilde. Nam eodem iure ſacra ipſa canonicaque Biblia, veterumque Eccleſiæ Pugilum monumenta, in ſuſpitionem voces. Hæc enim à Librarijs pariter, ac Notarijs, quid ijs contineretur ignaris, vnumque lucellum ab eorum excriptione ſpectantibus, magna ex parte deſcripta ſunt, & hodieque typis excuſſa promuntur. Ex quo illud accidit, vt tot menda, tùm ex ſacris, (ne ipſis quidem Canonicis Biblijs exceptis) cùm ex profanis Scriptoribus, ab noſtri ſæculi Criticis ſublata ſint. Quis autem eam obrem (quod tu facis) ea nullo diſcrimine falſitatis damnavit? Itaque, quemadmodum à Doctis, eiuſque rei intelligentibus hominibus, falſa à veris diſcreta, ac ſeparata, in veterum monumentis ſunt, eorumque loco, ſi qua probabilis coniectura affulgebat, vera, aut vero-ſimilior, eius rei Lectore admonito, ſubſtituta; ita in hiſce voluminibus fiat. Quod quidem egregiè, quos tu allegas viri magni, ac de tota antiquitate optimè meriti, præſtitere

Quæ egregiam abſurditaté continet.

9 Nam, quod in vno, aut altero Privilegio ex his libris de prompto, tales errores deprehendantur, omnia omninò repudiare velle, eius eſt, qui Pyrrhonios, aut Academicos, pravè cautus, imitetur. Nam vt illi ſenſuum iuditium ridiculè tollebant, quòd aliquando manifeſto nos fallerent; ita hic, nihilo ſanè prudentius, apographorum fidem reſpuit, „ quòd nonnunquam fefelliſſe deprehenſa ſint. Hæc ergo ta„ lium inſtrumentorum ſumma lex eſto, vbi de re tota non li„ quet, ſi modo antiqua ſint, probamque præ ſe notam ferant,

Quod aliqua in his libris falſa deprehenſa ſint, nõ continuò omnia in ipſis contenta falſitatis dãnanda.

„ pro veris habento?. Si quid dubij, ac difficilis interven-
„ rit, ad ipſum authographum (ſiquidem extet) accurratur.
„ Sin interciderit, tunc demum ab eis diſcendendum, cùm
„ luce meridiana clarius, de mendacio conſtiterit. alioquin
„ eorum teſtimonio acquieſcendum; ni omnia pervertere, ac
„ miſcere, iuri denique gentium renuntiare velimus. Hoc
„ recta ratio præſcribit; hoc viri docti omnes, ab omni me-
„ moria, ſecuti.

Voluminis vndè apponenda teſtimonia deprompſimus, fides aſtrui tur.

10 Neque verò tàm multis opus erat, quò eius, vndè ſubiecta teſtimonia deprompſimus, voluminis, fides aſtruere-tur. Eius ſiquidem notæ eſt, cuiuſmodi paucisſima in Hiſpania reperiuntur. Nam eius venerandam antiquitatem multa confirmant. In primis enim, Gothicis characteribus deſcriptum eſt. quod ſcripturæ genus iam inde ab Alfonſi VI. temporibus deſitum, & antiquatum in Hiſpania eſſe plerique omnes Hiſtorici noſtrates, Rodericum Antiſtitem Toletanum, & Lucam Tudenſem ſecuti, conſentiunt. illius verba ſubieciſſe ſuffecerit. *Cumque ducerent*, ait (nempe Garſiam Alfonſi fratrem) eum *Legionem, prout præceperat, à Sororibus, & Pontificibus, qui convenerant, ibidem, Regio funere eſt ſepultus, anno 16. æra 1117. & interfuit Renerius Legatus, & R. E. C. ibidemque celebrato Concilio cum Bernardo Toletano Primate, multa de Eccleſiæ officio ſtatuerunt, & vt etiam de cætero, ommiſſa littera Toletana (Gothicam vulgo dicimus) quam Gulfilas Gothorum Epiſcopus adinvenit, Gallicis litteris vterentur.* Hæc ille.

Quia Gothicè deſcriptum.

Quando nam id genus ſcriptionis antiquatum in noſtra Hiſpania?

Libri Gothicè deſcripti, antè quingentos minimùm annos exarati ſunt.

11 Quamquam autem hoc Decretum haud ſtatim in mores eſt receptum, cum pleraque Gothicis exarata litteris, eo recentiora reperiantur: haud multi tamen ex eo anni abiere, quin earum vſus antiquaretur. Itaque ſatis certò illud ſtatuere poſſumus, qui libri Gothicè ſcripti reperiuntur, eos quingenteſimum annum excedere.

Quod de noſtro poteſt affirmatiſſimè aſſeri.

12 Mihi ſane hoc volumen, quo de hic agimus, antè Bernardum Toletanum Antiſtitem deſcriptum eſſe, illud gravi argumento eſt; quod cum ea lex, ipſo authore (vt omnes conſentiunt) lata ſit, eam ab S. Facundi Monachis, apud quos omnia Bernardus poterat, violatam eſſe incredibile videatur.

13 Denique quia poſtremus eius voluminis liber,

quam

quamvis magnam præſeferens antiquitatem, non iam Gothicis, vt cæteri, ſed Gallicis, ſeu Romanis litteris, eſt exaratus, quæ omnia tantam noſtro volumini fidem conciliant, vt mihi eius pondus, & authoritas, ipſorum ponderi authographorum ſuppar videatur.

Quippè quod venerandam antiquitatem præſefert.

14 Quare meritò Sandobalius noſter, rigidus alioquin horum cenſor voluminum, in Hiſtoria S. Facundi fol. 46. §. 4. ita ſcriptum reliquit. *En el libro*, ait, *del Bezerro, que eſte Real Monaſterio, tiene eſcrito en letra Gothica mui buena, que es de los bien eſcritos antiguos, y de authoridad, que ſe puede hallar en el Reyno*, &c. quæ ad rem non faciunt. Yepius quoque noſter ſuæ hiſtoriæ volum. 3. fol. 167. pro eodem his verbis teſtimonium dicit: *Pero ninguno trae la eſcritura, que ſe halla en ſu Archiuo, en vn Tumbo eſcrito en letra Gothica de los mas graves, y authorizados, que ay en Eſpaña.* Hæc Yepius. quæ quidem, haud abs re, arbitror, præmiſerimus, quò quantum his, quæ iam ſubijcimus, teſtimonijs fidei debeatur, appareat.

Quam teſtes oculati Sandobalius, & Yepius agnoſcunt.

Proferuntur teſtimonia ex Diplomatis, Tabularij Monaſterij Regalis S. Facundi, quibus nupera & abſurdiſsima Hermenegildi à S. Paulo Hieronymiani opinatio difflatur.

SECTIO VI.

1 SED iam Diplomata, quibus nuperi (ſi Deo placet) Hiſtoriographi abſurdiſsima ſententia evertitur, ac revincitur, proferamus. Ergo voluminis laudati lib. 2. cap. 71. hæc habentur. *Sub nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, Spiritus ſancti, vobis, ſereniſsimi, ac Illuſtriſsimi Patroni noſtri Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum corpora dinoſcitur eſſe humata in loco ſuper Crepidinis aluei Ceja, ſecus ſtrata; & eſt ibi agmina Monachorum adunata ſerviens Deo, die, noctuque ſub Regula Sancti Benedicti*, &c. *quæ ad rem noſtram nō faciunt. Diplomatis porrò clauſula eſt huiuſmodi: Facta ſeries teſtamenti idus Ianuarij æra 997.* Hoc eſt anno Domini 959. ipſos nempe 70. annos antequam Benedictinum inſtitutum in Hiſpaniam invectum eſſe, Hermenegildus ridiculè contendit. Li-

Diplomata varia, in quis expreſſa Benedictinæ Regulæ, ante annum 1030. mētio reperitur.

1. Conceſſum anno 959.

Nota
Non opus eſt mo
nere lectorē eru-
ditum, æră Hiſpa
nicam totis 38.
annis Chriſtia-
nam communem
præcedere. Id vel
obiter monuiſſe,
ſupervacaneū nō
nemo ducat. Sed
vel minus doctis,
in noſtræque
Hiſpaniæ rebus
verſatis, conſu-
lendum fuit.

II. anno 970.

2 Libro porro 1. cap. 96. teſtamentum (ſic enim fere me veteres ſuas donationes, pacta, conventa, cæteraque ſua inſtrumenta, vocitabant) Roderici Rodriguez de Villa Adda in hæc verba concipitur. *Vobis Dominis, & Patronis noſtris, ſanctiſque Martyribus Sanctorum Facundi & Primitiui, vel cæterorum Martyrum, quorum corpora humata eſſe dinoſcitur in locum prædictum, quod nuncupant Dominos Sanctos, ſuper Ripam amnis Ceja, ſeu Collegium Fratrum ibidem degentium regente toga Monachorum Sigericus Abbas ſub Regula Sancti Benedicti,* &c. Facta hæc ſcriptura teſtamenti tertio Kal. Septembris era 1008. hoc eſt duos ſupra 60. annos, antequam Benedictini, de Hermenegildi ſententia, appulerint in Hiſpaniam.

III. anno 971.

3 Item libro 2. cap. 81 hæc leguntur. *In nomine Ieſu-Chriſti, ego Xaba de Villavelaſco, & Ormenda de Villalopos facimus chartulam teſtamenti Patronis noſtris Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum Baſelica fundata eſſe conſtat ſuper crepidinem alnei Ceja, ſecus ſtratam ſub Caſtello ſimiliter vocato Ceja, vbi in loco degit Congregatio Monachorum ſeruiens Deo diè, noctuque ſub Regula Sancti Benedicti,* &c. Facta charta die decimo ſeptimo Kal. *Ianuarij æra* 1009. ſexaginta ferè annos, antequam Hermenegildus Benedictinos in Hiſpaniam adveniſſe pertendit.

IV. anno 959.

4 Eodem libro cap. 95. hæc ſunt. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris quoque, & Filij videlicet, & Spiritus Sancti: vobis Sereniſsimis Patronis Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata quieſcunt in loco, quem dicunt Dominos Sanctos iuxta flumen Ceya, ſecus ſtrata ſub Caſtello ſimiliter vocato Ceya, vbi permanet Congregatio Monachorum ſeruiens Deo ſub regula S. Benedicti, &c. facta chartha* 5. *Idus Aprilis, æra* 997. hoc eſt pluſquam 70. annos ante Hermenegildi epocham.

5 Ibidem cap. 163. hæc leguntur. *Sub timore gloria, atque imperium Opificis rerum, qui omnia creavit ex nihilo viſibilia, & quæ ſunt inuiſibilia, in ipſius nomine, & in honorem Sanctorum Martyrum Facundi, & Primitiui, vel cæterorum Sanctorum, quorum corpora tumulata*

eſſe

eſſe noſcuntur, in locum ſuper crepidinis aluei Ceja, ſubtus Caſtello ſimili modo Ceya vocato, & eſt ibidem aſciſterium compoſitum, & templum dedicatum miræ magnitudinis ornatum regente toga Fratrum Adefonſus Abba ſub Regula P. N. Sancti Benedicti, &c. *Facta ſeries teſtamenti die feria quinta Octauo* Kal. *Aprilis æra* 968. Ipſos 100.annos ante quam vult Hermenegildus. V. 930.

6 Ex libro 3. cap. 14. hæc deſcripſimus. *Sub timore gloria, atque Imperium Opifici rerum, qui ex nihilo cuncta ſuppleuit viſibilia, & quæ ſunt inuiſibilia, in ipſius nomine, & honore Sanctorum Martyrum Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata eſſe noſcuntur in locum ſuper crepidinis aluei Ceya, ſecus ſtrata, quæ eſt ab Antiquiſſimis fundata. Vbi regit toga Fratrum Sigericus Abba ſub Regula Sancti Benedicti, ego Ranimirus,* &c. *facta chartula teſtamenti notum die, quod erit quinto Idus Maij æra* 1009. 60. nempe annos ante Hermenegildi Epocham. VI. anno 971.

7 Libro 4. cap. 57. tale Diploma extat. *Sub timore gloria, atque Imperium Opifici rerum, qui ex nihilo cuncta creavit viſibilia, & quæ ſunt inviſibilia, qui eſt vnus, & permanet æternus, & in omnibus eſt admirabilis. Vobis Dominis Triumphatoribus, ſanctiſque Martyribus SS. Facundi, & Primitiui, atque cæterorum Martyrum, quorum corpora tumulata eſſe noſcuntur in loco ſecus ſtrata iuxta ripam Ceya ſubtus Caſtello ſimili modo Ceya vocato; vbi eſt aſciſterium, & regit ibi Toga Fratrum Egilani Abba ſub gratia Dei Omnipotentis,* & regula Sancti Benedicti,&c. *facta charta teſtamenti* 19. K*al. Februarij æra* 1058. decennio antequam Cluniacenſes eſſent in Hiſpaniam ab Rege Sanctio invecti. VII. anno 1020.

8 In libro 5. cap. 47. hoc Diploma reperitur. *Sub nomine, & imperio Opifici rerum, qui omnia ex nihilo creavit viſibilia; & inviſibilia: in ipſius nomine, & in honore SS. M. M. Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata eſſe noſcuntur ſuper ripam amnis Ceya, ſecus ſtratam, in quo loco regit Congregatio Monachorum Paſqualis Abba ſub Regula* Sancti Benedicti,&c. *facta charta teſtamenti III.* Kal. *Septembris æra* 1020. 50. fere annis ante VIII. anno 982.

ante Cluniacenſium (quos primos Regulam Benedictinam huc advexiſſe vult Hermenegildus) adventum.

9 Ibidem cap. 90. hæc habentur. *Sub imperio Opifici rerum, qui omnia ex nihilo creavit, viſibilia, & inviſibilia, ante cuius conſpectum contremiſcunt Angeli, Principes, & Poteſtates, in ipſius nomine, & in honore SS. M. M. Facundi, Primitiui, quorum corpora humata eſſe dinoſcitur in loco ſuper crepidinis aluei Ceya, ſecus ſtrata, quæ fuit ab Antiquis fundata, & eſt ibidem Aſciſterium compoſitum, & Templum dedicatum miræ magnitudinis ornatum, ſub regimine Monachorum Deo militantium ſub Regula* Benedicti Patris, *continens toga Fratrum eo tempore Vincentius Abba,* &c. *Facta charta teſtamenti Nonis Februarij æra* 1041. triginta nempe circiter annis ante Cluniacenſium in Hiſpaniam appulſum.

IX. anno 1003.

10 Libro 7. cap. 23. hoc Diploma habetur. *Sub nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris quoque, & Filij, videlicet, & Spiritus Sancti. Dominis Triũphatoribus, Sanctiſque Martyribus, quorum corpora tumulata eſſe dinoſcitur ſuper crepidinem aluei Ceya ſecus ſtratam, vbi eſt Congregatio Monachorum Deo ſervientium ſub Regula.* S. Benedicti, *& ſub Benedictione Abbatis Paſcualis, &c. Factum pitacium teſtamenti ſeptimo* Kal. *Iunij æra* 1025. 40. amplius annis, ante quam vult Hermenegildus.

X. anno Chriſti 987.

11 Ibidem cap. 25. hæc inſunt. *Sub imperio Opifici rerum, qui ex nihilo cuncta creavit viſibilia, & inviſibilia in ipſius nomine, & honore Sanctorum M. M. Facundi, & Primitiui, quorum corpora ſepulta ſunt ſuper crepidinem aluei Ceya ſecus ſtrata ab Antiquis fundata, in quo loco eſt Monaſterium magnum conſtructum, & Monachorum ibi agmina aggregata maxima militans ſub Regula* Sancti Benedicti, *eo tempore Vincentius Abba ibidem conſiſtens, &c. Facta charta teſtamenti quintò Idus Martij æra* 1041. hoc eſt anno Domini 1003. ſeptem & viginti annis ante adventum Cluniacenſium in Hiſpaniã.

XI. anno Chriſti 1003.

12 Cap. 35. eiuſdem libri hæc ad verbum leges. *Dominis invictiſsimis, ac Patronis noſtris Sanctorum Facundi, & Primitini, quorum honore Ciminterium ædifi-*

catum eſt in ripa aluei Ceya ſecus ſtrata, vbi corpora iſtorum Martyrum ſepulta ſunt, in quo loco eſt Felix Abba, & Iob Præpoſitus cum magno Choro Monachorum ſervientes Domino ſub Regula Sancti Benedicti, &c. *Facta charta teſtamenti, vel venditionis XI. Kal. Aprilis, æra* 1017. *regnante Ranimiro Rege in Legione.* hoc eſt anno 979. quinquaginta, & eo amplius annis, ante quam vult Hermenegildus. XII. A. C. 979.

13 Capite 36. eiuſdem libri hoc leguntur. *Sub nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij videlicet, & Spiritu Sancti, vobis sereniſsimis Patronis noſtris Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata eſſe dinoſcitur ſupra ripam aluei Ceya, ſecus ſtrata, vbi regit Congregatio Monachorum Vincentius Abba ſub Regula* Sancti Banedicti, &c. *Facta ſcriptura teſtamenti III. idus Februarij æra* 994. Id eſt anno Chriſti 956. ſeptuaginta quatuor annis, ante Epocham Hermenegildi. XIII. anno C. 956.

14 Ex eodem item libro cap. 96. hæc cum fide deſcripſimus. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vobis Dominis Triumphatoribus, Sanctiſque Martyribus Sanctorum Facundi, & Primitiui, vel cæterorum Martyrum, quorum corpora humata eſſe noſcuntur ſuper ripam fluminis Ceya, ſecus ſtratam vbi regit Sigericus Abba Congregatio Monachorum ſub Regula* Sancti Benedicti. *Facta charta teſtamenti XV. Kal. Decembris æra* 1029. *regnante Rege Veremundo in Legione.* Id eſt anno Domini 991. ipſis quadraginta circiter annis ante quam vult Hermenegildus. XIV. anno C. 991.

15 Libro porro octavo hæc reperiuntur. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis vobis Dominis, Sanctiſque Martyribus, ac poſt Deum nobis fortiſsimos Patronos Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum corpora ſepulta ſunt iuxta ripam annis Ceya ſecus ſtratam, in quo loco eſt adunata Congregatio Monachorum ſerviens Domino ſub Regula* Sancti Benedicti. *Facta charta teſtamenti III. Idus Maij æra* 960. hoc eſt anno Domini 922. Octo ſupra centum annis, ante annum 1030. quem noſtrorum in Hiſpaniam appulſui præfigit Hermenegildus. XV. A. C. 922.

Ibi-

16 Ibidem cap. 41. hæc inſunt. *Sub nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris quoque, & Filij videlicet, & Spiritus S. vobis ſereniſsimis, atque SS. Patronis noſtris SS. Facundi, & Primitiui, quorum corpora ſepulta ſunt ſecus ſtratam ſuper ripam amnis Ceya, vbi regit Sigericus Abba Congregatio Monachorum ſub Regula* Sancti Benedicti, &c. *Facta charta venditionis tertia feria VIII. Kal. Iulij æra* 1001. *regnante Sanctio Rege*

XVI. A. C. 963. *in Legione.* hoc eſt anno Domini 963. Septem ac ſexaginta annis, ante quam vult Hermenegildus.

17 Libro 9. cap. 8. tale Diploma extat. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris quoque, & Filij videlicet, & Spiritu Sancti, vobis ſereniſsimis, atque ſanctiſsimis Patronis noſtris Sanctorum Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata eſſe noſcuntur in loco ſuper crepidinem aluei Ceya, ſecus ſtrata, quæ fuit ab Antiquis fundata, & eſt ibi Aſciſterium compoſitum, & templum dedicatum miræ magnitudinis ornatum ſub regimine Monachorum Deo militantium ſub Abbate Paſquali, & ſub Regula* Sancti Benedicti, &c. *Facta charta teſtamenti pridie Kal. Maij æra* 1015. *regnante Rege*

XVII. A. C. 977. *Ranimiro in Legione.* hoc eſt anno Domini 977. quinquaginta amplius annis ante Cluniacenſium adventum.

18 Et hæc quidem haud nimis accuratè in Diplomata laudati voluminis nobis inquirentibus occurrere. Cum vero illud iterum curioſioribus oculis luſtraremus, hæc nos primo præterijſſe deprehendimus. Libro primo cap. 17. ſic legitur. *Sub Imperio Opifici rerum, qui cuncta ex nihilo creavit viſibilia, & inviſibilia, ſiuè quæ in terris, & quæ in cælo ſunt, qui eſt vnus, & verus Deus in Trinitate permanens coæternus, id eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: vobis Patronos glorioſos Martyres, & poſt Deum nobis fortiſsimos Sanctorum Facundi, & Primitini, quorum corpora humata dinoſcitur in riuo Ceya ſecus ſtratam, ſeu & vobis ſervos Dei ibi militantibus, qui eſtis ſub regiminis* Regulæ Sanctæ, *& Doctoris Sigerit Abbate*, &c. *Facta hæc ſcriptura teſtamenti pridie*

XVIII. A. C. 970. *Nonas Aprilis æra* 1068. Totos 60. annos ante Epocham Hermenegildi, vbi accuratè Lector candidus, & eruditus no-

ter velim, *Regulæ Sanctæ*, nomine Benedictinam, contra atque Hermenegildus contendit, abſdubio intelligi. quod ex Diplomate, quod ex eiuſdem libri cap. 20. iam ſubijcimus, deprehenditur. quam enim *Sanctam Regulam* proxime adductum Diploma vocitarat, eamdem iſtud, eodem fere tempore, eodemque Sigerico Abbate conceſſum, Benedictinam diſſertè appellat:

Regula Sancta κατ᾽ ἐξοχὴν Regula Benedictina dicitur.

19 Sed iam illud audiamus. *Sub Chriſti imperium Opifici rerum, qui omnia ex nihilo cuncta creavit viſibilia, & inviſibilia in ipſius nomine, & in honore Sanctorum Martyrum Facundi, & Primitiui, quorum corpora humata eſſe dinoſcuntur in locum ſuper crepidinem aluei Ceya, ſecus ſtrata, quæ ab Antiquis fuit fundata, & ibidem Aſciſterium compoſitum, & templum dedicatum miræ magnitudinis ſub regimine Monachorum Deo militantium ſub Regula* Sancti Benedicti tempore Sigeriz Abbatis, &c. *Facta hæc charta. V. Idus May æra* 1009. Eodem ferè tempore quo præcedens. Vide etiam ſecundum à nobis ſupra allatum Diploma ex lib. 1. cap. 96. vbi idem reperies.

XIX. A. C. 971.

20 Denique eodem libro 1. cap. 14. Alfonſi III. Diploma celeberrimum extat, quod iam ſubijcimus. Omiſsis ergo multis, quem ad rem noſtram non faciunt, ſic Rex pijſsimus iuxta & Magnus loquitur. *Igitur hoc optimè manere cenſuimus, vt tam Eccleſias, quam omnem noſtram, quam ibidem conceſsimus donationem Receſuindi Abbati, vel Sanctorum Facundi, & Primitiui, cum Fratribus ſuis concedimus curam habere, regere, & Monaſticam vitam ſecundum quod docet Regula Sancti Benedicti, ibidem exercere, &c. factum, & confirmatum hoc teſtamentum ſub die pridie* Kal. *Decembris diſcurrente æra* 943. Id eſt anno Domini 905. totis viginti quinque, ſupra centum, annis ante Epocham Hermenegildi.

XX. A. C. 905.

21 Ignoſce, Lector candide, ſi præter morem geniumque noſtrum, iuſto prolixiores in Diplomatis proferendis fuimus. Nam Hermenegildi importunitas vt à nobis abiremus in cauſa fuit. Neque verò omnia, quæ in Sancti Facundi Tabulario noſtræ cauſæ faventia aſſervantur, adduximus. Sed quæ haud anxie quærentibus nobis ſeſe offerebant: Quod ſi,

Cur præter morem prolixi fuerimus?

Prolixiores futuri, ſi omnia, quæ Hermenegildi ſententiam iugulant, congeſſiſſemus.

omnia, quæ in cæteris noſtri Ordinis Cœnobiorum Archivis noſtræ cauſæ patrocinantia extant, producere vellemus, in immanem penè molem iſtud opus excreſceret. Sed in caſum laborare noluimus. Candido enim, eruditoque Lectori hæc (haud ſanè pauca) ſatis abundeque erunt: alios porrò nihil moramur.

Cur Alfonſi M. Diploma poſtremo loco apoſuerimus.

22 Conſultò autem Alfonſi Magni Diploma, quod vel in primis proferendum fuit, in hunc locum poſtremum diſtulimus, quò quidquid in illud Hermenegildus arguratur, eadem opera dilueremus. Ait enim Moralem, & Quintanillam hoc idem Privilegium proferre. Ita tamen, vt immane diſcrimen inter ea, quæ vterque ex eo affert, repertum, falſitatis illud manifeſtò revincant. Ille ſiquidem Benedictini inſtituti, Regulæve, nullam mentionem facit, neque quodnam vivendi genus Vvalavonſus, ſive Adefonſus primus (vt ferunt) eius Cœnobij Abbas, cui Privilegium conceſſum fuit, ſectaretur, deſignat. At Quintanilla Benedictinæ Regulæ ab Vvalonſo in id Cœnobium invectæ diſſertè meminit. Præterea: Diploma ab Morali adductum conceſſum fuit anno Domini 874. menſe Decembri. At iſtud, quod repente comparuit, quodque ſe vidiſſe, ac præ manibus ſæpe habuiſſe Quintanilla aſſerit, exaratum fuit æra 943. hoc eſt anno Domini 905. vnum & triginta annos poſt illud. Quare hi conflictus manifeſto argumento ſunt, iſtud vltimum denuò cuſum, eique verba illa, quibus Benedictinæ Regulę mentio continetur, affictà.

Hermenegildi argumentorũ explicatio.

23 Perijmus, Hermenegilde, in eos ſiquidē tuis ſubtiliſsimis argumentationibus nos laqueos induiſti, vnde nulla evadendi, vel leviſsima ſpes affulgeat. Nitendum eſt nihilominus, ſi qua arte tam affabrè, arcteque implexos abrumpere poſsimus. Aures, mentemque arrige, Hermenegilde. Aliud longè eſt Privilegium, quod affert Quintanilla, ab eo quod Moralius citat. In illo nulla Abbatis Vvalavonſi, ſive Alfonſi fit mentio, quæ tamen fit in iſto. Illud Alfonſus Rex conceſſit, iſtud eius nepos, ſive abnepos Ranimirus. Sed, ne rem ex noſtro cerebro confingere, ac comminiſci videamur, en eius Privilegij Fragmentum, quod Moralius citat. Extat autem in ſæpe laudati voluminis libro 15. cap. 8. Ipſumque nos authographum in manibus habuimus. *Ambiguum*, inquit, *eſſe non poteſt, quod pleriſque cognitum manet, quoniam dum*

Aliud longe Privilegium Moralius, aliud Quintanilla citat.

eſſet

eſſet olim illo in loco villa, & Eccleſia Parocitana, motus miſericordia Auus meus Sereniſſimus Princeps Dominus Adefonſus empſit ea à proprijs Dominis, & dedit eam ſub manus Abbati Adefonſo, qui cum ſocijs de Hiſpania aduenerat, huic regioni habitantes, ad conſtruendum ibidem Monaſterium Sanctimonialem, ſicut eſt vſque in præſenti, & fecit teſtamentum confirmationis, quidquid ad idem locum pertinebat in vtriſque partibus, &c. Notum die 3. Nonas Aprilis æra 983. Hoc eſt Diploma quod Morales in ſuo opere allegat. Quid miri ergo, ſi ab Alfonſino, cuius teſtimonio Quintanilla vtitur; differre reperitur?

24 Ne quid tamen diſsimulemus, putamus Moralium, cæteroqui doctiſsimum, & diligentiſsimum, per μνημονικὸν ἁμάρτημα, lapſum hic fuiſſe. In nullo enim, quod ſciamus, Magni Alfonſi Diplomate Vvalavonſi Abbatis, qui Corduba cum ſocijs aufugiens in S. Facundi appulerit, mentio reperitur. Suſpicamur itaque virum doctum, ac de Hiſtoria Hiſpana optime meritum, quæ ſummatim (neque enim integrum aliquod Privilegium, ſed diverſorum miſcellam adducit) ex varijs enotarat, quaſi in eodem reperirentur conſcripſiſſe. Nec mirum hominem, & vetuſtiſsimæ antiquitatis ruderibus vndique colligendis intentum, alicubi offendiſſe. Sanè nemo adeò fatuus, aut iniquus erit, quin Yepio, Sandobalio, Quintanillæ (nos enim ipſos tantis viris inſerere minimè audemus) rem per otium multo maius, quàm Moralius ſit nactus, examinantibus, idque vnum agentibus, magis credendum iudicet.

Memoriæ lapſum in Moralio ſuſpicamur.

25 Iam quòd Privilegium illud anno Domini 874. conceſſum fuiſſe Moralius affirmat; ab errore tum ipſi, cum plerìſque alijs, ante Sandobalium, Yepiumque noſtros familiari proficiſcitur. Accidit enim, aut ſemper, aut certe plerùmque, vt in libris Gothicis characteribus deſcriptis, numerus quadrageſimus hoc charactere Xᵔ exprimatur. Eum plerique omnes; ante iam dictos Hiſtoriographos, pro ſimplici X, hoc eſt numero denario, ſumunt. Cum itaque Moralius æram 942. ita expreſſam vidiſſet, DCCCCX'II. putavit æram 912. illis numeris exprimi. Vnde 38. annis, de more, detractis, in annum Domini 874. computus congruebat.

Cur Moralius anno 874. illud Diploma conceſſum aſſerat?

In nullo M. Alfonſi Diplomate, vndenam Vvalavonſus Abbas advenerit, exprimitur.

26 Et vero hoc anno, quo nimirum Vvalavonſus recens Corduba advenerat, duo Magni Alfonſi Privilegia reperiuntur, quæ omnium in noſtro Tabulario aſſervatorum ſunt antiquiſsima. Alterius exemplum reperitur incitati ſæpe voluminis. L.4. c. 89. Conceſſum autem fuit pridie Kal. Novembris æra 942. iam dicta. Alterum porrò L. 5. c. 53. reperitur, conceſſumque fuit eadem ærâ, pridiè Kal. Decembris. In horum primo Alfonſi mentio reperitur, quamquam Cordubâ ne, an aliunde huc appulerit, an ibi ante iam eſſet in neutro exprimitur.

Lapſus excriptoris laudati voluminis, in numero Datarum, vt vocant, repræſentando.

27 Quò autem noſtrum Lector candorem, ſæpiùs expertum, magis perſpiciat, monemus; in iam dicto volumine ærã vtriuſque Privilegij ita deſignari DCCCCXII.nõ addito litteræ X. ſuperiori ſemicirculo, quo in quadragenarium (vt diximus) numerum migrat. At nulli dubitamus, quin eo loci lapſus ſit, accuratiſsimus alioqui, dicti voluminis excriptor. Omnia enim Cœnobij noſtri monumenta Vvalavonſo vnicũ præfecturæ annum, Receſuindo autem, qui ei immediatè ſucceſsit, octo tantũ aſsignant. Cùm tamen ab æra DCCCCXII. ad DCCCCX'II. triginta ſolidi intercedant. Sed quid opus eſt conjecturis? cum authographum non ſimplex X, ſed ſuperiori ſemicirculo, quamquam nonnihil ævo detrito, affectum repræſentet? Ex quo quantò veritatis, quàm Antiquitatis amãtiores ſimus, perſpicias licet, Hermenegilde: qui triginta, per errorem, nobis delatos annos, vltro repudiemus.

Obiectio Hermenegildi contra notæ X valorem à nobis traditũ.

28 At obijcit Hermenegildus τὸ X' pro numero quadrageſimo, non pro ſimplici X, id eſt, denario, ſumendũ eſſe merum, putumque eſſe Yepij noſtri commentum, qui quoties in nodos, quîs ſolvendis haud par erat, inciderat; ad hoc ſuæ ignorantiæ velut aſylum confugerit. quo factum ſit, vt & in noſtræ Hiſpaniç hiſtoriam ingentem confuſionem invexerit, & abſurdiſsimis fabulis ſuos Annales fœdarit.

Quàm immeritò Yepius Hermenegildi ſtylo vapulet.

29 Sed enim Yepij à crebris, iniquiſsimiſque, quibus hominem laceras, maledictis vindicandi locus, & occaſio ſe dabit. Nunc quàm immeritò virum Magnum, atque hoc vno (quod impertiſsime vellicas) immortalitate digniſsimum, tam indignis modis tractes, paucis ſuffecerit oſtendiſſe. Atque in primis te ab eiuſmodi dicterijs deterrere poterãt viri Doctiſsi-

doctiſsimi, qui conſenſu, veluti cœlo lapſam eam characteris illius X' interpretationem, quâ mirum quanta obſcuris, & impeditis noſtræ Hiſpaniæ hiſtorijs ſubitò lux affulſit, amplexi ſunt, non ſine grata authoris commendatione.

30 Deinde res hæc tota maturius tibi expendenda erat, ac tum demum ſententia ferenda, non ita porrò præcipitanda, eruditorumque ſannis, ac ſybilis exponenda. Rem itaque Yepium noſtrum acu (quod dicitur) tetigiſſe, ex his, evidentiſsimè (ſi tamen ea capis) diſcere potes. Principio igitur virum Magnum in hanc cogitationem illud in primis impulit, quòd animadverteret, ſi ille character X' pro ſimplici X, hoc eſt denario numero ſumeretur, ſæpe ita accidere, vſuque venire, vt pleræque res geſtæ Principibus, quorum partim haud dum regnare occœperant, partim omnium conſenſu obierant, imputarentur. Hinc factum vt viri Docti de cæco iſthoc nodo ſolvendo, impensè ſatagerent. Moralius explicari credidit, ſi plerumque pro æra Cæſaris ſive Hiſpanica annus Chriſti acciperetur. Sed hoc invento (quod viri docti probè norunt) arctius illum ſtrinxit. At Yepius, & qui eum ſecuti deinceps ſunt, coniecturæ ſuæ periculo in multis facto, cùm eam ſuccedere, atque omnem eâ caliginem diſcuti deprehendiſſent, in eam de cætero pedibus iere.

Characterem X pro numero quadragenario in Gothicis inſtrumentis ſumi apertiſsimè demonſtratur.

Alioquin inexplicabiles nodi occurrunt.

31 Quia verò aliorum coniecturæ, cuicuimodi illæ ſint, tibi magnopere improbantur, cum tamen ridiculis ipſe ſuprà omnes coniectores, & hariolos indulgeas; non iam cõiecturam, ſed rem accipe ipſiſsimam. Adeo igitur certum eſt, quòd (in hac dumtaxat parte) Yepius noſter aſſeruit, & ſparſit, vt ſubeat ſæpè mirari viros in priſcis noſtræ Hiſpaniæ monumentis vel leviter verſatos, hac de re dubitare aliquando potuiſſe. Quod vt Solè clarius appareat, noto in Hiſpania pleroſque libros, PP. quæ veterum monumenta, quin & volumina illa, de quibus fuse ſuprà, Gothicè ſcripta reperiri. In horum alijs paginæ, in alijs capita, in alijs vtraque numeris Gothicis, vti cætera deſcripta reperiuntur. Caput igitur v.g. trigeſimum nonum alicuius voluminis his notis XXXVIIII. planè Romanis, deſignatur. Cùm porrò ad quadrageſimum, quod ſequitur deinceps, eſt ventum, cùm ipſum, tum ſequentia ad quinquageſimum vſque ſic exprimuntur X', X I &c. Præterea caput, paginave 89. his notis inſignitur LXXXVIIII.

Noſtræ ſententiæ probatio ineluctabilis.

* Notet B. Lector, characterem X ſuper o ſemicirculo, vti par erat, negotij neceſſitate ... vbi neceſſe eſt, quod ex contextu facilè patebit, de ſuo ſuppleat, & ſciat, quoties id vſu venit, non numerũ X. ſed XL. repræſentare.

 nona

nonageſimium porrò hiſce, LX" quis ergò, qui oculis modò, menteque non careat, τὸ X" pro numero quadrageſimo, vti ab noſtro Yepio eſt acceptum, accipi debere de cætero dubitet? Vides, Hermenegilde, quàm temerè, & ridiculè viro Magno, qui te, tuique ſimiles ſexcentos (modo vos diſcendo eſſetis) docere poterat, inſultes?

Argumentum Achilleum Hermenegildi.

32 Sed ad decretoriam Hermenegildi Machinam, quâ omnia, quæ paulo ante produximus, Diplomata convelli funditus, ac labefactari putat, gradum promoveamus; ſi quâ forte tantam ab noſtris capitibus ſtragem, quantam homo glorioſus nobis intentat, depellere, ac propulſare poſsimus. Teſtimonio itaque domeſtico, quò maiorem vim habeat, in nos abutitur. Ait enim ſuas ad manus volumen quoddam M. S. perveniſſe, quod Fr. Ioannes Guardiola Benedictinus; idemque Sancti Facundi Monachus, & (quod caput eſt) eius quondam Archivo præfectus, propria manu deſcripſerit: Eo porrò volumine quidquid Reges, optimates, alijque pij viri SS. Martyribus, eorumque Cœnobio quondam obtulerint, comprehendi. Hunc ergo cap. 50. fol. 205. aſſerere, Alfonſum VI. tùm Monaſticam diſciplinam in eo Cœnobio haud ſane parum collapſam animadverteret, pro ſua in Deum; Sanctoſque Martyres inſigni pietate, Hugonem M. Cluniaco in S. Facundi, eius reparandæ, priſtinæque obſervantiæ reddendæ cauſa evocaſſe. Hugonem porrò ad Regem appulſum, eum de rigida ſui Cœnobij diſciplina, Benedictinæque normæ accuratiſſima obſervatione certiorem reddidiſſe. Alfonſi deinde rogatu Robertum, & Marcellinum Monachos Cluniacenſes, qui Reformationi præeſſent, ex Gallia in Hiſpaniam ab Hugone deſtinatos fuiſſe. Ex his Robertum in Monaſterij Abbatem electum eſſe.

Ex domeſtico teſtimonio deſúptum.

Erroris, an doli Guardiolam Hermenegildus incuſat.

33 In hoc tamen Guardiolam deceptum eſſe, aut verius decipere conſultò voluiſſe; quod Reformationis, quam ipſe, vt eius Monaſterij Monachus, ſomniat, mentionem intulerit. Cùm tamen aſſerat Moralius, vbi primùm in hoc Cœnobium Bernardus (is qui Toletanæ poſtea præfuit Eccleſiæ) pedem intulit, locum illum deſertum planè, Monachiſque incolis vacuum fuiſſe. Quia verò Privilegium, quod Guardiola affert, Moralium Monachi celarunt, cùm S. Facundinum Tabularium, de mandato Regis inviſeret, eum pro Roberto Bernardum poſuiſſe.

Iam

34 Iam ex eo Diplomate, quod Guardiola affert, manifeſtò colligi contendit, tunc temporis Monaſterium dirutum, ac ſolo æquatum fuiſſe, vt nullus (quam ille imaginatur) Reformationi locus ſuperſit. Privilegium porrò eſt huiuſmodi. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis &c. deſtructionem loci, & periculum animarum conſiderans, decreui vna cum nobiliſsima Coniuge mea Regina Conſtantia pro remedio animarum noſtrarum, offerre ſupra dictum locum Deo omnipotenti, qui eſt in honore SS. Martyrum Facundi, & Primitiui conſtructum, vt teneat ibi regulam, & Monaſticum Ordinem, ſicut docet S. Benedictus, & ſecundùm quod Fratres Cluniacenſes obtinent. Scilicet, quòd, annuente Deo, mittimus Domnum Robertum Abbatem, vt teneat vitam ſupra ſcriptam, cũ Fratribus, qui modò ibi ſunt: vel poſt eum in locum ſucceſſerint vſque in perpetuum. Mandamus etiam, vt Abbas, qui eſſe debuerit, per electionem, & congregationem Monaſterij, & per præceptum Regis fiat.* Conceſſum eſt autem Privilegium æra 1117. feria 6. pridie Idus Maij.

Monaſterium S. Facundi ſub initio Alfonſi VI. ſolo æquatum fuiſſe, ex eius Diplomate colligit Hermenegildus.

35 Ex hoc Diplomate (quo nempe homo pollet acumine) mira colligit Hermenegildus. In primis enim Baſilicam San-Facundinam, ſolo æquatam in eo temporis articulo ex eo eruit, quod Rex dicat ſe deſtructionem loci præ oculis tunc habuiſſe. Præterea, aut Monaſticam vivendi rationem eo in loco nunquam antea cultam, & obſervatam fuiſſe, aut certè Benedictinam Regulam tũc primum in eum invectam eſſe, ex illis evidentiſsimè cogi putat: *vt teneant ibi Regulam, & Monaſticum Ordinẽ, ſicut docet S. Benedictus.* Deinde, cùm Rex eidem Monaſterio Abbatem Robertum præficiat, ex eo ſatis apparere, id haud quaquam ante hac fuiſſe Benedictinum. Cùm eius inſtituti Cœnobiorum Abbates ab Monachis, vt Regula ſancta præſcribit, eligi debeant. Atque hinc factum, vt liberam ipſis impoſterum ſui Abbatis electionem permittat.

Preterea, Benedictinam Regulã tunc primùm in id inductã fuiſſe.

36 Mirificus planè homo es, Hermenegilde. Ego ſanè in libris ſolùm pervagatis, quique omnium teruntur manibus, te verſatum eſſe putaram. Sed vt video, nil te reconditum, nil abſtruſum fugit. Heu miſeram noſtram Benedictinorum ſortem, quibus fatale fuit, in Centoculum, ac Centi-

Reconditæ Hermenigildianæ eruditionis ſpecimẽ imprimis inſigne.

manum iſtum Antagoniſtam incidere: interim tamen quæ pro abſtruſis nobis venditas, quæque ex eruditi illius Bibliotheca inſtar recōditiſsimi theſauri eruiſſe te iactitas, obvia ſunt, & expoſita apud Yepium noſtrum, qui illius Diplomatis, quod gemmis omnibus, & vnionibus longè, multumque præfers, ſuorum chronicorum tom. 3. ad annum Domini 756. pag. 179. particulam ad verbum inſeruit. Itaque, Hermenegilde, illud tibi vſuvenit. θησαυρὸς ἄνθρακες πέφηνεν. *Theſaurus iſte tuus in carbones abijt.*

Diploma laudatū haud bona fide repræſentat Hermenegildus.

37 Sed lumini hunc theſaurum admoveamus, an nō in fumos, ventoſque abeat, periculum facturi. Principio igitur, quod mali ominis eſt, ipſo in limine offendis. Nam Diplomatis, quod allegas τὸ καιριώτατον, quodque te planè iugulat, per ſummum ſcelus, & fraudem ſupprimis. En ipſius à te ommiſſam particulam, quam ex ſæpe laudato volumine, ipſoque adeo authographo religioſè deſcripſimus. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & in honorem SS. Facundi, & Primitiui, ædificatum eſt Monaſterium à Religioſis Regibus vocabulo Dominis Sanctis in Occidentalibus partibus, iuxta ſtratam ſuper ripam fluminis Ceya pro remedio animarum ſuarum, & pro ſpe vitæ æternæ, quatenus Monaſticum Ordinem ibi devotis mentibus obſervarent. Sed, peccatis exigentibus, cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui. Ego verò Adefonſus diuina virtute totius Hiſpaniæ Imperator Fredinandi Principis, atque Sanciæ Reginæ filius deſtructionem loci, & periculum animarum conſiderans &c.* Quæ affers.

Eius ipſiſsima verba damus, quæ ex ipſo authographo cum fide deſcripſimus.

38 Audin Hermenegilde? Sperabas tuam tibi fraudem proceſſuram? & inconſultè prodigos Benedictinos tam honorifici Diplomatis aliquot exemplaria, præter ipſum authographon, non ſibi retenturos? Sed periodorum, quas Punica fide ſuppreſsiſti, ſententiam expendamus. *Ædificatum eſt*, ait Alfonſus. *Monaſterium à religioſis Regibus.* Vides iam dudum Monaſterium noſtrum conſtructum ante Alfonſum Regem. Qua ergo fronte iſthæc chartis illinere ſuſtinuiſti? *Luego no parece que fue Convento haſta entonces.* Perge porrò. *Peccatis*, ſequitur, *exigentibus, cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui.* Vides Monaſticen,

Ea per otium expenduntur.

inter

inter belli fragores, & à Mauris illatas clades; ardorem priſtinum refrixiſſe. Hunc Alfonſus, vt optimè Guardiola noſter, quem temerè, & inconſultè laceras, aſſerit, revocare nitebatur. Quid hic præter tuam noſtris inſultandi pruriginem meritò accuſes?

39 Iam ad ea, quæ affers, diſcutienda, veniamus, & qua tandem Dialectica vſus tam portentoſa colligas, exploremus. Nos enim eadem in illis, quæ in à te ſuppreſsis, planiſsimè cernimus, *Deſtructionem*, inquit Rex, *loci, & periculum animarum conſiderans*. An quia deſtructionem loci audis, ſolo æquatum Cœnobium imaginaris? ridiculè! Non de parietum, ruderumque, ſed de eorum, qui illud incolerent, ſpiritali ruina Rex agit. Quæ ſunt illis gemina, quæ paulò ante nos produximus, tu ſuppreſsiſti. *Peccatis*, inquit, *exigentibus cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui*. Hæc eſt loci deſtructio, quam Rex pijſsimus deplorat: hic morbus cui medicinam facere parat. Si enim, vt tutè ſomnias, aut nunquam ibi Cœnobium antea extiterit, aut certè tunc temporis deſolatum erat; quorſum poſt loci deſtructionem, periculi animarum, quæ nullæ eſſent, ſe rationem habuiſſe, addidiſſet? nugæ.

Vide Hermenegildi αβλεψίας qui paria, & gemina his quæ ſupprimit, in his quæ allegat, adducit.

40 Alioquin quidnam in tota, quanta eſt, Hiſtoria noſtrate certum æquè, atque confeſſum eſt, atque S. Facundi Cœnobium Ferdinandi Magni, noſtri Alfonſi Parentis, temporibus, in primis totius Hiſpaniæ floruiſſe? In immenſum hoc opus abiret, ſi vel milleſimam teſtium, & teſtimoniorum partem, quæ ſuppetunt, huc afferre liberet. Vnum Rodericũ, cui omnes omnino poſteriores conſentiunt, adduxiſſe ſat erit. en eius verba ex L. 6. Hiſtoriæ Hiſpanicæ cap. 14. *Cæterum cùm ad S. Facundi Monaſterium veniebat*, (Ferdinandus ſcilicèt, de quo ibi) *cibis eorum contentus pari ordine, & conſortio, quaſi vnus ex eis, & diuinis offitijs inſiſtebat, & cibis regularibus vtebatur. Cumque oblatum vas vitreum de manu Abbatis ad menſam reſidens ſuſcepiſſet; vas decidens de manu Regis illicò fractum eſt. Rex verò pro negligentia valdè pœnitens in continenti vas aureum gemmis ornatum fecit afferri, & Abbati offerens, pro vitreo ſatisfecit*. Hæc ille. Eadem quotquot Hiſpanicã Hiſtoricam attigere poſt ipſum repetunt.

S. Facundi Monaſterium ante Alfonſum VI. erectum fuiſſe, vel lippis notum.

 Iam

mahum iſtum Antagoniſtam incidere:interim tamen quæ pro abſtruſis nobis venditas, quæque ex eruditi illius Bibliotheca inſtar recōditiſsimi theſauri eruiſſe te iactitas, obvia ſunt, & expoſita apud Yepium noſtrum,qui illius Diplomatis,quod gemmis omnibus, & vnionibus longè, multumque præfers, ſuorum chronicorum tom. 3. ad annum Domini 756. pag. 179. particulam ad verbum inſeruit. Itaque, Hermenegilde, illud tibi vſuvenit. *θυσαυρος ἄντρακες πέφηκεν. Theſaurus iſte tuus in carbones abÿt.*

Diploma laudatū haud bona fide repræſentat Hermenegildus.

37 Sed lumini hunc theſaurum admoveamus, an nō in fumos, ventoſque abeat, periculum facturi. Principio igitur, quod mali ominis eſt, ipſo in limine offendis. Nam Diplomatis, quod allegas *τὸ καιριότατον*, quodque te planè iugulat, per ſummum ſcelus, & fraudem ſupprimis. En ipſius à te ommiſſam particulam,quam ex ſæpe laudato volumine, ipſoque adeo authographo religiosè deſcripſimus. *In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & in honorem SS. Facundi, & Primitiui, ædificatum eſt Monaſterium à Religioſis Regibus Vocabulo Dominis Sanctis in Occidentalibus partibus, iuxta ſtratam ſuper ripam fluminis Ceya pro remedio animarum ſuarum, & pro ſpe Vitæ æternæ, quatenus Monaſticum Ordinem ibi deVotis mentibus obſerVarent. Sed, peccatis exigentibus, cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui. Ego Verò Adefonſus diuina Virtute totius Hiſpaniæ Imperator Fredinandi Principis, atque Sanciæ Reginæ filius deſtructionem loci, & periculum animarum conſiderans &c.* Quæ affers.

Eius ipſiſsima verba damus,quæ ex ipſo authographo cum fide deſcripſimus.

38 Audin Hermenegilde? Sperabas tuam tibi fraudem proceſſuram? & inconſultè prodigos Benedictinos tam honorifici Diplomatis aliquot exemplaria, præter ipſum authographon, non ſibi retenturos? Sed periodorum, quas Punica fide ſuppreſsiſti, ſententiam expendamus. *Et ſicatum eſt*, ait Alfonſus. *Monaſterium à religioſis Regibus.* Vides iam dudum Monaſterium noſtrum conſtructum ante Alfonſum Regem. Qua ergo fronte iſthæc chartis illinere ſuſtinuiſti? *Luego no parece que fue Convento haſta entonces.* Perge porrò. *Peccatis*, ſequitur, *exigentibus, cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui.* Vides Monaſticæ,

Ea per otium expenduntur.

Digitized by Google

inter belli fragores, & à Mauris illatas clades; ardorem priſtinum refrixiſſe. Hunc Alfonſus, vt optimè Guardiola noſter, quem temerè, & inconſultè laceras, aſſerit, revocare nitebatur. Quid hic præter tuam noſtris inſultandi pruriginem meritò accuſes?

39 Iam ad ea, quæ affers, diſcutienda, veniamus, & qua tandem Dialectica vſus tam portentoſa colligas, exploremus. Nos enim eadem in illis, quæ in à te ſuppreſsis, planiſsimè cernimus. *Deſtructionem*, inquit Rex, *loci, & periculum animarum conſiderans*. An quia deſtructionem loci audis, ſolo æquatum Cœnobium imaginaris? ridiculè! Non de parietum, ruderumque, ſed de eorum, qui illud incolerent, ſpiritali ruina Rex agit. Quæ ſunt illis gemina, quæ paulò ante nos produximus, tu ſuppreſsiſti. *Peccatis*, inquit, *exigentibus cœpit locus ille ab ordine, & dignitate deperire ſtatus ſui*. Hæc eſt loci deſtructio, quam Rex pijſsimus deplorat: hic morbus cui medicinam facere parat. Si enim, vt turè ſomnias, aut nunquam ibi Cœnobium antea extiterit, aut certè tunc temporis deſolatum erat; quorſum poſt loci deſtructionem, periculi animarum, quæ nullæ eſſent, ſe rationem habuiſſe, addidiſſet? nugæ.

Vide Hermenegildi αβλεψίας qui paria, & gemina his quæ ſupprimit, in his quæ allegat, adducit.

40 Alioquin quidnam in tota, quanta eſt, Hiſtoria noſtrate certum æquè, atque confeſſum eſt, atque S. Facundi Cœnobium Ferdinandi Magni, noſtri Alfonſi Parentis, temporibus, in primis totius Hiſpaniæ floruiſſe? In immenſum hoc opus abiret, ſi vel milleſimam teſtium, & teſtimoniorum partem, quæ ſuppetunt, huc afferre liberet. Vnum Rodericũ, cui omnes omnino poſteriores conſentiunt, adduxiſſe ſat erit. en eius verba ex L. 6. Hiſtoriæ Hiſpanicæ cap. 14. *Cæterum cùm ad S. Facundi Monaſterium veniebat*, (Ferdinandus ſcilicèt, de quo ibi) *cibis eorum contentus pari ordine, & conſortio, quaſi vnus ex eis, & diuinis offitijs inſiſtebat, & cibis regularibus vtebatur. Cumque oblatum vas vitreum de manu Abbatis ad menſam reſidens ſuſcepiſſet; vas decidens de manu Regis illicò fractum eſt. Rex verò pro negligentia valdè pœnitens incontinenti vas aureum gemmis ornatum fecit afferri, & Abbati offerens, pro vitreo ſatisfecit*. Hæc ille. Eadem quotquot Hiſpanicã Hiſtoricam attigere poſt ipſum repetunt.

S. Facundi Monaſterium ante Alfonſum VI. erectum fuiſſe, vel lippis notum.

41 Iam quid tàm celebre, ac decantatum, quam Alfonſum VI. à Sanctio Fratre prælio victum, in Monachum attonſum, ad S. Facundi habitum Monaſticum ſuſcepiſſe? Ita omnes cum eodem Roderico, cuius verba ex eiuſdem libri cap. 16. ſubijcio. *Tandem procurante*, inquit, *Petro Aſſurij comite, cum Conſilio Vrracæ ſororis, ea conditione* (Alfonſus) *educitur, vt in Monaſterio S. Facundi, & Primitiui Monachali habitu veſtiretur.* Hæc Rodericus. Vigebat igitur, & in primis celebre erat S. Facundi Cœnobium Ferdinando regnante, & ſub initia Alfonſi, cùm in illo cucullum induere eſt à fratre compulſus.

Nec vllius in aliqua hiſtoria interim commiſsi prælij mentio extat, in quo noſtrum Archiſterium ſolo æquari potuerit.

42 Neque verò ex quo Alfonſus, Monachi perſona poſita, Toletum ad Almenonem Regem aufugit, alicuius belli (in his dumtaxat partibus) ſive à Mauris illati, ſive domeſtici, apud idoneum aliquem authorem mentio reperitur; quo bello noſtrum Cœnobium ſolo æquari potuerit. Præſertim cùm commoratio illa Toletana Alfonſi, haud ita fuerit diuturna, quippe quæ ſex, vel octo, aut decem ſummùm menſes tenuerit. Idque in alta pace Sanctio Alfonſi fratre Caſtellæ, & Legioni imperitante, quem (præterquamquod id à nullo memoriæ proditur) non eſt veroſimile San-Facundinum Cœnobium, tanti à Parente habitum diruiſſe. Qua ergo fronte aſſerere es auſus id Cœnobium ab Alfonſo VI. primò erectum, aut inſtauratum certè fuiſſe? Vide impoſterum, Hermenegilde, quid aſſeras. Neque ita tuæ exiſtimationis ſis prodigus, vt vel hiſtoriæ tyrunculis te deridendum, hoc ætatis homo, propines.

Regulam Benedictinam in San-Facũdinum Cœnobium ab Alfonſo primùm invectam, ridiculè ex eius verbis elicit Hermenegildus.

43 Sed Rex, inquis, ſatis apertè innuit, vt Cœnobiũ Monaſticum ibi iam diù fuerit, Regulam certè Benedictinam tunc primum in eo obſervandam ſe propoſuiſſe. Itane? Quibus verbis? Nos enim cæcuIi, aut ſurdi in illis abſte adductis nil tale cernimus, aut audimus. Illis, inquis. *Vt teneant ibi Regulam, & Monaſticum Ordinem, ſicut docet S. Benedictus.* Beaſti nos planiſsimè, Hermenegilde, qui oculos iuxtà, & aures nobis aperuiſti. Itaque impoſterum, à te moniti ſciemus, *tenere quippiam*, idem eſſe, atque *quod antea non habebatur, ſiue obſervabatur, habere, ſeu obſervare incipere.* atqui nos vt rudes, & imperiti ſumus, omnia alia putabamus, non enim credideramus Theſalonicenſes, qui à D. Paulo,

Paulo, *quod bonum eſt tenere* iubentur, nihil boni ante non habuiſſe, & Ioannem Apocalypſeos 3. propriè loquutum putabamus, cum Angelo Philadelphiæ dixit; *tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* In hunc nos modum Monachos Sancti Facundi, Benedictinam Regulam, quam antea profiterentur, tenere, abs Rege ammoneri credideramus. Tu aliter iubes. Tibi ne, an illis credendum magis ſit, ipſe videris. Nos certè interim (ni fors aliter ipſe præſcribis) illis accedimus.

44 Accedit, quòd Alfonſus ſine vlla controverſia Monaſticum cucullum, vt paullò ante docuimus, in S. Facundi, ſeu vi, ſeu ſponte induit. Eſt ne igitur credibile aliam ab ea, quam vtcumque profeſſus erat, in eamdem domum, quam ſuis oculis cariorem ſemper habuit, regulam inducturum?

Non eſt veriſimile Alfonſum aliam vivendi rationẽ ab ea, quam ipſe, dum Monachum ageret, profeſſus fuerat, in S. Facundi invexiſſe.

45 Ad extremum ſic habeto, mi Pater, ſcriptores, non minus quàm mendaces, memores eſſe oportere. Alioquin ſua ipſi decreta, & pronunciata paſsim retexent. Memoriam ergo refrica, Hermenegilde, neque Cõcilij Coiacenſis (quo paſsim inculcando, Lectores enecas) tã ſubitò obliviſcere. Ais in ea Synodo, Ferdinando agente, coacta ante 30. annos, omnes omninò Hiſpaniæ Monachos Benedictinã legem obſervare coactos eſſe. quam aſsiduus, ac penè dixerim, contubernalis in S. Facundi Cœnobio Ferdinandus fuerit, ex Roderici teſtimonio paullò antè vidimus. Ergo Benedictina Regula ibi obſervabatur. Ni velis Ferdinandum ab ſe nuper cum Epiſcopis approbatas, & in dictas leges, tam citò violaſſe, & contempſiſſe, quod eſt planè ridiculum. Itaque, vel te fatente, (ſi Monaſterium eo tempore ibi erat, vt ſanè fuiſſe planiſsimè evicimus) Regula Benedictina ante 30. minimum annos in S. Facundi viguerat. I nunc, & Alfonſum VI. cùm Cœnobij tantò ante erecti conditorem, tùm Benedictinæ in eo Regulæ obſervendæ authorem nobis obtrude.

Noſtrum Cœnobium ante Alfonſi VI. regnum Benedictinũ fuiſſe, toties ab Hermenegildo inculcata Coiacenſis Synodus plane convincit.

46 At acerrimè inſtas. ais enim Robertum ab Alfonſo Abbatem S. Facundi deſignatum, quod eſt contra Regulam Benedictinam, eam electionem ad Monachos reijcientem. Nondum igitur Monachi S. Facundi erant Benedictini.

Obiectio Hermenegildi.

47 At hoc argumentum frivolum eſt, Hermenegilde. Nam eodem efficies, ne poſt inductam quidem eam Regulam, Monachos S. Facundi Benedictinos fuiſſe. Ait enim Rex, vt im-

Sed planè frivola

impoſterum Abbates, non per electionē ſolùm Monachorum: *Sed per præceptum Regis fiant.* quod nihilo minus eſt contra Regulam Benedictinam, quæ ſolorum Monachorum ſuffragia requirit. Efficies pariter, vt Monaſteria, quibus Placidus, & Maurus ab Sancto Benedicto Abbates dati ſunt, non fuerint Benedictina, ſiquidē, quod tu ſumis, ad id requiritur.

Non perpetuò à Monachis electi, Abbates Benedictini.

48 Hoc igitur notes velim, Hermenegilde. Non quoties, aliquibus de cauſis, ab Regulæ noſtræ verbis potius quam mente diſceditur, continuò ab inſtituto diſcedi Benedictino. Temporum enim, & circunſtantiarum rationem, ſuis in legibus ferendis (qua erat prudentia) S. Benedictus habuit. Et verò nihil tam frequens in noſtris Hiſtorijs occurrit, quàm vt Abbates ab Conditoribus, præcipuiſve Benefactoribus, ſub initia dumtaxat, deſignentur. quin ipſe N. Legiſlator ſanctiſſimus anſam huic rei dedit; dum ſuæ Regulæ cap. 64. ſi forte minus dignus à Monachis eligatur, Epiſcopum, & Chriſtianos vicinos, vt digniorem eligant, orat, & obteſtatur.

Idque iuxta ipſius Regulæ mentem.

Alia obiectio ex verbis Moralis.

49 At Moralius, inquis, tradit Bernardum cum ad noſtrum Cœnobium acceſsit, ipſum deſertum inveniſſe, Monachiſque proinde incolis frequentaſſe.

Sed pravè acceptis.

50 Res ſic ſe habet, Hermenegilde; quam ex eodem, quem allegas, Moralio, & ex noſtris Yepio, Guardiola, & alijs (ſi eos modò ſedato animo legere voluiſſes) diſcere potuiſti. Alfonſus VI. amorem Cluniacenſium, quorum virtutis, ac religionis præcipuæ fama totum orbem pervaſerat, iam inde ab avo Sanctio, qui eos in Hiſpaniam Princeps invexit, neque minus ab Parente Ferdinando, qui eoſdem impensè coluerat, cum lacte propè ſuxerat. Dum Toleti fraternum furorem declinans captivus ageret, eorum ſe orationibus pijſque operibus commendarat. nec in caſſum. ipſis enim tam fœlicem infœliciſsimæ captivitatis, ſecundum Deum, exitum, imputabat. Ergo ſuæ, vt credebat, ſalutis auctoribus, coram gratias agere vehementius optabat. Itaque apud Hugonem Magnum, Cluniacenſem Abbatem, vt ad ſe viſeret in Hiſpaniam, precibus inſtitit. Neque mora; Hugo ſiquidem tam pijs tanti Regis precibus non cedere indignum ratus in viam è veſtigio ſe dedit, atque Alfonſum, Burgis tunc forte commorantem, adijt. Rex hominis ſanctiſsimi conſuetudine, & ſanctimonia mirificè captus, cum eo familiariùs agebat. Ab ipſo, quam

Alfonſus Cluniacenſium precibus ſuam fœlicitatem imputabat.

Digitized by Google

quam ſanctè Cluniaci Benedictina Regula obſervaretur, accepit. Voluebat animo tunc fortè Alfonſus Sancti Facundi Cœnobium, cuius amorem ab ſua priſtina illa commoratione altè admodum hauſerat, amplificare: vt (ſicut Rodericus Toletanus L.6. c.25. ait) *quemadmodum in Gallijs Cluniacenſe Monaſterium præcellebat, ita iſtud omnibus Monaſterijs eiuſdem Ordinis in Hiſpanijs præſideret.*

Cum H[illegible]gone Abbate B[illegible]g[illegible]s congreditur.

51 Ab puriori vivendi ratione, ſeveriorique Benedictinæ Regulæ obſervantia deſtinatum opus auſpicari placuit. Ergo cœlitus, in eo rerum articulo ad ſe miſſum Hugonem ratus, ab eo vti Monachos apprimè Regulæ noſtræ, Cluniacenſiumque rituum peritos, & obſervantes ad ſe tranſmittat, enixè rogat. Paruit Hugo: atque vbi in Galliam eſt reverſus, nihil antiquius habuit, quam vt Robertum, & Martinum Monachos ad Alfonſum, id vehementiùs optantem, deſtinaret. Ex his Rex Robertum Abbatem optavit. Ipſos igitur Diplomate, quod affers, cuiuſque, hodiè authographon in noſtro Tabulario aſſervatur, munitos, in S. Facundi dimiſit. Monachi, ſive quod Robertus natura auſterior erat, quàm eorum mores ferrent, ſive quòd ab ſe non electum de more, alienigenam præſertim, Abbatem averſarentur; hac illac fuga dilapſi. Ad eum nuntium Rex vehementius indoluit. agnitoque apud Robertum, hominem oppidò rigidum, & ſeverum, tam fœdæ rebellionis, & fugæ, haud parum culpæ reſidere, litteris ad Hugonem datis, vt mitiorem, & prudentiorem alium ad ſe tranſmitteret, oravit. Hugo Bernardum, Magnum illum Toletanum ſubinde Antiſtitem, miſit. Hunc Monachi Rege cum Coniuge, ac Legato Pontificio, qui fortè tunc aderat, præſentibus, Abbatem adoptarunt. At is, qua erat animi magnitudine, præcipuaque in hominibus tractandis dexteritate, vt turbæ illæ, nimbique ſeditionum conſiderent, effecit; palanteſque, ac ſparſas oves ad caulam, ſedulus paſtor, revocavit. Hoc ſibi vult, Hermenegilde, Moralius. Neque aliter vir doctus, huius præſertim vetuſtiſsimi, ac nobiliſsimi Cœnobij monumentis inſpectis, ſtatuere poterat.

Ab eo Monachos impetrat, qui ſeveriorem Benedictinæ normæ obſervantiam in San-F[illegible]ndinum Cœnob[illegible]um importarent.

Sed parum fauſtis avibus.

Donec Bernardus qui omnia ex voto componeret, deſtinatus.

52 Ex his ſuoptè pondere ruunt, quæ in tuæ ſatisfactionis parte 1. cap. 10. nullo iuditio garris. Neque ſanè quidquam in ſecundo Privilegio, quod affers, occurrit, cui non ſit in ſuperioris vindicatione; pleniſsimè ſatisfactum. Immò niſi

Ex ſuperioribus ſuoptè pondere ruunt Hermenegildi Machinæ.

niſi ira, & in Benedictinos, quidquid in buccam venerit evomendi effrenis libido, tibi oculos eruiſſet; in eo cernere poſſes, quàm vana, quamque futilia ſint, quæ adverſus confeſſam veritatem moves, & affers. Inter alia enim hæc deſcripſiſti: *Decrevi vna cum Coniuge mea Regina Conſtantia præfatum Monaſterium ad laudem, & gloriam Dei, in honore SS. MM. Facundi, & Primitiui relevare, & in Dei ſervitio reformare.* Vides ipſum Regem præ ſe ferre, ac profiteri, ſe non à fundamentis excitare, ſed *relevare*, ac *reformare* (vt ſatis ſignificanter Rex loquitur) S. Facundi Cœnobium deſtinaſſe.

Præcipuam Diplomatis particulam Hermenegildus omiſit.

53 Quin ipſum, pro tuo more, Diploma detruncaſti, cuius illa, quæ vel in primis producenda erant, ſuppreſsiſti: *Super multis*, inquit, *poſſeſsionibus*, & *varijs Eccleſiæ ornatibus à prædeceſſoribus meis*, & *fidelibus Chriſtianis olim ibidem collatis*, *magna atque ampliora adijciens*, *hæreditatum honoribus* (S. Facundi Cœnobium, de quo eſt ſermo) *liberè ditavi.* Hæc ibi. Quibus certè, quæ vaniſsimè diſputas omnia, velut ſubita vehementioris turbinis tempeſtate correpta, validè difflantur.

Vt Alfonſus templum miræ magnitudinis in Diplomatis dictum, erexiſſet, non cōtinuò noſtri Cœnobij Conditor appellandus.

54 Nam quod ex Moralij verbis colligi putas Monaſterium noſtrum ab Alfonſo VI. recens conditum eſſe, quod templum *miræ magnitudinis* in vetuſtis monumentis vocitatum, condiderit: & in Dialecticam peccas, & præſtigijs deluderis. Nam, vt illud templum Alfonſus condidiſſet, & in eam magnitudinem, quæ mira dici meruerit, evexiſſe tibi cōcederemus; non ex eo continuo efficitur noſtrum ab imis fundamentis Monaſterium excitaſſe. Fac enim Alfonſum Baſilicam Cœnobij anguſtiorem, quàm pro ea, ad quam illud evehere meditabatur, amplitudine, & maieſtate, putaſſe. Fac etiam miræ magnitudinis illam eumdem erexiſſe. Nihilo magis noſtri Cœnobij Conditor dici debet, aut poteſt, quam qui paucis adhinc annis S. Martini Compoſtellani, aliorumque complurium noſtri Ordinis Cœnobiorum Baſilicas, aut denuò excitaruut, aut collabentes inſtauraverunt.

At illam miræ magnitudinis Baſilicam, non VI. ſed III. Alfonſus ædificavit.

55 Sed immanè quantùm, Hermenegilde, falleris, dū de Alfonſo VI. ac non potius de eius nominis tertio, Magno meritò dicto, Moralium ibi egiſſe opinaris. Recole illa verba ex Privilegio quarto loco ſupra poſito: *Et templum ibi dedi;*

dedicatum miræ magnitudinis ornatum, à quæ ſcripta ſunt æra 998. viginti totis ſupra centum annis, antequam Alfonſus VI. novi templi, quod hodieque ſatis magnificum extat, fundamenta ieciſſet. Relege, relege, mi P. quem pro te citas Moralium. Apud eum, Yepiumque noſtrum, & Sandobalium ea invenies, ex quibus, quàm inſigniter hallucinere, luce clarius appareat.

Demonſtratur ex alijs fide digniſsimis inſtrumentis longè ante quam Hermenegildus contendit, Benedictinos in Hiſpania fuiſſe.

§ VSQVE Adeò firma ſunt, quæ pro noſtra cauſa, huc uſque produximus, vt vel ſi cætera deeſſent, apud omnes, quotquot communem ſenſum non exuere, fidem inventura credamus. Quæ porrò adverſus ea Hermenegildus obiecit, adeò frivola ſunt, vix vt homini ſui compoti in mentem venire potuiſſe, credibile videatur. Quod ſatis, ſuperque eſt à nobis in ſuperioribus demonſtratum. Lubet tamen, vel ex ſupervacuo, nonnulla addere, ita firmæ, atque inconcuſſæ veritatis, vt nulla tergiverſatione eludi, nulla ludificatione convelli queant.

Ad alia noſtræ cauſæ apprimè faventia gradum facimus.

2 Quando igitur, contra ius atque fas omne, Benedictina Archiva corrupta eſſe, atque adulterata noſtrorum fraude, ac malo dolo contendis, age porrò, ea producamus, queis corrumpendis noſtrorum fraudem interveniſſe, nulla, quamtumvis temeraria, ſuſpicio, ſubeſſe queat. Monaſterium Albeldēſe nobile quondam in primis totius Hiſpaniæ fuit. Id labente ævo, S. Mariæ Naxarenſi (quod Cœnobium Rex Garſias modis omnibus amplificare nitebatur) annexum fuit. Eius prædia, redditus, nobiliſsima Bibliotheca, Tabularium, inſigni Eccleſiæ Iuliobricenſi, quæ *Sancta Maria Rotunda* vulgò vocitatur, magnam partem ceſſere. Inter varia autem Diplomata, quæ velut eius naufragij tabulæ, in ea Eccleſia etiam num extant, quoddam ab Sanctio Garſeano ſui Regni anno 20. conceſſum reperitur, cuius partem Ambroſius Moralius Hiſpanicè adducit, vnde eam noſter Yepius ſuo chronico intexuit. Aliam, quæ ad rem noſtram propriè facit, R. P. Ioſephus Moret, S. I. nobilis in primis Hiſtoriographus, & Antiqua-

Inſtrumenti cuiuſdam Albeldenſis particula, noſtræ cauſæ patrocinatur.

tiquarius, editiſque aliquot voluminibus ſatis Orbi notus ex ipſo authographo deſcripſit, ad noſtrumque Argaiz tranſmiſit. Ea ſic ſe habet: *Vt inſtruas opitulante diuina clementia, Monaſticam ducere vitam ſecundum Benedicti Regulam Patris &c.* Clauſula autem Diplomatis eſt huiuſmodi. *Anno feliciter Regni noſtri* 10. *Sanctius Sereniſsimus Rex hunc teſtamentum roborat, & confirmat.*

Ex eo conſtat, cétum annis ante Sanctium Maiorem Benedictinã Regulam in Hiſpania viguiſſe.

3. Iam Sanctius Garſeanus Sanctij Maioris (quem tu vis Benedictinum inſtitutum in Hiſpaniã invexiſſe) tritavus, regnare occœpit, teſte Zurita in Indiculo, æra 943 id eſt, anno Domini 905 quare annus eius vigeſimus incidit in annum Domini 924. qui tuam Hermenegilde, Epocham 100. amplius annis antevertit. Ecquod tandem huic telo ſcutum oppones? Albeldenſis Cœnobij Diplomatis cum redditibus, vt diximus, Sanctæ Mariæ Rotundæ Iuliobricenſis Clerici, ante ſexcentos annos potiuntur. Quo ergo iſtud Diploma aſtu Benedictini corruperint? An iam tum Antiquitatis ad inſaniam avidi, illud adulterarunt? an Tabularij iam dictæ Eccleſiæ falſatis clavibus, foribuſve per vim effractis, periodum illam, quæ tuam cauſam iugulat, affinxere? Nugæ.

Aliud ex Compoſtellanæ Eccleſiæ Tabulario, idem confirmans, inſtrumentũ producimus.

4 Inter cætera porrò, quæ Hermenegildianæ aſſertionis futilitatem oſtendunt, nullum, meo iuditio, luculentius teſtimonium extat eo, quod ex quodam Alfonſi VI. Diplomate Eccleſiæ Compoſtellanæ ab eodem conceſſo, ibidemque ſanctè hodieque aſſervato, depromi poteſt. In eo ſiquidem diſſertè Rex pijſsimus aſſerit Alfonſum II. (eum, qui ab perpetui cœlibatus colendi propoſito *Caſti* nomen invenit) vbi eius temporibus corpus D. Iacobi, quod diu latuerat, inventũ eſt, nihil antiquius habuiſſe, quàm vt quam poſſet maximo id honore proſequeretur. In eam rem commodum ei viſum eſſe, vt Monachis Benedictinis eam curam demandaret.

Cuius hic ipſiſsima verba damus.

5 Præſtat tamen Alfonſini Diplomatis verba ſubijcere, ex quibus tum hæc, cùm alia eruditus Lector ediſcet. Ea ſic ſe habent: *Qui* (Alfonſus II. de quo ibi ſermo erat) *prout erat affectu caſtimoniæ diligens ſanctitatem, in honorem eiuſdem Apoſtoli fabricata Eccleſia, & circa eamdem altera in honorem B. Baptiſtæ Ioannis ante ipſa Sancta altaria, tertiam non modicam tria continentem altaria, primum in honorem S. Saluatoris, ſecundum in honorem S.*

Petri

Digitized by Google

Petri Apoſtolorũ Principis, tertium in honorem B. Ioannis Apoſtoli conſtruere feſtinavit. In qua Abbatem Dominum Ilfredum magnæ ſanctitatis virum cum Monachis etiam cuſtodiæ Apoſtoli deputatis, diuino offitio mancipatis non minus quàm duodecim conſtituit. Qui ſuper corpus Apoſtoli diuina offitia cantaſſent, & miſſas aſsiduè celebraſſent. Diuidenſque eis ad Orientalem partem, locũ ante ipſa altaria per chartulam dotis, vbi clauſtrum, & officinas ſecundum tenorem Beati Benedicti *conſtruerent, & quia ante ſancta altaria conſtructus eſt locus iſte, Antealtaris eſt vocatus, & vſque ad tempus Domini Didaci Pelagij, & Abbatis Fagildi in eodem manſit vigore.* Hæc Alfonſus Sextus de Atavo ſuo Alfonſo II. quæ, ni pertinax eſſe, & in luce meridiana cæcutire velle pergas, tibi vocem includere queant. Sacra porrò Iacobi Lipſana æra 873. totis ducentis, ante tuam Epocham, annis, proculdubio, detecta ſunt. Quod ex Alfonſi Secundi Diplomate à Moralio ex Cõpoſtellanæ Eccleſiæ Archeio deſcripto liquet. Tanto igitur ante quàm ipſe inaniter contendis fieri potuiſſe, Benedictinum illud Cœnobium ab Alfonſo conſtructum fuit.

6 Quia verò Compoſtellani Tabularij ſemel mentionem fecimus, nefas eſſet aliud, quod ſanè luculentum ſuppeditat, ex eiuſdem Eccleſiæ monumentis teſtimonium omittere. Id deprompſimus ex Hiſtoria Compoſtellana, quæ ante ſexcentos circiter annos, Didaco Gelmirio eius Sedis Præſule iubente, conſcripta fuit. Id noſter Yepius ad annum Domini 835. ex ipſo authographo, quod Compoſtellæ ſanctè, hodieque aſſervatur, excerptum affert. Quia tamen ex Baſæo didiceramus eam Hiſtoriam in nobiliſsima, Ms. Ms.que à Magno Covarruvia congeſtis veterum monumentis refertiſsima Maioris Ovetenſis Collegij Bibliotheca, perantiquo charactere exaratam, etiamnum, aſſervari; noſtri muneris eſſe putavimus, vt eam conſuleremus, ſi fortè à Yepij, & Baſæi verbis diſsideret. At diſsidebat illa quidem, quamquam in re parvi momenti, vt conferenti hæc noſtra cum his, quæ illi afferunt, patebit. At in re, qua de hic agimus, mirus vtrobique conſenſus. Verba igitur, quæ ex ea (Præſentibus videntibus, ac verba tantùm non nobis præeuntibus perilluſtri Principe D.D. Antonio de Portocarrero Comite de Ovedos, in

Aliud imprimis nobile teſtimonium pro nobis adducimus, ex Hiſtoria perantiqua Compoſtellana.

in quo nobilitas cum comitate, & eruditione de victoria dubia certat, D.que D.Ioſepho de Roxas Compoſtellanæ Eccleſiæ Iudice Metropolitano, veſpertinæque Sacrorum Canonum in Salmantina Academia meritiſsimo Anteceſſore, nuncque in Regia Valliſoletana Curia Senatoribus meritiſsimis, eiuſdem Collegij alumnis) quæ inquam ex ea Hiſtoria deſcripſimus ad verbum, hæc ſunt: *Præfata ergo Monaſteria, ſcilicet, de Ante-altaria, & Pinarium idē venerabilis Epiſcopus* (Siſnandus, de quo ibi eſt ſermo) *tali equidem intentione de proprijs B. Iacobi facultatibus conſtruxit, vt ſi quis huius Eccleſiæ ſeniorum ſub Regula B. Benedicti ſuorum criminum ſordes diuinæ compunctionis fletibus proluere inardeſceret, in quolibet eorum, tamquam in familiaribus, ac priuatis manſionibus, monacharetur.* Hæc ibi, tribus, an quatuor paginis poſt initium voluminis. Quæ, pro ſua humanitate, cuivis optati, nobiliſsimi iam ſupra laudati Collegij alumni, perhumaniter exhibebunt. Siſnandus porrò Epiſcopus, de quo hic agitur Epiſcopatum inijt, æra 904. anno Domini 866. qua ſuū diem Adaulfum, ſive Athaulfum, cui ille ſucceſsit, obijiſſe, paullò ante in eadem Hiſtoria memoriæ proditur. I nunc Hermenegilde, & Benedictinum inſtitutum, Sanctio demum Maiore Hiſpaniæ noſtræ imperitante, in has oras primùm delatum eſſe, apud pullatum circulum Stentoreis clamoribus prædica.

Idem confirmat Diploma quoddā Bermudi II. in Carracedēſi, quōdam noſtro Cœnobio, aſſervata.

7 Haud procul Aſturica, vrbe celeberrima, & perantiqua in cōfinibus Galleciæ (Bierzo noſtrates eum terræ tractum vocitant) eſt prænobile Ciſtercienſium Cœnobiū, quod Carracedo vocant. Id nigri Monachi noſtri vſque ad Alfonſi VII. tempora, ſub annum Domini 1140. circiter, cum in Ciſtercienſium poteſtatem venit, incoluere. In eius Tabulario Bermudi II. quoddam Diploma, quod tomo 5. noſter Yepius affert, hodieque extat, in quo præter alia, quæ huc modo adducere non eſt neceſſe, hæc periodus continetur. *Hoc Monaſterium Regia poteſtate liberum, & abſolutum ab omni iugo ſervitutis, Deo, & Monachis, qui in eo permanſerint offerimus; vt perenniter eum habeant, atque ſucceſſoribus eorum, vt ibi noſtro adiutorio, & aliorum Fidelium poſsint viuere, ſecundum Regulam* Sancti Benedicti Abbatis &c. Conceſſum eſt porrò id Privilegium æra 1018.

hoc

hoc eſt anno Domini 990. cuius Diplomatis adulterandi nulla PP. Ciſtercienſibus cauſa fuit. noſtros verò ante 500. amplius annos, id corrupiſſe, eſt prorſus incredibile.

8 Neque minoris fieri debet aliud, quod ex Legionenſis Eccleſiæ Tabulario depromptum Fr. Athanaſius Lobera Ciſtercienſis, ante annos 80. ſuæ S. Froilani, atque *Magnalium Legionenſium Hiſtoriæ*, cap. 33. inſeruit. continet id donationem quamdam eiuſdem S. Froilani Benedictini, eius ſedis Epiſcopi, in qua Sinduaræ Abbatiſſæ, eique ſubditis Monialibus, pleraque hac lege concedit: *Si permanſeritis*, inquit, *ſub Regula S. Benedicti &c.* quæ Donatio facta eſt æra 1044. hoc eſt anno Domini 1006.

Eodem facit Diplomatis fragmẽtum, ex Legionẽſis Eccleſiæ Archivo depromptum.

9 Iam illud teſtimonium, quod Moralius L. 15. c. 33. ex vetuſtiſsimo Eccleſiæ Ovetenſis Codice deſcriptum affert, nullum dubitationi locum relinquit. Eius verba, quò maiorẽ fidem faciant, vt Hiſpanicè à Moralio ſunt converſa lubet adſcribere. Quæ ſic ſe habent. *Voſotros*, inquit, *todos los que leeys eſte libro, acordaos de mi el pequeño ſiervo Leodegundo, que lo eſcrivi en el Monaſterio de Botevella, reynando el Rey D. Alonſo en la era de 950.* Et poſt pauca: *Eſte es aquel libro donde muchos hazen Profeſsion debaxo de la Regla de San Benito à Sabarigo Abad de eſte Monaſterio de Betella &c.* Quæ in eorum gratiã, qui Hiſpanicè neſciunt (ſi qui tamen hæc noſtra legere dignabuntur) ita latinè vertimus. *O vos omnes, qui hunc librum legitis, mei quæſo, exigui ſervuli Leodegundi, qui eum in Monaſterio Botavellæ, regnante Alfonſo, æra 950. conſcripſi, reminiſcimini.* Et mox paucis interiectis. *Hic liber eſt, in quo multi profitentur ſub Regula S. Benedicti ſub Sabarico huius Botavellenſis Cœnobij Abbate.* Hæc ex pervetuſto illo Codice apud Moralium loco citato.

Favet etiam perantiquum ex Eccleſiæ Ovetenſis ſcrinijs à Moralio publicatũ monumentum.

Quod inſtitutum Benedictinũ anno 912. in Hiſpania agnoſcit.

10 Quid adverſus iſthæc oppones, Hermenegilde? Noſtros ne Privilegia, ſchedas, libros adulteraſſe? atqui in alienis Tabularijs (quò ipſis, niſi precariò, pedem inferre haud licet) illa aſſervantur. An ea à nobis potiùs, cum in eiuſmodi Archivis non extent, confingi dices? ſed magnam partem ab ijs eruta ſunt, & in lucem data, qui extranei ſunt, & fidei alioquin apud omnes ſpectatiſsimæ. Et vero in re, quæ eorum nihil intererat, eos ita liberaliter mentitos eſſe, nullam vel

Nec iſthæc noſtris, vt vellent, licuit adulterare.

leviſsimam, veri ſpeciem habet. Itaque, vel hæc ſola teſtimonia, ita plenè, quod volumus, efficiunt, vt plura addere ſupervacaneum videatur.

11 Lubet tamen, coronidis loco, inſigne antiquitatis Benedictinę monumentum cum Antiquitatis amatoribus communicare. Quamquam enim id apud Hermenegildum (quippe ex noſtris Archivis extractum) nullius ponderis erit: alijs nihilominus omnibus, id nos, ſicut alia, quæ adduximus, approbaturos ſperamus. Eſt autem quædam formula Profeſsionis, in Arlácenſi, perantiquo Cœnobio, emiſſæ ante octingentos annos, cuiuſmodi pleræque in noſtris Tabularijs ſolebant aſſervari, atque hodieque aſſervantur. Et nos, haud ſane, paucas in Sancti Facũdi vidimus, dum eius ſchedas evolueremus. Licet multo plures deſiderari, magno noſtro dolore, notavimus. Sed vt ad noſtram Arlanceſem Profeſsionem revertamur, ea inter plures alias, in ſex. aut ſeptem digitorum membranula deſcripta, comparuit. Nos illius exemplar P. Fr. Bartholomæi à Sancto Pelagio Tabulario Præfecti, eiuſdemque Apoſtolici Notarij, manu, firmatum nacti, digniſsimam cenſuimus, quam in noſtræ cauſæ firmamentum, Lectoriſque eruditi gratiam, hoc loco apponeremus. Sic autem ſe habet. *Ego* (characterem prægrandem, qui præ vetuſtate internoſci non queat, deinceps ſequi, laudatus Monachus monet) *Armiſdus, promitto ſtabilitatem meam, & converſationẽ morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Benedicti, coram Deo, & Sanctis eius; ſcilicèt Petro, & Martino, & omnibus reliquijs huius ſanctæ Eccleſiæ, & in præſentia Domini Petron Abbatis, & omnibus ſucceſſoribus ſuis in æra DCCCCI. 1. Maij.* Vides, candide Lector, Benedictini inſtituti in Hiſpania recepti venerandam antiquitatem. Vides, quàm parum à priſcis illis Monachis Profeſsione (ò non amplius morum, vitæque ſanctitate!) qui poſt tot ſæculorum curricula, Benedictini ſuperſumus, abeamus. Totidem fermè verbis Monaſtici Profeſsionem inſtituti, hodieque concipimus. Eumdẽ habitum gerimus. Quod ex vetuſtiſsimis qua depictis, qua marmori inciſis imaginibus apparet. Faxit Deus, vt quemadmodum his, & alijs, veteres illos Patres noſtros referimus, ita vitæ morumque puritatem eorumdem, ad vivum exprimamus.

Profeſsionis Monaſticæ formula, cõcepta iuxta tenorem S. Regulæ circa annum Domini 863.

Idem

Idem ex Hiſpanicorum Hiſtoricorum mirifico in hac parte conſenſu demonſtratur.

1 QVAM Solidis firmamentis noſtrorum in Hiſpaniā Advētus, multis, ante Hermenegildi inſomnium, annis nitatur; ſatis arbitror, abundeque ſuperiora monſtrarunt. Iuvat autem, quò maior inde veritati lux affundatur; mirificum Hiſpanorum Hiſtoricorum ſuper hac re conſenſum ante oculos ponere. Non enim eſt veriſimile, tot, tantoſque viros in re tanti momenti, velut ex condicto, aberraſſe. Neque verò huc omnes, quos quidem poteramus, advocare voluimus. Sed (vt hoc iam velut in anteceſſum Hermenegildo effugium præripiamus) his ſolis contenti erimus, qui ante nuper invulgatorum Dextri, Maximi, Luithprandi & ſimilium, emerſum, ſuas Hiſtorias conſcripſere; aut ijs certè, qui in eorum verba minimè iurarunt. Lubet autem, antequam eorum teſtimonia ſubijciamus, ijſdem verbis alloqui Hermenegildum, quibus D. Auguſtinus Iulianum. L. 1. contra eumdem propè finem, in re ſimili alloquitur. Sed ipſum iam ſanctiſsimum D. audiamus.

Omni exceptione maiores teſtes pro noſtra cauſa citamus.

2 *Certè*, inquit, *ipſe dixiſti, quòd omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira, vacuos eſſe deceat. Pauci tales potuerunt inveniri. Sed Ambroſium, alioſque Collegas eius, quos cum illo commemoravi, tales fuiſſe credendum eſt. Verùm, etſi tales non fuerunt in his cauſis, quas ad ſe delatas, & inter partes cognitas, dum hic viuerent, ſuo iuditio definieruut, ad hanc tamē cauſam, tales erant, quando de illa ſententias protulerunt. Nullas nobiſcum, vel vobiſcum amicitias, vel attenderunt, vel inimicitias exercuerunt. Neque nobis, neque vobis irati ſunt, neque vos miſerati ſunt. quod invenerunt in Eccleſia tenuerunt. quod didicerunt docuerunt. quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiſcum apud iſtos indices aliquid agebamus, & apud eos eſt acta cauſa noſtra: nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus. Nondum vobiſcum certabamus, & eis pronuntiantibus, vicimus.* Hæc ille ad Iulianum. Eadem nos adverſum te, Hermenegilde, (ſatis, arbitror, ad rem) impræſentiarum verba vſurpamus.

Quippè qui erāt, quales Auguſtinus optabat.

I. Teſtis. Antonius de Guevara.

3 Sed iam omni exceptione maiores teſtes in medium afferamus. Agmen ducat Magnus ille Mindonienſis Præſul Antonius de Guevara nobilis imprimis Antiquarius. Is, epiſtola ad Alfonſum Fonſecam, Burgenſem tunc Antiſtitem, data, hæc ad verbum habet. *Eſte buen Rey* (inquit) *D. Alonſo edificò muchos, y muy ſolemnes Monaſterios de la Orden de S. Benito.* Loquitur autem de Alfonſo Catholico, qui iuxta veriorem chronologiam, anno Domini 739. vix viginti quatuor annis poſt Mauricam cladem, regnare occœpit. Edidit autem opus epiſtolarum Guevara ante annos centum & quinquaginta.

II. P. Beuter.

4 Succedat P. Antonius Beuter Theologus, ac Hiſtoricus ſatis nobilis. Is libro 2. chronici rerum Hiſpanicarum fol. 12. pag. 2. ad annum Domini 795. ſic ait: *Eſte Galindo edificò el Caſtillo de Atarres, para entonces fortaleza inexpugnable, y fundò el Monaſterio de Saras, que antiguamente ſe llamava S. Martin de Cercito, que es en el lugar de Acomuer, de la Orden de los Benitos.* Idē fol. 32. quoddam Lotharij Imperatoris Diploma affert, quod expeditum eſt anno 987. ex quo hæc citat Hiſpanicè. *Y quando murieren los Abades, puedan los Frayles de dicho Monaſterio elegir vno de entre ſi en Abad, ſegun la Regla de el Bienaventurado S. Benito.* Hæc ibi. libro 1. porrò cap. 27. fol. 52. hæc idem Beuter habet. *Era Obiſpo de Valencia Eutropio, que fuera Abad de el Monaſterio de S. Benito, que eſtaba en Xatiua, &c.* Hæc autem conijcit in annum Domini 605. centum amplius annis ante feralem illum Hiſpaniæ caſum. Scripſit autem Beuter circa annum Domini 1500.

III. P. de Alcozer.

5 Petrus de Alcozer in Hiſtoria Toletana anno Domini 1554. typis mandata, de S. Ildefonſo Toletano loquens, ſic ait: *En el nono año de eſte noble Rey Reciſuindo, que fue año de el Señor de 653. años murio el ſanto varon Eugenio Arçobiſpo de Toledo, y fue en ſu lugar eligido ſu ſobrino San Illefonſo, el qual ſiendo mozo tornando à eſta Ciudad, y ſiendo muy devoto de la Religion, tomò contra la voluntad de ſus Padres (que eran de los mas nobles de ella) el habito de S. Benito, en vn Monaſterio llamado Agalienſe.* Sic ille libri 1. cap. 34.

IV. Stephanus de Garibay.

6 Garibayus porrò, idem tam ſæpè aſſerit, vt omnia

loca

loca afferre neceſſe non ſit. Vnum aut alium proferam, in alia velut digitum intendiſſe ſatis habens. Ergo libro 8. cap. 35. ad annum Domini 647. hæc habet. *Refierese en algunas memorias, que vn Cavallero Godo de ſangre Real, muy ſanto varon, llamado Fructuoſo, fundò en eſte tiempo el Monaſterio de Compludò, de la Orden de San Benito, en tierra del Vierço, que es cerca de Aſtorga, &c.* Et poſt pauca. *Ambroſio de Morales, Coroniſta de ſu Mageſtad, de quien antes nueſtra Hiſtoria dexa hecha mencion, me afirma aver èl viſto copia autorizada de confirmacion de eſte inſtrumento. El qual es vno de los mas antiguos Privilegios, que ſe han confirmado en Eſpaña.* Hæc ibi. Quod ſi Lector plura deſiderat, adeat Epitomes Hiſtoriæ ab Garibayo editæ L. 8. cap. 11. ad annum Domini 571. Item eiuſdem libri caput 36. ad annum 652. Neque non capite 42. ad annũ 681. vbi Regem Vvambam, poſt abdicatum imperium, Benedictinũ facit. Mitto plura alia ex eodẽ, tœdij vitandi cauſa.

7 Neque minùs ſanè frequentia eiuſdem, quam tuemur, veritatis teſtimonia ſeſe offerunt apud Summum virum, nullique in vetuſtis noſtræ Hiſpaniæ monumentis evolvendis ſecundum, Ambroſium de Morales. Itaque vnum, aut alterum ex ipſo afferemus; quòd ſi quis plura deſideret, eum ad eius opera remittimus. Ergo lib. 13. cap. 36. ſic ait. *Cerca de la villa de Aguilar de Campò, y otros dizen Campoy, bien conocida en la Montaña, por ſer lugar principal, que da titulo al Marqueſado; eſtà vn Monaſterio muy rico con titulo de Santa Maria de Aguilar de Campò, y aunque agora es de la Orden de Premonſtre, ſu fundacion es mas de trecientos años antes, que eſta Orden, aunque es muy antigua, ſe fundaſſe. Y aſsi ſe vee* (nota diligenter) *como en ſus principios fue de Monges de San Benito.* Hæc ille. Aſſerit autem ibidem hoc Cœnobium conſtructum eſſe anno Domini 822.

V. Ambroſius de Morales.

8 Idem porrò libro 14. cap. 1. agens de Monaſterijs, quæ plurima ea tempeſtate Cordubæ erant, ſic ait. *Y aunque no ay expreſſa mencion de la Orden, habito, y regla, que tenian, no ay duda era la de S. Benito, que eſtava ya muy eſtendida, tambien por toda Eſpaña, como por todo lo demas de Europa.* Hæc Moralius.

Nec obeſt notula marginalis, in eius ad D. Eulogium ſcholijs occurrens.

9 Nam quòd eum inconſtantiæ Hermenegildus accuſat, qui cum hæc, & alia eiuſmodi ſcripta reliquerit, in ſuis tamen ad D. Eulogium Notis, deſcripto Sanctij Maioris decantato illo Diplomate, de quo ſupra fusè egimus, hæc ad orã notarit. *Ordo D. Benedicti quando primum in Hiſpania?* Quòd, inquam, eam ob rem Moralium inconſtantiæ Hermenegildus accuſat, fruſtra eſt. Vſque adeo enim mihi certum, & exploratum eſt, eam notam marginalem alium ab Moralio (ſive is Amanuenſis fuerit, ſive ſciolus aliquis) auctorem habere, vt nihil magis. Quî enim vir doctiſsimus eam notam addiderit, qui poſt paullò in chronologia rerum ab D. Eulogio conſcriptarum ad annum Domini 861. Samonenſe, S. Facundi, S. Martini vulgò de Caſtañeda, & alia, Benedictina proculdubiò Cœnobia, ex ſparſis Benedictinorum Cordubenſium reliquijs coaluiſſe, diſſertè aſſerat? Sed de his ſuo loco plura fortaſsis.

VI.
H. de Zurita.

10 Accinit Hieronymus Zurita nobilis in primis Hiſtoriographus; qui libro 1. Annalium Aragoniæ cap. 4. fol. 6. editionis Cæſarauguſtanæ anni Domini 1562. ſic ait. *Fundò el Monaſterio de Obarra debaxo de vna gran Roca, que antiguamente ſe dixo el Caſtillo de Ribagorça, en la ribera de Iſabena, que antes de la entrada de los Moros ſe edificò debaxo de la Regla de San Benito. Adonde el Conde Bernaldo, y la Condeſa Theuda eligieron ſus ſepulturas.* Hæc ibi.

11 Idem L. 2. cap. 73. hæc habet. *Y eſte Convento de Monjas, que deſpues llamaron Menoretas, ſe fundò junto del Monaſterio de Santa Engracia, que era de Religioſos de la Regla de San Benito, que reſidian en èl deſde el tiempo, que la Ciudad eſtaba debaxo de la ſervidumbre de los Moros.* Hæc ille.

VII.
Didacus Perez de Meſſa.

12 Conſonat Didacus Perez de Meſſa Matheſeon Compluti Profeſſor Ordinarius, libro 2. de Magnalibus Hiſpaniæ cap. 122. fol. 324. vbi agens de Ioanne Guarino (celebri illo Montſerratenſi Eremicola) cuius Hiſtoriam, ſeu Tragœdiam, in annum Domini 800. circiter, vulgò auctores conijciunt, ita ſcribit: *Por lo qual el Conde le mandò hazer vn Monaſterio de Monjas, que eran de la Orden de S. Benito, &c.* Edidit hic auctor ſuum opus Compluti anno 1550.

Suf-

Digitized by Google

13 Suffragatur Iulianus del Caſtillo in ſua Gothorum Hiſtoria lib. 2. diſcurſu 10. vbi agens de Vvamba Rege hæc ſcribit. *Y deſpues de eſto vn Conde Eurigo, que dizen era ſobrino de el Rey Reciſundo, ſirviendo al Rey Bamba de la Copa, por hazerſe Rey de Eſpaña, le diò ponçoña en el vino. Con que perdiò la memoria, y gran parte de los ſentidos, y eſtubo cerca de morir, y de alli adelante, no ſintiendoſe baſtante para governar, ſe hizo llevar al Monaſterio de Pampliga de los Monges de S. Benito, donde tomò el hábito de Monge, &c.* VIII. Iulianus de el Caſtillo.

14 Idem lib. 2. diſcurſu 9. fol. 49. agens de S. Ildefonſo Toletano Præſule, ita ſcribit. *Muerto el dicho S. Eugenio, le ſucediò en el Arçobiſpado, y Primacia de Eſpaña S. Illefonſo Monge de S. Benito, &c.* Edidit porrò hic auctor ſuum opus anno Domini 1582. Burgis, apud Philippum Iuntam.

15 Accedat Nonus, idemque locuples teſtis, Bernardinus de Miedes lib. 10. de rebus geſtis Iacobi I. Aragoniæ Regis cognomento Expugnatoris. Quod opus extat in Hiſpania illuſtrata tom. 3. fol. 383. vbi hæc habet. *Quibus*, inquit, *Duci & alijs cuſtodibus patefactis, dum opera excavandis templi fundamentis navatur, ſonitus valde tinniens auditus eſt; atque eouſque defoſſum quoad contactis parietibus templum, vt apparebat magnum, ſed terra obrutum, fuit inventum; in quo dum profundius excavatur ligone æs ictum perſonuit, vnde raſtris purgato loco, magnum quoddam tintinnabulum retectum eſt. Quo elato reperta quoque ſubtus marmorea quædam tabula altitudine duorum cubitorum, latitudine verò ſeſquialtera, in qua inſculpta erat imago ſacræ Virginis Dei Matris vlnis filiolum geſtantis. Qua tabula, & tintinnabulo, alijſque annotatis veſtigijs, pro comperto eſt habitum, fuiſſe olim Gothorum tempore conſtructum ibi templum, in honorẽ Virginis, eiuſque diuinum cultum frequentatum a Religioſis Benedictinis, qui eo tempore floruerunt. Poſtea vero Sarracenorum in vniverſam Hiſpaniam irruptione templum dirutum, atque à Religioſis imaginem cum tintinnabulo in profundo templi relictam, delituiſſe quingentis & decem annis, vſque ad Iacobi tempora. Qui imaginem in no-* IX. Bernardinus de Miedes.

vo ſupra vetus erecto templo ad altare maius reponi cu-raνit. Hæc ille prope fin. lib. dicti pag. 474.

X. Frāciſcus Tarafa.

16 Decimo loco teſtimonium dicat Franciſcus Tarafa Barcinonēſis Canonicus, opere de Regibus Hiſpaniæ, quod tomo 1. Hiſpaniæ illuſtratæ, pag. 518. reperitur. Is in *Bamba Rege* ad annum Chriſti 674. ita ſcriptum reliquit. *Tandem ex hauſtu veneni, quod ab Eringio* (cuius in Sindeſundo meminimus) *datum ferunt, in graviſsimum morbū incidit. Ex quo cùm ægrè convaluiſſet, anno poſt initum regnum XI. menſe 6. religionis habitum ſumpſit in Cœnobio de Pampliga Ordinis D. Benedicti.*

17 Idem in Raymiro ad annum Domini 819. ita ſcribit. *Per hoc tempus per Arabas ſiue Mauritanos ducenti Monachi Ordinis Sancti Benedicti vna die paſsi ſunt pro fide Chriſti Martyrium, iuxta ciuitatem Burgenſem;* hæc ille, qui ſuam Hiſtoriam ante annū Domini 1560. ſcripſit; quippe quam Philipo Secundo nondum regnum adepto nuncupavit. ſub finem autem ſui operis Corolum V. adhuc vivere, & regnare his verbis indicat. *De rebus itaque,* ait, *Caroli, quas feliciter gerere noſtris temporibus perſeverat; plurimi ſcripſerunt, & quæ poſthac geſturus eſt, Deo fauente, in eius hiſtoria in lucem largiſsimè, & meritò proferentur in poſterum.*

XI. Ioannes Baſſæus Brugenſis.

18 Conſentit Ioannes Baſſæus Brugenſis diligentiſsimus Hiſpanicarum antiquitatum, quamquam exterus, pervestigator, pleriſque in locis. Hæc duo, quæ inſtar multorum ſunt appoſuiſſe ſat erit. Ergo ad annum Chriſti 920. loquens de Siſnando Epiſcopo Compoſtellano ita ſcribit. *Hic Eccleſiam S. Iacobi amplificavit, & duo Monaſteria Compoſtellæ condidit, quorum alterum, etiam hodie, D. Martini dicitur. Eo conſilio, vt ſi quis Eccleſiæ Seniorum ſub Regula, ac diſciplina D. Benedicti criminum ſordes pœnitentiæ lachrymis expiare vellet, opportunitate loci non deſtitueretur.* Hæc Baſſęus, quæ ex Compoſtellana Hiſtoria, ſupra à nobis laudata, ad verbum propè ſunt expreſſa.

19 Idem ad annum 950. agens de Sanctis Martyribus Caradignenſibus ita ferè ait. *Sunt, qui eodem tempore fuiſſe dicant Martyrium ducentorum Monachorum Ordinis D. Benedicti, cum Abbate Sanctio in Monaſterio D. Petri*

tri à Caradenia; cuius Martyrij paulò ante meminimus. Hæc ille.

XII.
Ioannes Marieta Dominicanus.

20 Fr. Ioannes Marieta diligens rerum ab Sāctis Hiſpanis geſtarum Scriptor, paſsim ante Hiſpaniæ miſerrimam ſub iugo Sarracenico ſervitutem, Benedictinum inſtitutum apud Noſtrates floruiſſe aſſerit. Ex locis innumeris hos paucos indicabimus. Igitur lib. 3. in quo de diverſorum Ordinum ſanctis hominibus agit, Hos Benedictinis noſtris accēſet, cap. 1. *S. Athanaſium*, 2. *S. Fœlicem* Cordubæ paſſos; vno verbo, quotquot ad caput vſque decimum affert, Benedictinos facit. Libro 4. cap 21. 22. 26. 27. Floram, Columbam, Pompoſſam, Auream, Deo dicatas Virgines, quæ in Cordubenſi perſecutione paſſæ pro Chriſto ſunt, Benedictinum inſtitutū obſervaſſe tradit. Libro porrò 5. Helladium Toletanum, Ioannem Cæſarauguſtanum, Viclarienſem item Ioannem, & alios, quos enumerare ſingillatim longū eſſet, noſtro Ordini aſſerit.

XIII.
Alfonſus Ciaconus eiuſdem inſtituti.

21 Fr. Alfonſus Ciaconus eiuſdem Ordinis, vir, cùm in omni alia Hiſtoria, Eccleſiaſtica præſertim, verſatiſsimus, tum in aureolo illo de SS. Martyribus Caradignenſibus libello, nobis paſsim, & apertiſsimè ſuffragatur. Nā cap. 11. pag. 39. omnes ad vnum Monachos in perſecutione Arabica Cordubenſi pro Chriſto paſſos, Benedictinos fuiſſe teſtatur cap. 12. porrò Sammonenſe, & S. Facundi nobiliſsima Monaſteria ab Monachis Benedictinis, qui in ea Chriſtianorum carnificina Corduba effugerant, erecta eſſe, apertiſsimè aſſerit.

XIV.
Diegus Hurtado de Mendoza.

22 Idem in eodem libello cap. 23. alium omni exceptione maiorem teſtem nobis ſuppeditat. Is eſt Diegus Hurtado de Mendoza generis ſplendore, Legationibus ad Europæ præcipuos Dynaſtas, & (quod caput eſt) omnigenæ litteraturæ notitia clarus. Is, cum apud Summum Pontificem pro Rege Hiſpano legatione fungeretur, vti cùm Rodericus Diaz, vulgò Cidus, tùm ducenti Monachi Caradignæ paſsi, in ſanctorum hominum album referrentur, magnopere annitebatur. In eam rem varia vndique antiquitatis monumenta conquiſierat. Ex quibus Caradignenſes Martyres Benedictinos fuiſſe conſtabat. Sed præſtat, vt Ciaconum ipſum ſuis verbis loquētem audiamus. *Idcircò autem*, ait, *duas vetuſtiſsimas Hiſtorias manuſcriptas de Martyrio CC. Monachorum Cœnobij S. Petri de Caradigna idem D. Diegus apud ſe habebat;*

Digitized by Google

bat, quas Fr. Hieronymus Bermudez (is erat Monachus Dominicanus, de quo paulló ante egerat) *vidit, & legit, vna cum examine facto nomine Sedis Apoſtolicæ per Alfonſum à Cartagena Epiſcopum Burgenſem de martyrio horum DD. Monachorum. Quæ omnia in Archiuis, ſeu ſcriniјs Pontificiјs quæſitæ, fortaſsis reperirentur. Aiebat namque idem D. Diegus, Ioannem Papam huius nominis XXII. inter quindecim millia quingentos quinquaginta novem Sanctos, qui intra Ordidem S. Benedicti floruerunt, hos ducentos Martyres repoſuiſſe.* Hæc ibi.

XV. Gundiſalvus de Illeſcas.

23 Gundiſalvus de Illeſcas, in hac Benedictinorum in Hiſpania antiquitate aſſerenda, tam multus eſt, vt penè ſupervacaneum ſit, omnia quæ paſsim affert, huc advocare. Vnum, aut alterum in ſpecimen adduxiſſe ſat erit. Ergo libro 4. ſuæ Hiſtoriæ Pontificiæ in Recenſuynto, ſeu Reciſunto, ſic ait. *En el noveno año de ſu Reyno fue pueſto en la ſilla de Toledo el glorioſo Doctor Illefonſo Monge de S. Benito, Diſcipulo de San Iſidoro.* In Vvamba autem hæc ſcribit. *Viendoſe inhabil para governar el Reyno, recibió los Santos Sacramentos de mano de el Arçobiſpo de Toledo, y de ſu voluntad con conſejo de el miſmo Arçobiſpo, y de los Grãdes del Reyno, ſe metió Monge en el Monaſterio, que avia entonces en la villa de Pampliga, de la Orden de S. Benito.* Hactenus Illeſcas.

XVI. Hieronymus Blãcaſ.

24 Accedat Hieronymi Blancaſiј egregium teſtimonium, quod in ſuis Aragonẽſium rerum commentariјs in hæc verba, ſub initium, pro nobis dicit. *Huic*, inquit, *poſtea interpoſitis aliјs, D. Braulius ſucceſsit, S. Iſidoro ætate, & amicitia coniunctus, qui circiter annũ Chriſti DCXXV. Sanctarum Maſſarum Eccleſiam inſtauravit. Sic enim priſcis illis temporibus vocabatur ſacer ille locus ad Orbiј fluminis ripas in ſuburbano, quo nunc colitur, conſtitutus. Ipſa ſiquidẽ ſpelunca, in qua innumerabilium Martyrum Cæſarauguſtanorum, & D. Encratidis, ſociorum, & Lamberti reliquiæ repoſitæ ſervabantur.* Olim autem ibi Monachos Divi Benedicti degiſſe manifeſta omnibus, & nota res eſt. *Fuiſſeque illius fani religionem tantam, vt anno Chriſti DCLI. Eugenium à Toleto patria ad eiuſmodi dictorum Monachorum Cœnobium, tanquam ad locum religio-*

ligio-

ligionis inſignem, cæteriſque aliȷs præcellentem veniſſe cõſtet, fuiſſeque ibidem aliquandiu diuerſatum. Cumque in eodem eſſet ipſius D. Benedicti deditus inſtituto à Cindaſuindo Gothorum Rege, Toletanoque Clero in Toletanæ Eccleſiæ Antiſtitem evectum, Eugenij III. nomine, claris vitæ operibus illuſtrem fuiſſe.

25 Decimo ſeptimo loco Fr. Hieronymi Roman Auguſtiniani teſtimonium profero. Quod hoc pluris fieri debet, quòd ex ea Religioſa familia hic auctor eſt, qua nulla alia potiori iure magnam antiqui Monachatus Hiſpani partem ad ſe trahere poterat. Ille tamen privatum affectum veritati poſthabuit. Ergo ex libro 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ noſtræ Hiſpaniæ, quam iam prelo maturam, morte interceptus, edere non potuit, hæc noſter Yepius tom. 4. fol. 106. cap. 4. ad verbum excerpſit. *En eſte tiempo* (ait) *que fue año de* 850 *primero de el Reynado de eſte Rey* (*eſto es de el Rey D. Ordoño el Primero*) *començò la gran perſecucion cõtra los Chriſtianos por mandado de Abderramen Segũdo de eſte nombre Rey de Cordova. Y principalmente fue en eſta miſma Ciudad de Cordova cabeza del Reyno, y al rededor de ella. Eſtaba en Cordova muy eſtendida la Fè, y avia muchas Igleſias, y Monaſterios, de manera que dentro de ella, y por ſus arrabales ſe hallaban ſeis Igleſias Parroquiales, ſiendo la Mayor, y adonde eſtaba la ſilla Obiſpal, la de los tres Martyres Fauſto, Ianuario, y Marcial, cuyas reliquias ſe guardaban alli, y era la Igleſia donde oy llaman S. Pedro. Auia aſsimiſmo nueve Monaſterios de Monges, con otros tantos de Monjas, porque eſtaban juntos los vnos, y los otros. De eſta manera la Igleſia era comun. y los Conventos, que eſtaban à los lados, que tenian ſus Coros trazados de ſuerte, que no ſe impedian con los Oficios diuinos, y cada vno guardaba ſu clauſura, y recogimiento con notable obſervancia. De eſtos los mas, ò todos, fueron de la Orden de S. Benito, porque como tenian dotaciones, y con que ſuſtentarſe, pudieronſe conſervar. Y parece cierto que eran de eſte inſtituto, pues de Cordova paſſaron à Galicia, à poblar el Monaſterio de Samos, como ſe dixo, y deſpues adelante repararon el de Sahagun, como ſe verà. Y pues eſtos dos Monaſterios fueron debaxo de la Regla de*

XVII. Hier. Roman Auguſtinianus.

Digitized by Google

de S. Benito ſiempre, es coſa clara, que los que iban à poblar de nueuo, eran del miſmo inſtituto. *Y ſi algun Monaſterio hubo de la Orden de S. Aguſtin, fue coſa poca. Porque entonces, como ſe aduirtiò, eſta Orden no tenia bienes, ni rentas, y por eſto ſe acabò con ſus Monaſterios; y aſsi ſin duda por aora no avia Religioſos de eſta Orden por acà. Y no ſe les haga aſpero à los que tienen aficion à que ſe publiquen coſas grandes de ella, el no hinchir eſta hiſtoria de algunos, que la iluſtran, porque lo que no ſe puede probar, no ſe ha de dezir, y es ageno de Hiſtoria no dezir verdad. Y mi condicion no ſufre quitar à nadie lo que ſe le debe, ni honrar à otro con lo ageno.* Hæc loco citato Roman, non minùs verè, quàm liberè, & ingenuè.

XVIII. Ioannes Mariana S. I.

26 P. Ioannes Mariana S. I. noſtrorum, meo quidem iuditio (quod aliorum pace dixerim) Hiſtoricorũ facilè Princeps, exactiſsimique iuditij, qui nihil gratiæ, nihil populari opinioni daret, tùm ante Sarracenorum in Hiſpaniam irruptionem, cùm poſt ipſam proximè, Benedictinos in illa agnoſcit. In his Magnum illum Ioannem Viclarienſem Abbatem lib. 5. cap. 13. ad annum Domini 580. noſtrum apertè facit. Sed ipſum de illo iam loquẽtem audiamus. *Barcinonem exilij cauſa* (Ioannes Biclarenſis) *miſſus ad Pyrenæi montis radices, vbi hodieque eodem nomine viſitur, Biclarenſe Monaſterium conſtituit, optimis legibus, atque inſtitutis ad D. Benedicti Regulã conformatum.* Hæc ibi. Idem de S. Leandro Hiſpalenſi agens ita ſcribit. *Leander Conſtantinopolin ad Tiberium Auguſtum nauigauit. Ex Monacho Benedictino Hiſpalenſis Epiſcopus, ſingulari eruditione, morum probitate eximia, neque minori orationis ſuauitate, & elegantia, res eo tempore comparanda miraculo.* Ita lib. 5. ad annum Domini 579. cap. 12. lib. porrò 7. cap. 19. de M. Alfonſo loquens inter annum Domini 888. & 910. hæc habet. *Iis in locis Facundi, & Primitiui Martyrum nominibus regio ſumptu Monaſterium magnificum, quod Mauri euerterant, inſtauratum, atque extructum eſt, Benedictinorum Ordini; quo nullũ in Hiſpania diuitijs, amplitudine, maieſtate illuſtrius olim fuit: noſtra ætate in paucis nobiliſsimum habetur.* Hactenus Mariana.

XIX. Petrus de Ribadeneyra eiuſdem Societatis.

27 Accinit P. Petrus de Ribadeneyra eiuſdem inſti-

tuti,

turi, vir pietate, doctrinaque, rerum præſertim Eccleſiaſticarum, in paucis clarus. Hic S. Leandrum, de quo paullò ante meminimus, his verbis noſtro ordini aſſerit. *Dio* (inquit) *libello de repudio al mundo, y a ſus guſtos, y vanidades, tomando el habito de S. Benito en vn Monaſterio de Sevilla*. Hæc ille.

28 Accedat vigeſimus teſtis Fr. Alfonſus Venero Dominicanus, cui vel plurimum Hiſtoria Hiſpanica, reſque chronologica debet, quòd princeps, aut inter primos certè, eam (quoad illis temporibus fas erat) in ſuo aureolo enchiridio accuratè obſervarit. Is igitur in laudato libello fol. 147. editionis Toletanæ anni Domini 1587. hæc habet. *En torno de la miſma Ciudad en el Monaſterio de S. Pedro de Cardeña, que es ſepultura de Lain Caluo, Iuez de Caſtilla, y de el Cid Ruiz Diaz, fueron martirizados docientos Monges de el miſmo Monaſterio de la Orden de S. Benito en la perſecucion de los Alarabes Moros, &c.* Hæc ille. Poſtremo loco Fr. Michaelem Carrança Carmelitanum damus; qui in vita S. Ildefonſi eius ab ſe editis opuſculis præfixa, ita ſcriptum reliquit. *Re igitur maturè conſiderata diuino ſpiritu ductus Agalienſe Monaſterium Ord. S. Bened::: mutatis veſtibus adijt.* Hæc ille. Qui anno Domini 1556. laudata opuſcula Valentiæ in lucem emiſit.

XX. Alfonſus Venero Dominicanus.

XXI. Michael Carrança.

29 Sed iam finis eſto. Cui enim tot, tamque locupletes teſtes ſatis non erunt, huic, vel ſi innumeros alios addamus, fruſtra conabimur perſuadere. Spes autem magna nos tenet, neminem, præter vnum Hermenegildum, quin nobis aſſentiatur repertum iri. Id autem ſemel Lectorem noſtrum monuerimus; ex his, quos produximus, teſtibus, neminem Benedictinum fuiſſe. Quamquam enim iure, meritoque, viri candore, pietate, ſanctimoniaque præſtantes, etiam in propria cauſa, teſtes adhiberi potuiſſent, hanc tamen latebram, & ſubterfugium Hermenegildo præripere voluimus. Iam verò eorũ verba non aliunde mutuati, hîc appoſuimus; ſed ipſos fontes, omiſsis rivulis, anxiè penè, & ſcrupuloſe conſuluimus. haud ignari, quàm ſubleſta fide, plerique teſtes vulgò advocentur, qui ſi candidè, & abſque præiuditio legantur, nihil minus quàm, id cuius cauſa adducuntur, dicant. Sed iam, quid Hermenegildus opponat, diſpiciamus.

Nota quales teſtes produxerimus.

Qui penè omnes in ipſis fontibus à nobis viſi.

Digitized by Google

Exceptio 1. Hermenegildi adverſus teſtes à nobis productos.

30 Ait ergo in primis teſtimonia à nobis producta Recentiorum auctorum eſſe, ac proindè non ita magnifacienda. Cum Scriptores eiuſmodi de re nihilo magis, quam ab hodiernis, & olim futuris, ab ſe viſa, & comperta teſtimonium dicant. Deinde eos omnes, aut magnam certè eorum partem, Dextri, Maximi, Luitprandi, ſimiliumque portentorum, quiſquilijs deceptos eſſe. Itaque, re minimè, vt par erat, expenſa, Benedictinos tot retrò ſæculis in Hiſpania admiſiſſe.

Secunda eiuſdem obiectio.

31 Ad hæc, vtcumque docti, & in Hiſpaniæ monumentis, quotquot congeſsimus, auctores, verſati, & vt cum Gellio loquar, retorridi fuerint; homines tamen, qui falli potuerunt, non divino ſpiritu afflatos Prophetas, aut Evangeliſtas fuiſſe. Non itaque cæco impetu in eorum placita eundum, ſed in ea inquirendum. Quod ſi porrò veritati conſona deprehendantur, obvijs vlnis amplectenda; ſin ſecus, vel cum ſibilo, explodenda, ac repudianda eſſe.

Nonnullos ex laudatis teſtibus nominatim carpit.

32 Moralium autem nominatim carpit, levitatiſque, & inconſtantiæ turpiſsimæ accuſat, qui cum in ſuis ad D. Eulogium Notis, decãtatum illud, ac celeberrimum Sanctij Maioris Diploma adduxiſſet, quo ex Diplomate luce clariùs cõſtet, tunc primum Benedictinos in Hiſpaniá appuliſſe, idque ad oram ipſe annotaſſet: mox mutata velificatione, libro ſuæ Hiſtoriæ 14. cuius fundus, ac ſolum D. Eulogius eſt, Cordubenſes illos Monachos in perſecutione Arabica Martyrium paſſos, Benedictinos fuiſſe, temerè aſſeruerit. Hieronymum quoque Romanũ Auguſtinianum, & Fr. Michaelem de Carrança Carmelitanum ſeparatim vellicat. Cùm enim horum præſertim teſtimonio (qui haut ſanè ſine argumento, Ildefonſum, Martyreſque Cordubenſes ſuo Ordini aſſerere poterant) ab Quintanilla premeretur vehementius: quaſi veritas ipſa, talem, tamque honorificam Benedictinæ familiæ confeſsionem ab illis expreſſerit: non ſine privati commodi reſpectu, eos huc deſcendiſſe, aſſerit. Cum enim (inquit) Carrança, iam inde ab D. Iacobi in Hiſpaniam adventu, Carmelitanos, Roman autem ab Auguſtini tempore Auguſtinianos ad has oras appuliſſe contendat; hinc factum, vt fallacibus illis chronicis, queis tùm quæ volunt ipſi, cùm illa quæ Benedictinis favent,

vent, continentur, fidem ſuam aſtringerent. Alioquin, ſi in dubium, ſuſpitionemve ex iſs aliquid revocarent, eadem opera, cauſæ, cui tam ardenter patrocinabantur, prævaricati eſſent. Cum quæ ipſi adverſus Benedictinos exciperent, eadem poſsint facilè ab his in eoſdem retorqueri. Itaque ſatis ſubdolè, & callidè cum ipſis colluſiſſe; non verò quod ſcriptum reliquerint, ex intimo animi ſenſu profectum. Hæc ferè Hermenegildus. quæ ad æternum Lectoris cruciatum, pro ſuo more, ſexcenties repetit.

33 Ea verò quam inſulſa, & infiċeta (ne dicam ridicula) ſint, per otium videamus. Et imprimis fatendum eſt, haud planè priſcos, & æquales eorum temporum eos auctores eſſe, quos pro nobis adducimus. At ridiculè inde colligis, haud ita magni eorum ſuper hac re conſenſum fieri debere. Sanè vt tua ratio eſt, Hermenegilde, Herodotus, Dionyſ. Halicarnaſſeus, Livius, Tacitus, Florus, vno verbo, omnes ferme Hiſtorici, qui de rebus ab ſuo ſæculo longe remotis Hiſtorias condidere, nullā apud poſteros fidem mereantur. Quod quā ſit frivolum nemo nō videt. Cur hos igitur magni ſemper docti omnes, & eruditi fecere? quia nempe ex priſcis monumentis, ex alijs, quæ non vulgò circumferrentur, antiquis Hiſtorijs, ex conſtanti demum fama, inconcuſſaque traditione, quæ poſteritati prodidere, eos deprompſiſſe arbitrantur. Idem hic factum (niſi ingerenti ſe lumini aditum obſtruere obſtinaſſes) profectò animadverteres. Haud ſanè illi, eorum temporum æquales ſunt. Non interfuere cum Cordubenſes, Caradignenſes Monachi, Ildefonſus, Leander, Æmilianus, alij, vitam Monaſticam ex Benedicti præſcripto profeſsi ſunt. At ex priſcis partim hiſtorijs, quas non Tu, non ego, non alij Tui, meique ſimiles videre; partim ex Diplomatis, quæ multa extant, ex conſtanti denique, legitima, ac *πατροπαράδοτῳ traditione*, eos Monaſticen ſub Benedicti Regula profeſſos eſſe, perſpicuè cognovere, litterarumque monimentis conſignare non dubitarunt.

Quamvis, quos produximus, teſtes, illorũ æquales temporum nō fuerint, fide tamen ſunt digni.

34 Nam quòd eos Dextri, M. Maximi, nuperiſque alijs chronicis deluſos arbitraris; in eo quàm veteris Hiſtoriæ peritus ſis, abunde prodis, qui rem cui hoc ætatis homo intereſſe penè potuiſti funditus ignores. Atqui eam, vt quidem circumfertur (nos enim hac in parte Academici ſumus, aſſen-

ſum

Adducti à nobis teſtes, nuperorum præſtigijs chronicorum minimè deluſi.

ſum cohibemus, & vt illorum verbis vtamur, planè ἐπέχομεν. ex viri excellentiſsimi Marchionis de Mondexar, & Agropoli, Diſſertationibus didiciſſe poteras. Ibi enim Diſſertatione 3. cap. 4. num. 12. ait P. Hieronymum Roman de la Higuera, eorum, quæ huius ſæculi anno 17. publici iuris facta ſunt, chronicorum fragmenta nonnulla circa annum 1594. in vulgus ſpargere, & cum viris doctis primùm communicare cœpiſſe. Atqui ſi ex viginti quos produximus, teſtibus, vnum Petrum de Ribadeneyra, excipias, omnes ad vnum reliqui ante annum 1594. ſua typis mandarunt; & eorum haud ſanè pauci, multis ante annis diem ſuum obierant. Petrus certè quidem Antonius Beuter ſuam Hiſtoriam ſub annum 1500. conſcripſerat. haud ita poſt multò ſecutus eſt Guevara, qui anno Domini 1523. eam epiſtolam, ex qua ſuperius teſtimonium depromſimus, ad Epiſcopum Burgenſem dederat. Baſſæus anno 1551. Alcocer 1554. Tarafa 1550. circiter, Fr. Alfonſus de Venero 1540. ſuas Hiſtorias publicarunt. Omnes alij, vt dicebam, ante ſæculi proximè lapſi annum 94. ſuas lucubrationes typis mandarunt. Qua ergo fronte in tuæ ſatisfactionis parte 1. cap. XXII. numero V. Iſthæc chartis illinere nõ dubitaſti? *Reſpondo que me dè vno, que lo aya dicho antes, que començaſſen eſſas pretenſiones, y antes que començaſſen à correr manuſcritos eſſos chronicones falſos: quantos cita lo dixeron deſpues ſiguidores de eſſas monſtroſidades: pues quitele el ojaldre al paſtel, &c.* Sed parco auribus, his (deculina planè) verbis non aſſuefactis. Vnum petis Hermenegilde qui à nobis, ante hęc edita chronica, faciat.

Quippè qui ante quam ea emergerent, ſua typis mandarint.

Vide quam liberaliter, ac penè prodigè tecum agamus: Viginti, quorũ quivis inſtar mille eſſe poteſt, pro vno damus. Nam quod ijs recentiorem P. Ribadeneyra inter eos produximus; id eſt cõſultò à nobis factum; qui ex paullò ante laudatis Diſſertationibus didicerimus, eiuſmodi chronica apud Higueram Toleti extantia, tùm ab Ioanne Mariana, tum ab P. Ribadeneyra eius ſocijs, atque contubernalibus exploſa, atque tantũ non exhibilata fuiſſe.

Haud temerè à priſcis abeundum

35 Quod autem addis non cæco impetu, ac pecudum more, vt ait ille, ſequendum antecedentium gregem; in eo libenter tibi aſſentimur. At illud interim monemus, pruriginẽ hanc, quæ hoc noſtro ſæculo plus æquo invaluit, à priſcis qua-

liber

libet de cauſa diſſentiendi, & abeundi, ad certiſsimum præcipitium ducere. Ne igitur in tantum nobis blādiamur, adeoque acie valere credamus, priſcis illis oculos eruamus, talpaſque eſſe putemus. Nihil igitur veto, quin ab Antiquis aliquādo diſceſsio fiat. Cum eo tamen, vt illa ſuppetant argumenta, quæ eò nos adigant. alioquin ſuus illis honos, ſua reverentia illibata remaneat. Sanè, quos produximus, nihilo hodiernis hominibus inferiores, multò etiam ſtudioſiores, veritatiſque amantiores erant. Quod ſi ita non eſt, vnum hodie mihi Zuritam, vnum Moralem, Garibayum, Marianam, vnum denique (ringaris licet) mihi Sandobalium, vnū Yepium repræſenta. Abiere, abiere, ſi verū dicere licet, illa Hiſpaniæ noſtræ decora, ac lumina, & in eorum locum tenebriones quidam (ſi paucos excipias) ac nihili homines ſucceſſere. Quotus ex ijs quiſque, aut veteres illos evoluit, aut cum blattis, & tineis luctantibus ſchedis, illos imitatus, pulverem detrahit? Ne multis; tota miſerrimæ noſtræ tempeſtatis Hiſtoria huc redacta eſt, vt vbi quid in veteri aliquo Hiſtoriographo occurrit, quod eorum malè ſano palato minus arrideat; id in dubium vocetur, aut quod eſt longè gravius ac frequentius, tamquam omnino fabuloſum faſtidioſè repudietur. Hoc eſt nuperorum (ſi Deo placet) Hiſtoricorum acumen. Hi aquilæ ſunt. Veteres illi noctuæ, atque, vt ille ait; *Volitant Velut Vmbræ.* Sed ſtylum cohibeo, quem iuſtiſsimus dolor, huc provexit.

Romanū, Carrançam Moralium iniuri[illegible]icat Hermenegildus.

36 Quam verò iniuſtè Romanum Auguſtinianum, Carrançamque Carmelitanum carpas, luce meridiana clarius ſuperiora oſtenderunt. Quod autem Moralium accuſas, quòd Sanctij Diplomate lecto, in Benedictinorum antiquitate aſſerenda, ſuiſque paſsim lucubrationibus inſerenda perſtiterit, in eo, inquam, liberaliter peccas. Viderat vir doctiſsimus, ac tantum non in tam multis, quæ dies, nocteſque verſarat, priſcis monumentis, Antiquitatis Benedictinæ altè impreſſa veſtigia manibus contrectarat. Ab ea igitur, quam tot, tamque authentica inſtrumenta in eius animum defixerant, ſententia, levi flatu demoveretur? Levi flatu, inquam: Sanctij enim illud Diploma in ſpeciem tibi favet. Revera nobiſcum facit; certè quidem minimè adverſatur. quod ſupra luculenter oſtendimus.

***

Idem ex noſtrorum; totiuſque Hiſpaniæ haud interrupta Traditione apertiſsimè demonſtratur.

Aliud argumentum à Traditione ductum.

1 ALIVD Argumentum, nihilo ſanè ſuperioribus imbecillius, ex noſtra, totiuſque Hiſpaniæ Traditione ducimus. Omnes enim Benedictini cum ipſo penè noſtræ Profeſsionis lacte ſuximus, Ildephonſum, Leandrum, Fructuoſum, Martyres Caradignenſes, alioſque qui tum ante Hiſpaniæ cladem, cum poſt illã proximè floruerunt, noſtros fuiſſe. Hinc non in angulis, non in privatis (quod quidam faciunt) colloquijs, ſed è ſacris ſuggeſtis in publicis concionibus, luce palam noſtros ſubinde dicimus. Eorum Natales colimus, ſacram memoriam veneramur, eorum denique, quò vitæ ſanctimoniam imitentur, nomina, noſtris tyronibus frequentiſsimè imponimus. Hoc nos facimus, hoc maiores noſtri præſtitere, hanc ab alijs ſe antiquioribus velut per manus traditam hæreditatem, acceperunt. Itaque hoc argumentum, in hac vtique materia, qua de agimus, palmare eſt. Cui profectò diſſolvendo quidquid vſquam Hermenegildorum eſt, aut fuit, impar erit.

Quod incaſſum elevare nititur adverſarius.

2 Sed enim quàm incaſſum tam ſolido fundamento convellendo Hermenegildus inſudet, per otiũ videamus. Igitur homo, qui omnia (ne quid graviùs dicam) humanitatis iura peſſundat, tanti noſtrorum Traditiones, quanti Diplomata, Hiſpanorumque conſenſum Hiſtoricorum, hoc eſt nihili, facit. Ergo quas noſtri de Benedictino eorum, quos modo laudavimus, Monachatu habent, ex eodem quo Diplomatũ, aliorumque inſtrumentorum depravationum fonte (pertinaci nimirum vetuſtatis, & præcellentiæ amore) manaſſe, mordicùs aſſerit. Deinde leges præſcribit, ad quas Traditiones explorari debeant: ex quibus quænam veræ, quæ rurſum falſæ, ac nothæ ſint, decerni queat.

Quaſnam circa Traditiones Hermenegildus leges ferat?

3 Suæ igitur ſatisfactienis parte 1. c. 2. n. 4. eam demum Traditionem pro genuina habendam eſſe ait, *cuius origo falſitatis revinci non queat*. Eamdem crambem pro more, recoquit cap. 14. n. 2. vbi aliam legem addit ex Gallonio, cui (quippe Benedictinorum adverſario manifeſto) plurimũ defert. Ait enim id Traditionis Eccleſiaſticæ iure nomen mereri, *quod ab omnibus vbique, & ſemper ſit in Eccleſia*

cuſto-

cuſtoditum. Hinc concludit Benedictinorum de ſua Antiquitate acceptam à maioribus famam, inter vulgi rumuſculos, ac ſpecioſas fabulas, non in verarum Traditionum cenſum venire poſſe.

4 Nam in primis huic famæ ex illis chronicis; iam dudum falſitatis compertis, origo eſt. Deinde non vnus, aut alter (quod tamen, iuxta ſecundum præmiſſum canonem, ſatis erat) ſed plurimi, ijdemque doctiſsimi, quà voce, quà ſcriptis reclamarunt. Præterea ad nonnulla ſpeciatim deſcendit, ex quibus anilis huius fabellæ, veriùs quàm Traditionis, vanitas, ſatis appareat. Aiunt enim, inquit, Benedictini ſe Traditione quaſi per manus à Maioribus accepiſſe, iam inde ab D. Æmiliani ævo Æmilianenſe Cœnobium ſub D. Benedicti ſignis militaſſe. Quo quid vanius? cum haud ſane pauci, neque indocti, non modò Benedictinos tunc ibi non agnoſcant, ſed poſt aliquot demum ſæcula, id Monaſterium conditum eſſe, diſſertè aſſerant.

Quas noſtrorum conatibus refragari nititur oſtẽdere.

Et exempla ſubijcit Aemilianẽſis Cœnobij.

5 In Caradignenſi verò Cœnobio hæc vanitas præſertim elucet, quod cum à Sanctia Regina conſtructum eſſe Traditione accepiſſe ſe iactitent; ita tamen cùm ipſi Caradignẽſes Monachi, tùm qui ab iiſdem rem accepere, ſententijs variant, vt nullum aliud argumentum, atque id, quod ab hoc diſſenſu ducitur, æquè in ipſos valeat. Alij enim Theodoricum Italiæ Regem ad S. Petri Caradignenſis obijſſe tradunt: Sanctiamque eius vxorem, extincti Coniugis monumentum, id Monaſterium ædificaſſe.

Tum Caradignẽſis præſertim.

6 Sed his ab Sandobalio, & Yepio, tum ex chronologia, tùm aliunde petitis argumentis, valide refutatis, aliam alij Traditionem comminiſcuntur. Non enim Theodoricum, ſed eius, Sanctiæque vxoris filium ibi defunctum volunt; abque Regina parente id Cœnobium vbi nati exuvias conderet, erectum eſſe.

7 Neque hic finis. Nam cum Yepius nullam Sanctiæ nomine præditam, vxorem Theodericum duxiſſe eviciſſet; ex Theudi, Theoderici Duce, mirabili prorſus metamorphoſi, Theodericum facit. Huic Sanctiam, ex prima nobilitate Hiſpana fœminam, nupſiſſe imaginatur. Quæ deinde in filij, an coniugis defuncti monumentum, id Monaſterium ædificarit. Ex his (concludit Hermenegildus) apparebit, quàm futilia

 ſint,

Digitized by Google

ſint, quæ pro ſua antiquitate Benedictini afferunt? quàmque nihili eorum Traditiones fieri debeant, quas, prout commodum, aut libitum eſt, veſtium adinſtar mutent: cum Indis, aut vero Sinis rem ſibi eſſe credentes.

Necnon Diploma eis à Quintanilla illati.

8 Numero præſertim 27. eiuſdem cap. vehementius in Quintanillam invehitur, qui Henrici IV. Diploma in ſuæ cauſæ firmamentum adducit. Id porrò multipliciter falſitatis à ſe revinci gloriatur: Nam in primis Henricum IV Hiſpaniæ Regem anno Domini 1474. deceſiſſe omnes Noſtrates Hiſtorici conſenſu tradunt. Qui igitur eo anno obijt, qua tandem ratione id Diploma anno 1476. (biennio poſtquam exceſſerat) vt Quintanilla affirmat, expedire potuerit? Præterea eius Diplomatis non Yepius, non Sandobalius, qui nullum lapidem huic Antiquitati Benedictinæ aſſerendæ non moverunt, vllam mentionem faciunt. Itaque id Privilegium novitium commentum eſt, in Monachorum cerebro recens natum. Hæc ferè Hermenegildus. Quæ ex incondita, vaſtaque diſputatione, in pauca hæc contraxiſſe, longè, quam ſolvere, ac refutare, gravius nobis fuit.

Peccat, pro more in Dialecticam Hermenegildus.

9 Iam ſæpè, Hermenegilde, mirificam tuam hanc Dialecticam Lectori commendavi, quæ vſque adeò ſubtilis eſt, & acuta, vt vel ſi quæ petis, ac ſumis omnia (quamquam cæteroqui abſurdiſsima) tibi dentur, nunquam tamen ex ijs, id quod vis efficiatur. Fac igitur vanam, ac ridiculam non eſſe quã primo loco legem præſcribis: eaque Traditio notha pronuntietur, cuius origo falſitatis revinci poſsit. Quid inde adverſus noſtram Traditionem colligere queas? falſitatis, inquis, redargue tur; quippe quæ ex turbido atque impuro nuperorum Chronicorum fonte manarit. Præclaram ſanè collectionem! atqui recole, quæ paulo ante ex varijs Diplomatis, vetuſtiſsimæ antiquitatis monumentis, Hiſtoriographiſque graviſsimis teſtimonia produximus. Animadvertes profectò lõgè multumque, ante ea Chronica edita, fandove audita, de Antiquitate Benedictinorum ſententiam paſsim receptam, ac pervagatam fuiſſe. Quare alia origo quærenda tibi eſt, quam falſitatis revincas. Quod (meo periculo) nunquam præſtabis.

In ſecundam, quã tumvis iniquam, ab Hermenegildo latam legem deſcendimus.

10 Multò iniquior, & abſurdior eſt ſecunda, quam ſumebas, conditio. Sed enim, quò noſtræ cauſæ bonitas magis eluceat, in eam deſcendamus. Si vel vnus itaque ante te

natum;

natum, Hermenegilde, Benedictinos antè Sanctij Maioris tẽpora, noſtræ Hiſpaniæ ignotos fuiſſe, non dicam aſſeruerit, ſed vel ſomniarit (vide quid tibi largiar.) nos victos, Te victorem iam nunc elata voce pronunciabimus. Excute proinde tuæ eruditionis ſinus omnes, angulos, receſſuſque penitiſſimos ſcrutare, adverſaria conſule, vndique tibi per benè longam ætatem excerpta evolue: at, ſi quem ſummæ, mediæ, infimæve notæ auctorem, qui deſperatiſsimæ tuæ cauſæ faveat, in medium produxeris, bona fide pactis ſtabimus. Securi interim, mei Benedictini, eſtote: & in vtramque, quod dicitur, aurem mihi dormite. Nunquam erit, vt vos de veteri, & avita poſſeſsione (ſat ſcio) Hermenegildus deturbet.

11 Iam etſi, quæ de Æmilianenſis, Caradignenſiſque Cœnobiorum Traditionibus falſiſsimè diſputas, eſſent veriſſima, nihilò tamen tuam cauſam meliorẽ faceres. Finge enim hæc duo vetuſtiſsima Cœnobia nuperrimè eſſe condita. Ex eo ne rectè inferes Benedictinos ante Sanctium Maiorem noſtræ Hiſpaniæ ignotos fuiſſe? Iuxta mirificæ tuæ Dialecticæ mirificos canones rectiſsimè puto.

Quæ nihil nobis officit, & ſi quæ de Caradignenſi, & Aemilianenſi Cœnobijs garrit eſſent veriſsima.

12 Sed enim ex duabus quas nobis (redivivus nempe Solon, aut Numa) legibus ferebas, alteram vanã, ac ridiculã, falſiſsimam alteram atque iniquiſsimam eſſe diximus. Quid enim magis ridiculum, quàm eam legem promulgare, quam nemo ignoret, omnes, nemine præſcribente, ſequantur, & ad vnguem obſervent? Ecquis enim poſt homines natos eam Traditionem veram eſſe defendit, quã falſitatis compertam ſciat? Id itaque in diſceptationem venit, verane, an falſa ſit Traditionis cuiuſpiam origo? vbi eius porrò falſitas deprehenditur, nemo tam deſipit, vt eam veris accenſere laboret. Ex quo primi tui Canonis vanitas liquet.

1. Lex Hermenegildi vana.

13 Neque minus verò ſecundi falſitas, & iniquitas rem seriò æſtimanti, ac perpendenti patebit. Quid enim iniquius, & à ratione alienius, quàm id, quod ab aliquo, aut etiam aliquibus, quicumque demum illi ſint, impugnetur, de verarum Traditionum numero eximere? ſi tuis ſanè Decretis, Hermenegide, ſtare velimus, paucißimas, aut fortè nullam, veram, & germanam Traditionem habebimus. Quid enim tam ſanctum, tam inter omnes confeſſum, ac receptum invenias, cui nemo, in tanta ſenſuum, ac iuditiorum varietate, ſeſe oppo-

2. Falſa iuxta, & iniqua.

nat, & contradicat? Non itaque vnius, aut alterius, quamtũvis docti, & eruditi, diſſenſus, Traditionis veræ pondus, iure, ac meritò, elevet. Plurium eorumque graviſsimorum, quique rem ab fundamẽtis excuſſerint, conſenſus accedat neceſſe eſt; quem ſi aut modò eſſe, aut vnquam in re, qua de agimus, fuiſſe oſtenderis; ne tu meritò victor, nos victi ab hoc certamine diſcedemus.

14 Quæ porrò contra Æmilianenſis Cęnobij antiquitatem, quò avitam Traditionem evertas, deblatteras, nullius ponderis ſunt. Quid enim refert vnum, alterumve auctorem, tam multis conſentientibus, diſſentire? Et verò, vt plures extranei diſſentirent, nihilo tamen magis eam labefactare, aut convellere poſſent. Quæro enim ex Te Hermenegilde, cùm de Traditionibus agitur, quinam ſententiam rogandi ſunt, domeſticine, an extranei? quorumnam ſuffragia præferenda, horumne, an illorum? Tu quidem extraneos præfers; ſed ſtultè, & iniquè. nam quid ſtultius, quid à ratione alienius, quàm vt vbi de Traditione Hieronymiani v.g. Ordinis agitur, Benedictini, cum de Benedictina Hieronymiani teſtes, ac Iudices advocentur? Nonne par eſt, in Hieronymianis rebus, quippe domeſticis, Hieronymianos, in Benedictinis Benedictinos inſtructiores, & peritiores eſſe? Nonne, vel vulgari proverbio, celebratur: *Plus ſtultum domi ſuæ ſapere, & videre*, quàm vel prudentiſsimum, & oculatiſsimum in aliena?

Cum de Traditionibus agitur, domeſtici, non extranei Teſtes adhibendi.

15 Sed enim, inquis, domeſtici teſtes ſuſpecti ſunt: Ergo extranei advocentur. Egregiè verò. Itaque in poſterum Hieronymianas Hiſtorias Benedictini, Benedictinas Hieronymiani conſcribent. Quin & Gallis vt Hiſpanicas, Hiſpanis vt Gallicas res tractent, auctores erimus. Iam quæ in ſuorum laudem Græcorum Græci, Latinorum Latini, Anglorum Angli, Germanorum Germani, hactenus edidère, de cætero explodantur, & repudientur. Neque is ſatis habentes, Martyrũ certamina, reſque aliæ Chriſtianorum præclarè geſtæ, vtpotè ab eorumdem ſacrorum hominibus memoriæ prodita, inter fabulas numeremus. Vides, Hermenegilde, quo res evadat, ſi tuis decretis ſtare velimus?

Quod rationi cõſentaneum oſtẽditur, ab abſurdo

16 At dices, non ex eo, quòd ego dixi, id quod tu inferſ, efficitur. Nam quos recenſebas idonei teſtes, ac locupletes ſunt. Cum vnis Benedictinis mihi res eſt, qui ſui ordinis cæte-

Nec obeſt, quòd eam legem in Benedictinis valere, neget Hermenegildus.

cæteris præferendi adeò inſanabili morbo laborãt,vt eius rei gratia nihil non audeant, nihil non moliantur. Bona verba, Hermenegilde. Ita ne mendaces, gloriolæque avidi Benedictini ſunt, vt vni bipedum indigni ſint, quibus fides habeatur? Et cui tandem (vt in re atroci modeſtiſsimè loquar) iſtam tui ſtyli inconſultam libertatem approbabis? Ergo vel *Græcia mendax* verax Tibi erit,vni porrò Benedictini mẽdaces? Sed calamum cohibeo: quando iſtam tuam audaciam, pro eo ac merebare,citra modeſtiæ diſpendium, caſtigare non licet.

17 Quod porrò opponis adverſus Caradignẽſem Traditionem, haud minus ſanè leve eſt. Quid enim miri ſi in circũſtantijs in re tam veteri, abque noſtra memoria remota varietur, cùm de ipſa conſtet, miruſque ſit inter omnes conſenſus? Hoc ſe traditione accepiſſe Monachi profitentur,Sanctiã prima ſui Cœnobij ieciſſe fundamenta. Hoc mordicus tenent. Theodorici ne, an vero Theudis, aliuſve vxor fuerit, parum in tantæ vetuſtatis tenebris, lucet. Itaque locus eſt diſſenſui. Quod ſi ob variantes, quæ paſsim occurrunt in Hiſtorijs,ſententias, eas tibi reprobare certum eſt, nihil ferè erit, non dicam ex veteri illa, ſed ex nuperrima etiam hiſtoria, cui non mendacij, ac falſitatis labem aſpergas. Quid in noſtræ gentis Hiſtoria, ſuprema illa noſtræ Hiſpaniæ clade celebrius? At quam multa in ea interveniunt, in queis Hiſtoriographi inter ſe confligantur? Sunt qui ipſo in prælio Rodericum ſtrenuè pugnantem cecidiſſe aſſerant: alij,dum fuga ſalutem quærit, fluctibus hauſtum produnt. Nonnemo in Luſitaniam, vbi quod ſupererat ætatis ignotus, & inglorius traduxerit, evaſiſſe, ſcriptum reliquit. Neque minus ſuper anno,menſe, dieque Hiſpaniæ funeſtiſsimo, diſsidium. Sunt, qui anno Domini 711. ſunt qui 712. neque deſunt qui 713. memorent eveniſſe. Magna pars 714. præfert. alij Iulio menſe, alij Septembri, plerique Novembri accidiſſe tradunt. Multi diem Dominicam huic cladi aſsignãt. alij (quod ratio aſtronomica prorſus evincit) aliam. An quia tantus ſententiarum, & opinionum conflictus hic intervenit,quiſquam ita deſipuit, vt iccircò cladem illam fabuloſam eſſe aſſeruerit? Longum eſſet, ſi eorum, quæ memoriæ ſuccurrunt, vel milleſimam partem recenſere velim. Sed in re, qua de nemo, præter Te vnum,

Quod nonnihil in Traditionis Caradignenſis circumſtantijs varietatis reperiatur, non ideò falſitatis revincitur.

Quòd inſigni cladis Hiſpaniçæ exẽplo oſtenditur.

Hermenegilde, ambigit; nolim verba prodigere.

18 Iam quod Yepiũ vellicas quòd Theudin in Theudoricum, ſubindeque in Theodoricum transformarit, in eo ſolemne tuum illud; hunc Authorem, vndè vndè arrepta anſa, criminandi, tueris. Yepius ſanè, pro innata hominis modeſtia, quid ſibi veroſimillimùm videretur, Lectori modeſtiſſimè propoſuit. Neque, ſatis probabilem, quæque magnam ipſi ingenij, ac induſtriæ gloriam meritò afferat, coniecturam, pro oraculo (quod alij paſsim faciunt) venditavit. Quid hic præter viri magni candorem, ſagaxque iuditium accuſes?

Hermenegildi Yepeſij traducendi pruritus.

19 Nam quod in Quintanillam vehementius invehêris, atque eius ſive fidem, ſive credulitatem accuſas, qui Henrici IV. Diploma aut confinxerit ipſe, aut ab alio confictum temerè afferat, nimium fruſtra es, Hermenegilde, qui quæ neſcis in crimen vocas, neque quid dicas aliquid penſi habes. Non itaque, mi P. id Diploma, aut Quintanilla confinxit, ſive ab alio recens confiſto temerè fidem habuit. diu erat, dum Yepius, & Sandobalius Caradignenſe Tabularium luſtrarent, cùm in eo iſtud Henrici Diploma aſſervabatur.

Nihilo ſanior Quintanillæ lacerandi libido.

20 Nam in primis Sandobalius in Caradignenſi Hiſtoria § 3. propè medium, eius mentionem his verbis facit. *Y otro (Privilegio) de el Rey D. Henrique el Quarto, donde largamente ſe refiere la hiſtoria de el Martyrio de eſtos Santos, y la fundacion hecha por la Reyna Doña Sancha, &c.* Ex quo tuam Lector præcipitem temeritatem agnoſcat, & miretur; qui iuxtà Yepio, ac Sandobalio (quos ſcurrili ioco, *Grandes Vrones* noſtrorum Archivorum vocas) ignotum, & inviſum hoc Diploma fuiſſe, aſſerere non dubitaris.

Henrici privilegium contra atque Hermenegildus autumat, Sandobalius vidit.

21 Atqui non Yepij ſolùm, ac Sandobalij tempore, ſed longè antè in dicto Tabulario aſſervabatur. Anno Domini 1594. Fr. Alfonſus Ciaconus, quem haud ſemel ſupra laudabimus, opuſculum illud de MM. Caradignenſibus Romæ publicavit. In eius cap. 14. pag. 69. auream ex eo Privilegio hanc particulam affert. *Ego Rex* (verba ſunt Diplomatis) *notum facio vobis computatoribus noſtris ſupremis, informatos nos fuiſſe, Monaſterium S. Petri à Caradigna propè civitatem Burgenſem caput Regni Caſtellæ, Cameram noſtram, primum Monaſterium extitiſſe Ordinis S. Benedi-*

Et Ciaconus ante ipſum.

nedicti in regnis, & dominijs noſtris conſtructum, quod primum fundavit Domina Sanctia vxor Theoderici Gothorum Regis, & dotavit, & poſuit in eo ducentos Monachos, qui Deo inſervirent, &c. Quæ brevitatis memor omitto. Conceſſum autem id Privilegium fuit, vt Ciaconus ait, Segobiæ X. Ianuarij anno Domini MCCCCLXXIII. hæc ibi. Ex quibus apparet, quàm inſubidè id inſtrumentum falſitatis accuſes, quòd Quintanilla anno 1476. (cum Henricus in vivis non erat) expeditum eſſe affirmarit. Quaſi non pronum eſſet id quidquid eſt erroris (cùm præſertim notis Sarracenis, inquis facilior lapſus, is numerus conceptus ſit) typographicæ incuriæ adſcribere.

Annus 1476. pro 1473 poſitus per typothetarum iniuriam.

22 Illud ſimul elucet Traditionem illam Caradignenſem, non heri, aut nudius tertius, vt Tu contendis, natam: ſed ante ducentos annos (cum nondum in vnum Congregationis corpus Benedictina Cœnobia coaluiſſent) ab Antiquis, dubio procul, acceptam, viguiſſe. Itaque intacta, & illibata Benedictinæ antiquitatis authoritas manet; cuius luminibus tuæ obiectiunculæ nihilo plus officiunt, quàm ſolari tenues nubeculæ, quas primus illius exortus funditus diſcutit.

Ex quo apparet Traditionis Caradignenſis antiquitas.

23 Sed ad alia noſtram Antiquitatem firmantia gradum promoveamus. Plurima itaque Cœnobia noſtra, quemadmodum *Æmilianenſe, Caradignenſe, San Facundinum, Samonenſe, Legionenſe*, & alia, quæ omittimus, longè antè quàm Tu contendis, erecta eſſe, rudis nimium, & peregrinus ſit in Hiſtoria noſtrate, qui neget. Iam alius ab Benedictino, inſtituti in ipſis ante illud obſervati nullum, vel tenuiſsimum veſtigium extat. Non Diploma aliquod, non lapidi inciſa inſcriptio, non vetus, & velut per manus accepta fama, non levis denique ſaltim rumuſculus. Quis ergo tantæ molis Cœnobia (quantæ proculdubiò paulò ante memorata iam tum erant) tam ſubitò, cùm primùm in Benedictinorum manus venere, evanuiſſe, ac velut abſorpta eſſe credat, nullum vt priſtini ſui ſtatus veſtigium retinerent? Videmus ſanè cùm aliquò caſu, ex vno in aliud inſtitutum quodpiam Cœnobium migrat, non ita novum recipi, quin veteris haud obſcuræ reliquiæ ſuperſint. Non longè abierimus. Pleraque Ciſtercienſia Cœnobia, vt Legerenſe, San-Clodenſe, Supradenſe, Carracedenſe, & alia haud ſanè pauca, nec ignobilia, Nigros quondam

Complurium Benedictinorũ Monaſteriorum antiquitatis palmaris demõſtratio.

A nullo alterius inſtituti veſtigio ſuperſtite ducta.

dam Monachos incolas habuere. Potuit ne *tempus edax, atque inuidioſa*, vt ille canit, *Vetuſtas*, id ex hominum animis eradere? Diplomata, lapides, libri manuſcripti, ſtatuæ, domeſtica ſupellex, aliaque quàm plurima veterum incolarum memoriam refricant Nihil tale in noſtris Cœnobijs occurrit. Et quiſpiā eouſque deſipiat, vt aliud aliquando inſtitutum in ijs floruiſſe, vel leviter ſuſpicetur?

Et quod nulla religioſa familia hæc ad ſe trahere auſa fuerit.

24 Accedat, quòd nulla religioſa familia de ſupra dictis Cœnobijs litem nobis vnquam intendit. Quando Auguſtiniani, Baſiliani, Carmelitani (nam Hieronymianos poſt tot ſæcula natos hîc appellare, eſt ſanè perridiculum) quando, inquam, hi Religioſi cœtus, queis per tempus, & ætatem licebat, Legionenſe, Caradignenſe, San-Facundinum, aliaque noſtra Cœnobia ad ſuum vnquam inſtitutum pertinuiſſe, aſſeruere? eorum Hiſtorias conſule. Nihil tale (ſat ſcio) in illis deprehendes. atqui non ita ſuarum rerum incurioſi, prærogatiuarumve prodigi ſunt, vt in avitam hæreditatem eos involare impunè ſinerent, ad quos minimè pertineret.

Obiectio Hermenegildi ridicula.

25 At, inquis, hoc vnum curæ fuit Benedictinis, vt ſuam in omnem poſteritatem propagarent, veterum memoriā poſſeſſorum funditus abolerent. hinc Diplomata adulterata, ſchedæ veteres corruptæ, inciſæ lapidibus epigraphæ eraſæ, ſtatuæ everſæ, eorūque vicem, quæ annoſam vetuſtatem ementirentur, nova ſuffecta.

Quæ apud nullū mētis compotem fidem inveniet.

26 Ingenioſus plane es, Hermenegilde, qui ea Benedictinis imputes, quæ in nullos mortales, quamquam improbiſsimos, ac dementiſsimos cadere queant. Et vſque adeo væſanum quempiam fore credis, cui Te tam ridicula, ab omnique humanitate aliena perſuaſurum ſperes? At ego nunquam de humano genere tam male ominabor, vt apud quemquam (qui quidem communem ſenſum non exuerit) ea fidem inventura, vel leviſsimè ſuſpicer.

Vt planè incredibilis.

27 Fac tamen ita Benedictinos deſipuiſſe, eoque improbitatis progreſſos eſſe, vt præ vetuſtatis amore, quam Tu te imaginaris, Diplomatum, librorum, tabularum, ſimulachrorum, ſtragem edere non dubitarint. putas ne obtenturos, vt veterum nomen, ac fama poſſeſſorum ex hominum animis eraderetur? Finge animo Regium S. Laurentij ad Scoriale Cœnobium, aliquo caſu (quod profecto nolimus, & apud digniſsi-

Quod exemplo evincitur.

mos

mos Poſſeſſores perennare, immortalem Deum precamur) Hieronymianis pulſis, alij cœtui Religioſo commendari Fac eum cœtum eodem, quē Benedictinis affingis, vetuſtatis amore flagrare. ergo in id vnum incumbat, vt Hieronymianorum memoriam æterna oblione obruat, ac ſepeliat. In eam rem Diplomata Philippi II. & aliorum qui ab eo ad Carolum II. regnarunt, varijſque id Cœnobium Privilegijs, in quibus inſtituti Hieronymiani mentio fiat, munierunt, igni tradantur. Nova porrò in queis recens invectæ vivendi rationis, quaſi iam inde à principio receptæ, mentio fiat, denuò cudantur. Picturæ, ſigilla, ſimulachra, libri, cæteraqne omnis domeſtica ſupellex partim ita immutetur, partim corrumpatur, ne quid Hieronymianum quamtūvis ſagaciſsimo ſubolere queat. Quid putas, ſi qui quod fingimus, molirentur, perfecturos, niſi vt pro inſanis haberentur, qui rem vel pueris notam ſe oblivione obruere, atque ex hominum animis, in queis altè impreſſa, ac velut inſculpta erat, delere poſſe, ſibi perſuaderent?

28 Idem in rem noſtram transferre potes. Fac San Facundinum Cœnobium, *quo nullum in Hiſpania* (Marianæ verba ſunt) *diuitijs, amplitudine, maieſtate illuſtrius olim fuit, noſtra ætate in paucis nobiliſsimum habetur*; fac, inquam, alios ante Benedictinos, incolas habuiſſe. Eorum hiſce nomen (quod tu ridiculè aſſeris) ſempiternæ oblivioni tradere propoſitum eſſet Nullum non lapidem, quod ſomnias, ei rei perficiēdæ moverent Quid aliud præter puerorum ſannas, ac procaces cachinos, tanto molimine relaturos putas? Cùm ergo nulla mentio, nulla vel levis nota, nullum, etiam tenue, veſtigium, alîus Religioſæ Familiæ in pleriſque noſtris Cœnobijs ſuperſit, argumento inviciſsimo id eſt, nullam aliā ea quondam incoluiſſe. Quod ad rē præſentem eſt accōmodatiſsimum.

29 Et verò quàm futile ſit, ac ridiculum commentum, quod invictæ noſtrorum argumentorū efficacitati eludendæ, eſt à Te confictum (quamvis per ſe pateat, nec vllum ſuffragatorem ſit habiturum) illud etiam liquidò evincit; quod in nonnullis (tametſi raris) quæ alios quondam incolas habuere, eorum, hodieque, velut recens, memoria tot poſt ſæcula viget. Sancti Victoriani Cœnobium, nobile in primis, & fortaſſe inter omnia Hiſpaniæ antiquiſsimum, in Aragonia eſt. Id alios ante nos poſſeſſores habuiſſe, & Yepius noſter ingenuè Benedictini vnū, aut aliud Cœnobium ex his, quæ poſsident, ab alterius inſtituti hominibus ante poſſeſſum haud præfractè negant.

nuè profitetur, & eiuſdem à Patribus ad Filios velut per manus derivata Traditio confirmat. Metyminæ Campeſtri aliud habemus, quod antequàm ad Regale S. Facundi aggregaretur, Canonicos Auguſtinianos habuit. Id ex varijs, quæ in eius Tabulario aſſervantur, atque nos vidimus, inſtrumẽtis liquet. Salmantinum hocce noſtrum Collegium ante ſexcentos, plus minùs, annos Benedictini Monachi incolimus. Atqui Canonicos (cuius inſtituti non conſtat) illud ante nos poſſe diſſe, cùm Petro Venerabili noſtro, ab Alfonſo VII. traditum fuit, certum omninò eſt, neque inficias imus. Idem de alijs, quæ ante nos, ab alterius inſtituti hominibus ſunt poſſeſſa, fatemur. Cur de cæteris, ſi quod veſtigium, vel leve, extaret, inficiaremur?

30 Nec omittendum eſt hic, id quòd multò poſtquam ſuperiora conſcripſeramus, legere contigit; quò prudens Lector animadvertat, quò nuperorum Criticorum acumen, & quidvis, niſi ab his, qui interfuere, aſſertum, faſtidiosè reijciendi facilitas, & pruritus evadat. Prodiere nuper Oxoniæ, vt ex Ephemeride I. Gallicâ anni 1686. didicimus, Henrici Dodvvelli hetherodoxi Diſſertationes Cyprianicæ, in harum XI. decẽ Eccleſiaſticæ Perſecutiones, quibus innumera Chriſtianorum examina paſſa eſſe, eſt vulgò perſuaſum, ad examen vocat. Cumque quid in ſingulis memoratu dignius accidiſſet, memoraſſet, ad extremum decernit, Martyrum numerũ longè minorem fuiſſe, quàm vulgò credatur. Sed quid hominẽ in tam audax paradoxon impulit? id quod noſtris Antagoniſtis vt Benedictinorum cùm hominum, tum Cœnobiorum numerum contrahant, perſuaſit. Nam Oroſium, & Sulpitium, qui illud prodiderint, recentiores, quàm vt fidei in re tanti momenti faciendæ idonei teſtes ſint, fuiſſe cauſatur. Iam Martyrologia, Menologia, SS. Acta, pro ſpecioſis, ac planè anilibus fabellis, quippe quæ vnis vulgi rumuſculis nitantur, habet. Vide impuriſsimi nebulonis proiectam audaciam, à qua ſatis necne recentiores nonnulli Critici ſibi caveant, aliorum iuditij facio.

***

Etiam

Etiam Gothorum ſtante imperio, Benedictinum in Hiſpania inſtitutum maximè viguit.

1 SATIS Superque, longè ante annũ 1030. Benedictinum in Hiſpania noſtra inſtitutũ viguiſſe, ſuperiora mõſtrarunt. Superſt vt fidem noſtram liberemus, atque vti initio recepimus, Gothorum etiam tempore, per omnem latè oram fuſum, ac diſsipatum fuiſſe, pariter demonſtremus. Quod etſi in tanta inſtrumentorum, quæ poſt funeſtam illam Sarracenorum inundationem, ſuperfuerint, inopia, eorumque, quos infelix id ævum tulerit, ſcriptorum incuria, & raritate, ſpiſſum, & impeditum, aut potius inacceſſum opus, nonnemini videatur: ea tamen à nobis fundamẽta iacta ſunt, iſque gradus ad hanc difficultatem ſuperandam factus; vt levis admodum labor ſuperſit; potiuſque ad ſuperiora remiſsione, quàm accurata peculiarive tractatione tota res opus habeat.

Gothicis quoque tempor bus noſtrum in Hiſpania inſtitutum viguiſſe, probare aggredimur.

2 Nam in primis argumentum, quod ex Traditione, ſanè quam efficax, paulò antè adduximus, nihilo eſt in præſentia imbecillius. Suffragatores eoſdem habemus, maximam partem. Nam ex viginti, quos in medium produximus, duodecim, minimùm, nobis apertiſsimè favent. Cæterorum nemo vnus adverſatur. Recolat, ſi cui libido, aut otium eſt, quæ ex ijs ſupra dedimus, remque ita ſeſe habere, liquido deprehendet. Ad hæc, quidquid adverſus Traditionum, teſtiumque, quos produximus, auctoritatem Hermenegildus cavillatur, ſatis arbitror luculenter difflavimus. vt proinde oppigneratam fidem liberaſſe, munerique meo, atque pollicitis ſatisfeciſſe, videri iure poſsim. Quo verò cauſæ, cui patrocinamur, bonitas magis, ac magis eluceſcat, lubet vel ex ſupervacuo, ea iam dictis addere, quæ vel per ſe ſola fidem noſtræ aſſertioni poſſint conciliare.

Quod ſuprà fusè diſputata planè evincunt.

Sed alia ex abundanti argumenta ſuggerimus.

3 Principio enim Monaſteria, quæ ante, & ſub initia Sarracenicæ Tyrannidis Cordubæ plurima fuere, Benedictina fuiſſe, tam mihi certum, & exploratum eſt, vt nihil ſupra. Quod ita conficio. Conſtat ſanè pleroſque Monachos Cordubâ profugos, ſuæ fugæ altè impreſſa veſtigia varijs in locis reliquiſſe. Samonenſe Cœnobium ab Ofilone Abbate, ſocijſque, qui inde recèns illuc appulerant, inſtauratum eſſe ita cõſtat, nullus vt dubitationi locus ſuperſit. Moralius certè, qui

1. ex Monaſterijs abſdubio noſtris à Monachis Corduba profugis paſsim erectis.

eius

eius Cœnobij Archivum primus, aut inter primos, diligenter excuſsit, multa ſe venerandæ Antiquitatis monumenta Gothicis characteribus exarata, quæ hoc affirmarent, reperiſſe in Chronologia, quam D. Eulogij operibus ſubiunxit, diſſertè affirmat. Regium S. Facundi Monaſterium Alfonſi Abbatis, ſodaliumque Cordubâ ſub eam Maurorum carnificinam profugorum fidei, curæque ab Magno Alfonſo commiſſum eſſe, tùm ex nunquam intercisa Traditione, cùm ex ampliſsimo, ſpectatiſsimæque fidei Diplomate, quod ab Hermenegildi cavillis ſtrenuè paulò ante vindicavimus, luculenter evicimus. Haud procul S. Facundo eſt pervetus Cœnobium S. Michaelis de Eſcalada vulgò dictum, quod ab ijſdem Monachis Cordubenſibus, ſui exilij perfugium, Regia munificentia ſumptus ſuppeditante, conſtructum eſſe, conſtans fama eſt. Ad oppidum Sanabriam in Legionenſi Regno, quâ Gallæciam, Luſitaniamque proximè contingit, celebre Ciſtercienſum Monaſterium eſt, quod S. Martini de Caſtañeda Noſtrates dicunt. Id Benedictinos nigros, vt vulgò dicunt, ante Ciſtercienſes incoluiſſe, nemini dubium eſt. Quod item Monachi Cordubenſes in ſua illa diſperſione condidere. Extant hodienum in eo Monaſterio venerandæ Antiquitatis monumenta, ex quibus conſtat, id ante à Mauris dirutum, ab Ioanne Abbate, qui cum ſocijs Monachis illuc Cordubâ appulerat, inſtauratum eſſe. Quæ omnia in ſupra laudato opere, apud Moralium fusè diſputata videre licet.

4 Iam verò hæc Monaſteria ab eo tempore, ad hæc noſtra, Benedictina fuiſſe, non minus certum eſt, quàm eadem extare in rerum natura. Ex quo liquido efficitur, horum Cœnobiorum inſtauratores, ſeu conditores Monachos, Benedictinum inſtitutum Cordubæ in patria ſua ante tenuiſſe. Qui enim credibile eſt Alfonſum Regem iuxta Magnum, ac pium, ſupplices Monachos in ſuam ditionem, miſeræ, atque iactatæ fortunæ perfugium futuram, perſecutionis ſævisſimæ velut tempeſtate, eiectos, ad aliud Monaſticum inſtitutum arripiendum (quod in alio educatis miſerrimæ ſervitutis, aut mortis veriùs, inſtar eſt) pro imperio coegiſſe?

Primi dictorum Cœnobiorũ Abbates Benedictini

5 Adde quod ijdem illi, qui ante Cordubæ fuerant Abbates, Ofilo, Alfonſus, Ioannes, recèns erectis Cœnobijs dati ſunt. Non eſt autem veriſimile, illis præſertim temporibus

bus, cum Monaſtica diſciplina arctiſsimè obſervabatur, necdum Commendatarijs Præſulibus (ingenti ſanè Monaſticæ obſervantiæ labe) inductis, eos homines illius vivendi rationis alijs magiſtros datos eſſe, quã ipſi minimè didiciſſent. Quare Abbates illi Cordubẽſes Benedictini erãt, proculdubio.

6 Iam verò Cordubenſia Cœnobia ſub Sarracenica tyrannide primùm excitata, atque erecta fuiſſe, eſt prorſus improbabile. ſatis enim in ea miſerrima ſervitute præclarè cum Chriſtianis agebatur, ſi non peiore loco rem eccleſiaſticam, quam antea eſſe, nedum in melius proficere, ac dilatari, Mahumetani paterẽtur. Quare ipſis rerum potientibus tam multa, tamque præclara Cœnobia eſſe condita, omni prorſus probabilitatis ſpecie caret. Ex quo, id quod volumus, neceſſariò efficitur, ea Gothorum temporibus erecta, ſub Magni Benedicti ſignis Chriſto militaſſe.

Cordubenſia Cœnobia ſub iugo Sarracenico erecta, eſt improbabile.

7 Aliud, non minus ſanè ſuperiori efficax argumentum ex eo duco, quod paulò poſt Hiſpaniam, ſub Mahumetanorum iugum miſſam, cum vix, aut ne vix quidem, à miſera ſervitute reſpirandi ſpatium habuiſſet, Benedictinum inſtitutum per totam latè regionem diſsipatum videamus. Sub ipſam certè Chriſtianorum ad inacceſſa loca fugam, D. Vincentio Martyri nobile Cœnobium, Abbate Fromeſtano, eſt dicatum. Accidit hoc anno Domini 761. quinquaginta circiter poſt illam cladem annis. Alfonſum porrò Catholicum plurima, magnificaque Benedictina Cœnobia condidiſſe, ſupra nos docuit Antonius de Guevara. At is iuxta accuratiorem chronologiam anno Domini 739. tertius à Pelagio, regnare cœpit, vix viginti quatuor annis poſt fatalem illum Hiſpaniæ caſum. Denique, ne multus ſim, pleraque alia noſtra Cœnobia, vti Obonenſe, Samonenſe, Obarrenſe, ſub hæc tempora condita ſunt. Ex quo manifeſto efficitur, multò ante Benedictinos, ſuas in Hiſpania ſedes fixiſſe. Ecquam enim veriſimilitudinem habet, cum omnia armis ſtreperẽt, Benedictinos ex Italia, aut Gallia finitima, ſuum inſtitutum propagaturos in Hiſpaniam traieciſſe? Bello ſanè graſſante, quæ antea Cœnobia in veſtigijs ſtabant, eius flammis corripi, & ad ſolum dari paſſim videmus. Nova erigi, eſt prorſus inauditum. Qui igitur vix vetera deſtructa reparare poterant, qua tandem ratione recens appulſo Ordini nova erigerent?

2. ex pleriſque Benedictinis Cœnobijs, quæ ſub cladem Sarracenicã per totam latè Hiſpaniam reperiuntur.

8 Multa Monachorum examina, florente re Hiſpanica ſub Gothorum imperio, in Hiſpania fuiſſe, in controverſiam vocari non poteſt. Ij ſalutem fuga quærentes vnà cum cæteris Chriſtianis, qui cladi ſuperfuerant, in Montana, Sarraceniſque armis minus pervia loca penetrarunt. Ibi raptim ex tenui cæſpite Domunculis verius, quàm Monaſterijs excitatis, eorum, ex quibus paulò ante eiecti, ac deturbati erant, ſpeciem vtcumque ſuſtentabant. Inde gregem Dominicum ſine Paſtore diſperſum, ac palantem, quâ verbo, quâ exemplo paſcebant. Nonne par erat, & æquum, vt tam de ſe benemeritis, vbi paullatim Sarracenicum iugum excutere eſt datum, vetuſtis eorum Domibus reparandis, alijſque novis excitandis, gratiam, vtcumque, Chriſtiani referrent? At quæcumque Cœnobia, aut inſtaurata, aut recèns condita, illis temporibus inveniuntur, ea ad vnum omnia, Benedictina ſunt; vt ſatis ſuperque oſtendimus, nec vllus, præter Hermenegildum, vnquam dubitavit. Ergò Monachi illi, per quos res chriſtiana in ea communi ruina, vtcumque ſtetit, Benedictini erant. Eſt enim perridiculum, tot exantlatos ab ijs Monachis, pro R. p. chriſtiana, labores, pios illos viros vetere eorum ordine ex Hiſpania exigendo, novo invehendo, rependere voluiſſe.

Monaſtice abſdubio ſub Gothis Principibus in Hiſpania viguit.

Nec alij eius profeſſores, quam Benedictini.

9 Neque verò illud minus rem evincit, quòd cum Hiſpania Sarracenicum iugum ſubijt iam ducēti circiter, ex quo Benedictina Regula totam fermè Europam pervaſerat, effluxerant anni. Tot enim ab anno Domini 526. cum eam S. Benedictus promulgavit, ad annum vſque 712. aut circiter, cum in ſervitutem redacta eſt Hiſpania, præter-propter, numerantur. Incredibile porrò eſt, tot annorum curriculis tanti boni eam expertem fuiſſe, quo remotiores tot nationes iam diu fruebantur.

3 ex eo quod Benedinum inſtitutum ante ducentos annos per totam Europâ diſſipatum, tam ſerò ad Hiſpaniam appuliſſe, eſt prorſus incredibile.

10 Denique Theologorum, qui adverſus Hereſes diſputant de Traditionibus Eccleſiaſticis, doctrinam paucis immutatis, huc transferamus. Quemadmodum enim illi præſcribunt, vt quoties aliquis ritus, moſve in Eccleſia vniverſa invaluit, cuius origo, & natales ignorentur, ad Apoſtolorum ævum revocetur, ita nos Benedictinorum appulſum in Hiſpaniam, cuius annus, menſis, dies præciſa latet, ad Magni Benedicti tempora revocamus. Tempus porrò, quo primùm Benedictinum inſtitutum invectum ſit in Hiſpaniam, haud dum

ad liquidum notum eſſe, ex eo conſtat, quòd eius mentio expreſſa apud nullum idoneum Authorem (Maximi enim, Liberati, Autberti, & ſimilium hîc à nobis authoritatem vltrò, quod initio profeſsi ſumus, abiudicamus) nec in aliquo inſtrumento, quod illi Hiſpaniæ luctuoſiſsimo incendio ſuperfuerit, reperiatur. Nam eam noſtrorum in Hiſpaniam adventui, quam Hermenegildus aſsignat, Epocham aſsignare, furor apertus eſt. quod ſatis, arbitror, abundeque ſuprà demonſtravimus. Nec aliam huic originem, aut ipſe, aut alius quiſpiam, vnquam aſsignavit. Quare ad Benedicti tempora revocetur; cùm tot præſertim confluant, quæ rem ita ſe habere, cuivis non pertinaci, perſuadeant.

11 Is quem in hoc opere haud ſemel laudabimus, Pulgarius, ſe in verum tandem in has oras invectæ Regulæ Benedictinæ, anxiè à multis, ſed fruſtra quæſitum, tempus, felici quodam ſydere, incidiſſe, in nuper divulgatâ Hiſtoria Palentina, L. 1. cap. pag. 483. gloriatur; eoque nomine, pro ſuo, & congerronum more, mirificè ſibi placet, ſeque magnificè circumſpicit. Sed quanti huius hominis Traſſonica promiſſa fieri debeant, haud ſemel experti, monuimus. Videamus ergo quid nobis novi afferat, redivivus iſte, ſi Deo placet, Columbus. Ait itaque Benedictum illum Anianæ Abbatem, tùm alijs rebus præclarè geſtis, cùm præſertim Regula Benedictina quâ propagata, quâ, vbi collapſa fuerat, reparatâ, illuſtrem; haud ſemel ſuper Felicis, & Elipandi, quæ tunc maximè gliſcebat, Hæreſi ſopienda, in Hiſpaniam traieciſſe. Quod ſub ſæculi VIII. annum præter propter nonageſsimum accidit. Veri ergo admodum ſimile, immò (quæ eſt hominis confidentia) certiſsimum putat, Benedictum, qui hoc dudum egerat, vt Benedictinum inſtitutum pro viribus proferret, hanc ſibi eius propagandi cœlitus oblatam occaſionem è manibus elabi minimè paſſum fuiſſe. Quare cum non alij certò, probabiliterve, Monachatui Benedictino Hiſpanico Natales ante hac aſsignati à quoquam fuerint; ſe rem acu, quod dicitur, tetigiſſe putat. Simul omnibus omninò inſtrumentis fide dignis, quæ hucuſque producta à noſtris ſunt, ſatisfactum autumat; cùm hac Epocha, cuius ſe inventorem venditat, poſteriora ſint. Hæc fermè Pulgarius prolixiſsimè, adque lectoris nauſeam, & cruciatū verboſiſsimè, atque intricatiſsimè, pro more, loco citato adducit.

 Ea

12 Ea quàm ſint ridicula, & ab omni probabilitatis ſpecie aliena, qui quæ nos ſuper hac re tota diſputavimus,cũ cura legerit,non poteſt non animadvertiſſe Quid tamen contra hoc Pulgarij inventum, aut commentum regeri poſsit,vel ex ſupervacuo, lubet innuere. Poterat itaque Pulgarius (qui librorum indices, ſummaque tantum capita libare videtur) ſi quam citat Benedicti Ananienſis vitam,per otium,vt par erat, legiſſet, lectoris commodo, ſuæque, cuius nimium quantum prodigus eſt iuxta famæ conſulere.Cum enim tam in illa quæ à Menardo pridem eſt edita, quàm in Recentiore auctioreque ab Acherio, Mabillonioque V.V. C.C. in lucem recèns data, ſcholijſque illuſtrata doctiſsimis,omniaBenedicti geſta ſingillatim, minutatimque narrentur; eiuſque primus Auctor Monaſteria, Provinciaſque, in quas ille Benedictinam Regulam aut invexit,aut iam invectam priſtinæ obſervantiæ reſtituit, anxiè, ac pene ſcrupuloſè recenſeat, & ſingulatim enumeret; veri haud quaquam ſimile apparet, eum hanc Benedicto gloriam, quæ ex invecto in Hiſpanias Benedictino inſtituto illi meritò debebatur, invidiſſe,ac per ſummam oſcitantiam,rem quæ vel in primis commemoranda fuerat, ſilentio involviſſe.

13 Accedit, quòd Benedictus, quamvis in Hiſpaniam ea de cauſa, quam Pulgarius commemorat, tranſmiſſerit, non in eius interiora, vbi per ea tempora, abſdubio, Benedictinũ inſtitutum vigebat, penetravit, ſed intra oram Galliæ conterminam ſe continuit. Sanè in eam, vltra Vrgellam Galliæ finitimam, vixque ab ea diſtantem diei itinere, Benedictum pedem intuliſſe, nullius idonei Auctoris teſtimonio probari poteſt quî ergo in Galleciam, Aſturiaſque, vbi eo tempore Benedictini, vt probavimus, florebant, Benedictinas leges importare potuerit?

14 Adde, quòd nullam probabilitatis ſpeciem præfefert, Benedictum Anianenſem Abbatem, qui ſuper re tanti momenti, quanti erat Hæreſis Felicis, & Elipandi comprimenda, ac iugulanda, in Hiſpaniam traiecit, ita otio abundaſſe, vt Monaſterijs vel de novo excitandis, vel dudum excitatis Benedictinis legibus imbuendis vacare potuerit: idque cum nunquam, quod ſciatur, ſolus, ſed in Epiſcoporum, aliorumque Præſulum, qui huc eadem de cauſa tranſmiſſerant, comitatu, in Hiſpaniá venerit; quos aut Benedictum reliquiſſe,

aut ſecum ad Monaſteria excitanda, reformandave traxiſſe, eſt planè ridiculum. Fac tamen Benedictum, vnicâ ſui in Hiſpaniam adventus cauſa inſuperhabita, & ommiſſa, Benedictinæ in interiorem Hiſpaniam Regulæ inferendæ operam impendere voluiſſe. Qui poterat voti compos evadere ea tempeſtate; cum Sarracenica arma paſsim graſſarentur, omnia infeſta haberent, locaque interiecta Maurorum tyrannide adeò premerentur, vt nemini illac impunè tranſire liceret?

15 Quid quod Diploma illud celebre S. Vincentij Ovetenſis, vbi Regulæ Benedictinæ mentio inijcitur, quodque nemo ſanus, niſi Hermenegildus, aut Pulgarius fiat, in dubium revocet, hoc Benedicti in Hiſpaniam adventu longè antiquius eſt? Nam imprimis era 819. hoc eſt A. C. 781. expeditum fuit. quo anno nondũ in Hiſpaniam Benedictus, tanta ſuper re traijcere quivit. is enim, vt rectè notavit Mavillonius ad eius Vitæ num. 7. anno 774. Monachum induit. Non eſt autem probabile, hominem planè tyronem, vix ſeptem annos Monaſticæ profeſsionis agentem, aut Regulam Benedictinam reformare aggreſſum, aut, quod eſt longè abſurdius, in ſui Monachatus tyrocinio, ad tanti ponderis negotium perficiendum, invaleſcentemque Hæreſin comprimendam, electum eſſe. Iam verò eo in Diplomate, non Regulæ Benedictinæ recèns admiſſæ, ſed ante annos XX. cultæ, & obſervatæ ſit mentio. vt illud attentius legenti patebit. Quâ ergo tandem ratione Benedictus, qui vix poſt annos XIII. eam amplexus eſt, eius alijs amplectendæ auctor, & ſuaſor eſſe potuerit? Sed quid Monaſterijs Toletanis, Cordubenſibuſque, quæ noſtra eſſe probavimus, & planè vicimus, faciendum eſt? an eò quoque Benedictus, Benedictinas invecturus leges ſe penetravit, aut potius per Sarracenorum medias acies, paſsimque volitantia arma viam ſibi aperuit? Nugæ nugaciſsimæ. Hæc nimirum ſunt Pulgarij inventa, Pellicerianis, Hermenigildianiſque ſimilia, ac planè gemina.

Pleræque Hermenegildi obiectiunculæ propoſitæ, ac dilutæ.

16 SED Enim multa obijcit Hermenegildus, quæ antequàm ad alia progredimur, ne dicendis ſint remoræ, viſum *Hermenegildi obiectiunculæ, quaſi per ſaturam cõgeruntur.*

ſum eſt hic diluere. Nam in primis Diplomata omnia, quæ paulò poſt illum funeſtum Hiſpaniæ caſum, Benedictinæ Regulæ mentionem faciunt, ea noſtrorum malo dolo corrupta eſſe, de more, cauſatur. Eam enim loquendi rationem ab illorum temporum conſuetudine alienam eſſe, recentioremque manum, quæ ea verba de ſuo addiderit, palàm ſapere. Deinde pleraque omnia à nobis paulò ante diſputata, meras coniecturas, immò nugas eſſe dicet. Homo enim, qui non tam coniectare, quàm plane Haruſpicinam facere, ac profiteri videtur; qui quotquot Hieronymus Fratres vocitat, Hieronymianos facit; qui quòd Euſebium, & alios Romam in cauſa Rufini S. Doctor miſerit, ſui inſtituti, & Ordinis propagandi cauſa, miſſos arbitratur; qui quòd ad Præſepe Domini mortales vndique confluerent, eos Hieronymiani inſtituti arripiendi gratiâ, illò profectos putat; qui quòd Paulinus Barcinonem ad ſe Severum evocat, illic Cœnobium ampliſsimum habuiſſe nugatur; qui denique ea vndique cogit, & infert, quæ vel ab tetrico illo Heraclito cachinos exprimant; talis, inquam, ac tam ſtrenuus coniector, aliorum quamvis probabiles, graveſque coniecturas, ad internecionem inſectatur. Quare nihil ambigo, quin pleraque, quæ ab ipſa rerum natura, communique hominum ſenſu petita, in noſtræ cauſæ firmamentum produximus, ſit improbaturus.

Sanctam Regulã diu neglectam in tenebris latuiſſe obijcit nobis Hermenegildus.

2 Denique argumentum, quod ad nauſeam, vnde vnde raptâ occaſione, paſsim inculcat, nobis objiciet. Ait enim ſuũ Gallonium ſecutus, Benedictinam Regulam non Sancti Patriarchæ noſtri tempore, ſed longè poſt, promulgatam eſſe. Cũ enim neglecta iaceret, Simplicio Caſsinenſi Abbate agente, è ſitu, & tenebris in ſolem, ac lucem emerſiſſe. Quod vel illa ipſi præfixa carmina ſatis indicant. *Simplicius quod famulus, Chriſtique miniſter, Magiſtri latens opus propagavit in omnes &c.* Qua ergo tandem ratione, quæ ipſo dudum è vivis ſublato, delitebat, D. Benedicti tempore noſtram in Hiſpaniam potuit appuliſſe?

Duodecim quoque ſolùm Cœnobia ex eius præſcripto viventia, ad ſæculũ vſque 8. cum Pelliceerio

3 Aliud porrò à ſuo Pellicerio mutuabitur; cui nos, ſicut & alijs eiuſdem Parergis lib. 3. & 4. ſuæ *Diſtinctionis Marci a Maximo* aſſutis, citra nuperorum opem Chronicorum ſatisfacturos dudum receperamus. Quod cum bono Deo præſtare incipimus. Putat igitur Pellicerius circa annum Domini

mini 700. duodecim ſolùm Monaſteria; quæ Sanctus Parens, & Patriarcha noſter ædificavit,& (vt liberaliſsimè nobiſcum agat) Glanafolienſe præterea in Gallia, Meſſanenſeque in Sicilia, Benedictina fuiſſe. Quod ex ſubiecto Leonis Hoſtienſis teſtimonio neceſſariò colligi opinatur, *Cum die* (ait Hoſtiẽſis) *quadam diuinitus ſibi revelatum fuiſſet, idem Monaſterium, quod ipſe conſtruxerat, à Gentibus deſtruendũ, atque propterea inconſolabiliter fleret, cœli protinus oraculo conſolatus audiuit, eumdem locum ſuis nihilominus meritis, in potiorem, & ampliorem, quàm tunc ſtatum fore venturum, & in multas inde Orbis Romani partes, Regularis Normæ, ac Diſciplinæ Ordinem profecturum.*

rio contendit extitiſſe.

4 Ex his homo acutiſsimus, tale adverſus Benedictinos argumentum informat. D. Benedicto divinitus fuit patefactum Caſsinenſe Cœnobium primò Barbarico furore deſtructum iri: mox eius meritis in maiorem amplitudinem perventurum; indeque porrò in totam, quanta eſt, Europam multiplices colonias, quæ ab ipſo latas leges longè latèque ſpargerent, prodituras. Atqui Caſsinas Domicilium circa annum Domini 716. à Petronace Brixiano reparatum fuit; ergo ante id tempus Benedictina Regula, quam inde in varias Europæ partes diſsipatum iri, ipſi Benedicto Numen prædixit, extra Italiæ pomœria nondum prodierat. Tantum abeſt, vt in Hiſpaniam tantò antè potuerit adveniſſe.

Quid colligat Pellicerius ex Hoſtienſis verbis adductis.

5 Huic ab Leonis Hoſtienſis teſtimonio ducto argumento rem ipſam ſuffragari aſſerit. Nullum enim, inquit, extra Italiam, præter Gallicanum illud, & Siculum, Cœnobium, ante tempus ab oraculo præfinitum (cuius quidem in idoneo aliquo authore mentio extet) conſtructum reperitur. Fruſtrà proinde Hiſpanienſes Benedictini iam inde ab D. Benedicti ævo, illius leges in Hiſpania vulgò receptas eſſe gloriantur. Vt vel hoc nomine, Maximi, Luitprandi, ſimiliumque monſtrorum verius, quàm Chronicorum, vanitas, plus æquo appareat. Concludit autem his verbis homo glorioſus. *Si acaſo alguno mas leydo, que D. Ioſeph Pellicer, hallàre otro que añadir en toda la Europa fundado, ò embiado à fundar en vida de S. Benito &c. deſearèmos nos lo enſeñe en Eſcritor claſico, como no buelua à llegar al Marco Maximo &c.* Hæc Pellicerius velut è tripode. Mitto plura alia, quæ

In nullo idoneo Auctore ante 8. ſęc. Benedictini inſtituti propagati mentionẽ fieri, velut è tripode Pellicerius pronuntiat.

 extra

extra chorum adducit, neque nobis hilum officiunt. Ea forſi data occaſione, infra confutabimus.

Quod Hermenegildus in ſæculũ 9. differt.

6 Sed, vt ad Hermenegildi obiectiones redeamus, hic non ſatis habens Pelliccrio ſubſcripſiſſe: ſub Carolo demum Magno, ac Ludovico Pio eius Filio, Benedictinam Regulam in Gallia propagari, eiuſque mentionem in aliquibus Synodis, iiſque Provincialibus, iniici cœpiſſe, mordicùs putat. Itaque ante annum Domini 800. cùm ij Principes imperitarunt, duodecim illa ſolùm Cœnobia, additis ſummùm Glanafolienſi, & Siculo, Benedictina in tota Europa fuiſſe.

Argutiarum Hermenegildi dilutio.

7 Sed hæc omnia offuciæ meræ, meræque gerræ ſunt, indignę ſanè, queis ſeriò reſpondeamus. Sed, quando hoc ſaxum volvere cœpimus, ad hæc, age, nos demittamus. Ad illud ergo, quod de Diplomatum corruptela inculcas, ad ſuperiora te reijcimus; vbi hæc, & alia eiuſdem furfuris accuratè diſcuſsimus. Nam quod Regulæ Benedictinæ, Ordiniſve Benedictini vocabula recentioris ævi eſſe putas, fruſtrà es. Nos enim conſultò illis teſtimonijs, quæ *Benedictinam Regulam* his (vt vulgò loquuntur) terminis formalibus, citant, religiosè abſtinuimus: ea ſolùm adduxiſſe contenti, quæ *Regulæ Sancti Benedicti, Normæ Sancti Benedicti* (quæ formulæ vetuſtiſsimæ ſunt, atque cum eadem fere natæ) ſolùm meminere. quas ſi recentioris ſolùm ævi eſſe probaris; en tibi herbam porrigimus.

Probabiles coniecturas iniuria Hermenegildus improbat.

8 Quod verò coniecturas, quamvis firmis nixas rationibus, improbas; in eo ſolemne illud tuum tenes, vt ea reprobes, quæ quotquot humanum ſenſum non exuere, probare ſolent. Sanè ſi probas, atque ex rerum natura petitas coniecturas ſtat improbare: omnes fermè cùm ſacras (vbi à Canonicis diſceſſeris) tum Profanas hiſtorias, falſitatis damnare pores. Adi mihi Euſebium, Baronium; adi quotquot Antiquioris Eccleſiæ res attigerunt. Livium, Tacitum, Diodorũ, alioſque, qui profanas conſcripſerunt, mihi conſulito. Animadvertes profectò in eorum monumentis non poſtremũ locum coniecturis, probabilibus dumtaxat, eſſe: eoque præſtãtiorem quemque Hiſtoricum vulgò cenſeri, quò ſagacioribus

Queis præſtãtiſſimi quique Hiſtorici vſi.

coniecturis vtatur, reſque denſis antiquitatis tenebris obſitas in lucem protrahat. Quare ſi his Hiſtoriam orbes, oculos ipſi, eâdem operâ, erueris.

Adde

Digitized by Google

9 Adde quòd eam vim non rarò coniecturæ habent, vt cui rei plures ſuffragentur, eam certam prorſus, & exploratam efficiant. Quod exemplo ſubiecto ante oculos ponere iuvat. Occiderit quis hominem, atque inquiratur in homicidam. producatur teſtis, qui dicat ſe eum eſſe claudum animadvertiſſe. aſſerat alius, ſe eius comam rufam eſſe notaſſe. accedat tertius, qui veſtem candidam eum geſtare teſtetur. quartus procera eum ſtatura eſſe, luſcioſumque pro teſtimonio dicat. Ex his prudens, ſagaxque Iudex, in certam homicidæ notitiã venire queat. quamquam enim ſingula teſtimonia meræ ſint ſolummodò coniecturæ; multi enim in vrbe claudi, multi ſubrufa coma, multi veſte candidâ induti, multi denique luſcioſi, proceraque ſtatura eſſe poſsint, vix duos tamen in quos hęc omnia quadrent, & conveniant, in vrbe quamvis populoſa, erit reperire. Itaque vbi in quempiam his notis omnibus inſignem Iudex inciderit, ſe homicidam verum tenere nihil dubitabit. Simile in Hiſtoria fit. coniecturas, quæ ad veritatem rectà ducant, prudens Hiſtoricus hinc inde venatur. Sagacitate, & dexteritate quadam hìc opus eſt. quâ qui pollet, ſæpè verum, quod in Democriti puteo altè defoſſum latitabat, eruere ſolet. Vides igitur coniecturas non ſine diſcrimine ab Hiſtoria relegandas, quin ſæpè in auxilium advocandas eſſe. Revincendæ proinde Benedictinorum coniecturæ Hiſtoricorum (quòd ſanè nunqnam præſtabis) antea tibi erant, quàm eas improbares. ſed nimirum omnia præpoſtere agere conſueviſti.

Plures in idem conſpirantes coniecturæ rem moraliter certã efficiunt.

10 In eo autem, quod ais ex Gallonio, Benedictinam Regulam ab Simplicio, cùm antè latitaret, eſſe in lucem protractam, & turpiſsimè erras, & haud ſanè improbabile nobis argumentum ſuppeditas. Largiter, inquam, cum tuo Gallonio erras, ſi vis S. Regulæ codicem à S. Benedicto ſua manu deſcriptum, tamdiù latitaſſe. an Sanctiſsimus P. tantum boni amantiſsimis Filijs invidit? an lumen, quo cæteris præluceret, ſibi cœlitus communicatum, deliteſcere ſub modio eſt paſſus? an ita Monachis abs Sancto Patre conſcriptum libellum deſcribere grave erat, vt tridui, quatriduive laborem deprecarentur? humine defoſſam Regulam, quam abeuntibus Placido, & Mauro, abſdubio, tradidit, moriens Sanctiſsimus Patriarcha reliquit? an potius in propatulo ſitam, qui eius ad

Regulam à S Benedicto conſcriptã, diu poſt eius obitum latitaſſe, veri non eſt ſimilę.

vnguem dictatã obſervabant, Monachi neglexerẽ, quoad ſitu, pulvereque obſitam, Simplicius, vigeſimo demùm ab ſui Magiſtri obitu anno, in lucem emiſit? Iam duodecim illa Monaſteria, quæ S. Benedictum condidiſſe vel ipſi fatemini, eſt ne veriſimile, Magiſtri optimi, & chariſsimi Regulâ tamdiù caruiſſe? Hæc ſi deglutieris, atque concoxeris, valido in primis ſtomacho es, Hermenegilde.

Carmina, quæ ex præfatione S. Regulæ nobis obijciũtur, alium auctorem habent, quàm Simpliciũ.

11 Sed quid, inquies, Simplicij teſtimonio faciemus, ſe Magiſtri *latens opus in lucem protraxiſſe*, tantum non deierantis? Principiò eam Regulæ præfixã Præfationem Simplicij non eſſe, cum Paulo Auguſtino de Ferrarijs Monacho Caſsinate, in ſuis ad S. Regulam eruditiſsimis Notis, putamus. Mittimus plura apud ipſum videnda, quæ ei rei confirmandæ efficaciſsima profert, ipſius Præfationis teſtimonio contenti, quam ita quiſquis eius Author eſt, concludit. *Vna tamen merces vtriſque manebit in ævum.* Quibus verbis id ſibi vult Præfationis Author, Benedictum iuxtà atque Simplicium illum compoſitæ, hunc editæ, ac propagatæ Regulæ camdem mercedem recepturos. Quis porrò credat Simpliciũ ita arrogantem fuiſſe, vt ſe parem, & eamdem cum Benedicto mercedem ablaturum, non ſentiret modò, ſed, quod maioris eſt impudẽtiæ, ſcripto ad poſteritatem tranſmitteret? ſed quicumque tandem ea Regulæ Sanctæ carmina præfixit (Nam paulò vetuſtiorem eſſe nonnulli Caſsinenſis Bibliothecæ antiqui codices, etſi non omnes, nec vetuſtiſsimi, ſatis evincũt) qui illa, inquam, Regulæ præpoſuit carmina, id ſibi voluit; Simplicium Benedictinam Regulam, quam ad id tempus ſibi quiſque privatim deſcribebat, vniſque Monachis eam profitentibus nota erat; librarijs, qui illis temporibus pro typographis erant, deſcribendam tradidiſſe; atque ita publici iuris factam eſſe.

Ex Revelatione Benedicto facta, eius Regulam ante Petronacis tẽpora per Europã divulgatam non fuiſſe, minimè elicitur.

12 Ad Pellicerij argumentum veniamus; quod leve nimis fuerit, diluiſſe. Nam illo Hoſtienſis teſtimonio, id vnũ continetur, Benedicto ab ſe erecti, optimiſque legibus communiti Cœnobij ruinam futuram inconſolabiliter deploranti, idem, poſt áliquot annorum curricula, in ampliorem ſtatum, ac magnitudinem olim reſurrecturum, indeque porrò leges ad primævæ Diſciplinæ ſeveritatem exactas ex varijs Orbis Regionibus petitum iri, cœlitus patefactum fuiſſe. At vnde

de hinc elicit Pellicerius, aut ante eam Benedicto oblatam viſionem, aut ſecundùm illam, quamdiù Caſsinenſe Monaſteriũ ſtetit, inde Regulam ſanctam ad varias Europæ Regiones importatam non fuiſſe? Vnde ab alijs Cœnobijs, quæ, etiam ipſo fatente, poſt fatalem illam Caſsini ruinam, perſiſtebant (cum nihil huic rei illud oraculum repugnet) non eſſe interim petitam? Quare vaniſsimum eſt, quod ait, vſque ad Brixiani Petronacis tempora, ex duodecim illorum Cœnobiorũ gurguſtijs Benedictinam Regulam non emerſiſſe.

13 Nam quòd addit, *ſi quis, qui ſe plura legerit* (nimirum nullum ſibi hac in re parem, toto in Orbe repertum iri putat) *apud idoneum authorem locum demonſtrarit, ex quo præter quatuordecim illa Cœnobia, Vllum aliud conſtet, ante Caſsini inſtaurationem, extructum, ei ſe gratiam habiturum*; in eo hominis partim confidentiam, qui quod ipſe neſciat, nemini notum eſſe poſſe ducat, partim ignorantiam, ſive cæcitatem, qui rem obviam, quamque præ manibus, oculiſque habebat, non viderit, mirari ſubit.

Nota partim cõfidẽtiam, partim ſtuporem Pellicerij.

14 Quæro ergo ex te Pelliceri, eſt ne Leo Hoſtienſis ſatis locuples teſtis? Non credo, inficias ibis, quando eius teſtimonijs ſæpiſsimè vteris. Hic igitur eo in loco, quem poſt paulò ex ipſo deſcribis, hæc verba habet, per quæ, non vnum, aut aliud, ſed innumera noſtri Ordinis Cœnobia, longè ante Caſsini inſtaurationem erecta eſſe, nemini dubitare licet. Sed præſtat ipſum Leonem audire. *Hinc factum eſt*, inquit, *Vt per Virum Dei ſanctiſsimum Maurum, eiuſque Diſcipulos omnis Ordo, & Regularis Diſciplinæ norma, quæ per Beatiſsimum P. Benedictum hoc in loco fuerat conſtituta, per totam Galliam diſſeminata, atque diffuſa eſt*. Hæc ille. Voti reus es Pelliceri. Nobis devinctus es, qui non vllum, aut aliud Benedictinum Cœnobium, ante Caſsini inſtaurationem, ſed tot eorum examina, quot Leo haud obſcurè innuit, erecta eſſe, adeo luculenter te docuerimus.

Qui apertũ contra ſe Hoſtienſis, quem citat, teſtimonium nõ viderit.

15 Sed enim lubet, vel ex ſupervacuo, alium idoneum, credo, teſtem in medium adducere. Is eſt Fauſtus ille S. Mauri nobilis diſcipulus, quique eius res geſtas ſtylo ad poſteritatem tranſmiſit. En eius verba, quibus S. Maurum, cùm primùm in Gallias appulit, loquentem inducit. *Nos*, inquit, *noſtræ congaudentes peregrinationi expectemus, Vt deVotiſ-*

Aliud S. Fauſti teſtimonium, quod eius ſentẽtiam iugulat.

ſimi

ſimi ſervi, conſolationem Domini, & per omnia veſtigia P. N. Sanctiſsimi Benedicti imitari ſatagamus; qui relicta domo, & rebus Patris, & ad vltimum Nutricem ſuã occultè fugiens, ac ſoli Deo placere deſiderans, tantam à Domino promeruit gratiam, vt nemini poſt Beatos primos Apoſtolos vnquam fuerit ſecundus: ſed potius, Deo ſe iuvante, tot Sanctorum ſteterit Fundator Cœnobiorum, tantaque Domino acquiſierit millia perfectorum Monachorum. Hæc Fauſtus. Ex quibus luce meridiana clarius conſtat S. Benedictum plura alia, quam quatuordecim illa Cœnobia, ſive per ſeipſum, ſive Diſcipulorum operâ ædificaſſe. Dum enim Fauſtus ait *SS. Patrem tot Cœnobiorum Fundatorem fuiſſe*, plura, dubiò procul, quàm quatuordecim innuit. Hæc enim pauciora erant, quam vt à viro gravi illam auxeſin exprimerent. Iam verò, cum dicit, *multorum millium Monachorum Patrem extitiſſe*; nullum dubitationi locum relinquit. Quandò quatuordecim illa, vix mille, nedum tot millibus, commodam habitationem præbere potuerint.

Idem S. Odilo. Cluniacenſis cõfirmat.

16 Neque verò obſcurius, aut ignobilius eſt S. Odilonis Cluniacenſis teſtimonium, qui circa annum Domini 994. toto orbe nobiliſsimi Cœnobij præfecturam inijt. Is in vita Deceſſoris ſui Sancti Maioli, quæ extat apud Surium V. Idus Maij. ita ſcriptum reliquit. *Poſt S. Benedicti ex hac vita migrationem per Beatum Maurum illius Diſcipulũ omnis penè Gallia eius inſtitutionis, & Religionis inſtituta ſuſcepit, atque per eumdem Maurum, eoſque, quos ille ad iuſtitiam erudiuit, per longa temporum ſpatia eadem Religio ad perfectionis cumulum excrevit.* Quæ verba Pellicerio iuxta atque Hermenegildo ſilentium iure indicant. Plura dare poſſemus, ſed ſupervacaneo labori conſultò abſtinuimus. Hæc autem eò adduximus, quò quanti Traſſonica Pellicerij verba fieri debeant, omnibus liqueat.

Hermenegildi obiectiuncula diluitur.

17 Quod autem Hermenegildus Benedictinæ Regulæ promulgationem ad M. Caroli, eiuſque Filij Ludovici tempora differt, æquè futile, vt vidimus, ac ridiculũ eſt: ſed omnes lepôres ſuperat, quòd in abſurdiſsimæ rei confirmationẽ trahit, id quod apud Martyrologij nuperi eruditiſsimũ Scholiaſten Papebrochium, *Gallos nonnullos ſuper aduentu S. Mauri in Galliam, muſſare*, legerat. Itaque homo, qui omnes

nes adverſus Benedictinos muſsitationes, tumuſculoſque omnes captat, triumphum, quaſi parta iam victoria, celebrat, anteque congreſſum, velut ſuis è Gallia pulſis adverſarijs, Pæana canit. Sed incaſsùm omnia. nihil enim Benedictinos movent, nedum terrent, hæc Panica. Præſtaret, vt eruditiſsimum noſtrum Dacharim conſuluiſſet, apud quem tum iſtud, tum alia pleraque eiuſdem furfuris ſolidè confutata, atque in ventos, levium inſtar foliorum, diſsipata, cernere eſſet. Quare maneat, etiam Gothorum tempore, ſuperſtite adhuc, aut certè recèns defuncto Magno Benedicto, eius Regulam (quidquid obſtrepat, & ogganiat cum ſuo Pellicerio, & Gallonio Hermenegildus) in Hiſpaniam appuliſſe.

Obiectio ex D. Ildefonſi teſtimonio ducta.

18 Efficacius in ſpeciem poſſet quiſpiam contra nos arguere, ex D. Ildefonſi opuſculo *de Viris illuſtribus*. ibi enim cap. 4 de Donato Monacho Afro agens, hæc habet. *Iſte prior*, inquit, *in Hiſpaniam Monaſticæ obſervantiæ vſum, & regulam dicitur adduxiſſe.* At hoc accidit, teſte Ioannne Biclarenſi, V. anno Iuſtini Imp. Leovigildi Hiſpaniarum Regis III. hoc eſt Chriſti 570. Cum ergò S. Benedictus, iuxta veriorem, acceptioremque apud Hiſtoricos noſtros Chronologiam, anno Domini 543. aut circiter obijſſe ponatur, eius inſtitutio, ac vivendi ratio, ipſo vivente, aut ſub eius exceſſum, in Hiſpaniam invehi nequivit. Niſi in re ab ſuo ſæculo non admodum remotâ D. Ildefonſum fœdè lapſum eſſe, dicere velimus. quod ſanè eſt perabſurdum.

Donatum Benedictinam regulã non potuiſſe invehere in Hiſpaniam.

19 Neque vero ab ipſo Donato Benedictinum inſtitutum in Hiſpaniam importatum eſſe dici poteſt. Cum in Africa, vndè ille venerat, vnum Auguſtinianum vigeret, & coleretur, de Benedictino porrò, ne fando quidem, eſſet tum temporis auditum. Longè igitur poſt Epocham, quam nos Benedictinæ Regulæ in Hiſpaniam adventui præfinîmus, ad eam appulerit. Accedit, quòd tota res falſitatis ſuſpicione flagrat vehementius, cum non annus præcisè, non menſis, non dies deſignetur.

Pellicerius circa annum 437. Donatum in Hiſpaniam traieciſſe opinatur.

20 Mirè ſe torquet Pellicerius, vt hunc nodum ſolvat. Nam ex vna parte, longè ante annum 537. quem nõnulli noſtrorum in Hiſpaniam appulſui aſsignant, in eâ Monachos pleroſque fuiſſe contẽdit. Ex alia videt à pleriſque hunc Donati (quem primum Monaſticen in Hiſpaniam invexiſſe Ilde-

Ildefonſus innuit) in eam adventum, in annum Domini, quẽ diximus 570. conijci. Hàc igitur, & illàc, fulguriti modo, vagatus, in eum ſcopulum impingit, vt velit longè antè, hoc eſt circa annum Domini 473. aut circiter Donatum in Hiſpaniam appuliſſe.

Nos, ante Benedictinos, Monachos in Hiſpania nullos fuiſſe, nũquam ſomniavimus.

21 Sed incaſsùm omnia. nobis enim nunquam in mentem venit aſſerere, nullos, ante noſtrorum adventum in Hiſpania Monachos fuiſſe. Hoc vnum aſſerimus, hoc ſemper aſſeruimus, maximam antiquitùs Monachorum in Hiſpania, ante Benedictinæ Normæ exortum, raritatem fuiſſe; eoſque magnam partem, cùm primùm huc invecta eſt, in eius leges conceſsiſſe.

Donatum circa annum 437. floruiſſe, eſt improbabile.

22 Quòd autem Pellicerius contendit circa annum Domini 437. præter propter, Donatum ex Africa in Hiſpaniam traieciſſe, eſt falſum apertiſsimè. Nã Donati penè coævus Abbas Biclarienſis, anno Domini, vt vidimus 570. Donatum Servitani Cœnobij Abbatem floruiſſe diſſertiſsimè affirmat. Quin ex ipſa Virorum Illuſtrium, quos Ildefonſus recenſet, ſerie, longè poſt tempus à Pellicerio aſſertum, Donatum floruiſſe, haud obſcurè colligitur. Vnum enim Gregorium ob Summi Pontificatus, aut Doctrinæ prærogativam, quamquam alijs pleriſque recentiorem, primo loco, extra ordinem, collocat: in cæteris ſeriem temporis, quo quiſque viguit, tenet, ac ſequitur. Iam Donatum, Montanum inter, & Auraſium Toletanos Antiſtites, medium collocat. quorum primus circa annum Domini 527. ſecundus ſub annum 603. Toletanæ ſedi præfuit. vt meritiſsimò D. Ildefonſus Donatum, quem circa annum Domini 570. floruiſſe nos Biclarenſis docuit, duos inter, medium locarit.

Neque obſtat Pellicerij obiectiũcula.

23 Neque officit quòd Pellicerius opponit. ait enim D. Ildefonſum de re ab ſuo tempore valde remota loqui, ſatis eius illa verba arguere: *Iſte prior in Hiſpaniam Monaſticæ obſervantiæ vſum, & Regulam dicitur adduxiſſe.* Nam cum illa D. Ildefonſus ſcriberet, iam 90. ab anno Domini 570. cùm Donatus in Hiſpaniam advenit, effluxerant anni. quare nil mirum ſi *τὸ dicitur* vſurparit, quãdò in multò recentioribus, immò in ijs, quæ planè inſtant, eamdem loquendi formulã non ſemel adhibeamus. His tamen ommiſſis, ad veram argumenti explicationem ſtylum convertamus.

Reſ-

Digitized by Google

24 Reſpondemus itaque illa S. Ildefonſi verba, vt ſonant, intelligi non poſſe: cum ante illud tempus Monachos in Hiſpania fuiſſe planiſsimè conſtet. itaque in commodum ſenſum trahenda ſunt. Mihi P. Marianæ ſuper hac re iuditium admodum probatur, qui lib. 5. cap. 11. quaſi D. Ildefonſi interpretem agens, ſic ait. *Gregorio æqualis Donatus Monachus, adiunctis ſeptuaginta Socijs, ex Africa venit in Hiſpaniam, & opibus Minicea præpotentis fœminæ, & copioſæ, Servitano Monaſterio extructo Setabi, vt pleriſque placet, Monaſticam viuendi rationem, certis nimirũ legibus, inſtitutiſque temperatam, invexit primus in Hiſpaniam, vt Ildefonſus ſcribit.* Hæc ille. Itaque non abſolutè Monaſticen Donatus primus invexit in Hiſpaniam, ſed *certis legibus, & inſtitutis*, vt Mariana loquitur, antè id tempus inuſitatis, *temperatam.* Quod profectò non vetat, quin antea Benedictini, ſicut & alij Monachi antiquieres, fuerint in Hiſpania.

Ildefonſi teſtimonij vera interpretatio ex Mariana.

25 Quod prætereà addebatur, falſitatis ſuſpicionem haud levem facere, quòd non annus, menſis, dieſque noſtrorum in Hiſpania adventui aſsignatur; id eſt planè ridiculum, cum pleraque ſint certiſsima, quorum tamen præciſum tempus nemo hactenus aſsignarit. Quid certius, quàm Romam ab Romulo conditam eſſe? atqui de eius conditus tempore diſsident Authores graviſsimi integro anno. Et, vt ad ſacra, longèque vt certiora, ita memorabiliora veniamus; quid certius quàm Chriſtum Dominum Bethlehemi natum? an tamen iſte, in quo hæc ſcribimus, qui eſt 1680. æræ Chriſtianæ, totidem à vero Chriſti nativitatis anno diſtet, diſputant Chronologi; neque adhuc ſuper hac re quidquam habemus certi aut explorati. Ex quo argumentum, quod contra nos à temporis obſcuritate ducitur, imbelle admodum eſſe, immò ridiculum apparet. Si enim ex eo, quòd certus annus antè, vel poſt obitum S. Benedicti, quo anno noſtri in Hiſpaniam appulerint, nequit deſignari, eos anno circiter 540. huc minimè advenire potuiſſe, licet argumentari: cum non Pellicerius, non Hermegildus, non quiſquam alius, menſem, annum, diem, noſtrorũ adventui hactenus præciſè, certòque deſignarit; eos nunquam in Hiſpaniam adveniſſe pariter colligere licebit. Quod quàm ſit ridiculum, vel cæco apparet.

Suſpicio Hermenegildi levicula.

Alia

Aliæ Hermenegildi obiectiunculæ, queis noſtrorum fidem Diplomatum convellere, ac labefactare molitur, proponuntur, ac diluuntur.

Ad nõnullas Hermenegildi argutias diſcutiendas gradum facimus.

1 SATIS, Vt arbitror, ex dictis liquet, quàm temerè, irritoque conatu, noſtrorum Diplomatum, ac monumẽtorum firmitatẽ infirmare Hermenegildus moliatur. Eaque fundamenta iecimus, quibus, quæ in nos intorquet tela, nullo negotio retundantur. Nunc iam calcata veſtigia iuvat relegere; ac ſi quid, quod, vel vmbrã difficultatis, ingerat, per oblivionem, aut imprudentiá ommiſimus, ante quàm ad alia accedimus, hîc explicare.

1. Contra Montenſis Monaſterij ſub inſtituto Benedictino antiquitatem.

2 Adverſus Monaſterij igitur S. Petri Montenſis Antiquitatem ſic arguit. D. Fructuoſus eius Cœnobij Conditor propriam, ac peculiarem Regulam compoſuit, quam ſuis Diſcipulis propoſuit obſervandam. Non ergo Benedictinam, quæ toto ab illa Cœlo diſsidet, aut ipſe coluit, aut ſuos Diſcipulos docuit, & in ea, quæ excitavit Cœnobia invexit, vt noſtri aſſerunt.

Cui pridem Yepius N. fecerat ſatis.

3 Sed hoc leve eſt, iamque pridem ab noſtro Yepio ſolutum. quem ſi tu, vt par erat, legiſſes, te iſthæc chartis illinendi, nos iam pridem ab eo allatam explicationem inculcãdi labore levaſſes. Reſpondemus ergo cum Yepio, illam D. Fructuoſi Regulam nihil aliud, quàm inſtar ſcholiorum Benedictinæ eſſe. Quod ſi quæ habet, in queis à noſtra diſcedat, ea pro loci, ac temporis opportunitate, Fructuoſus immutanda cenſuit. Præſertim cum Fructuoſus non Cœnobitis dumtaxat, ſed etiam Anachoretis in illa Montenſi Eremo præfuerit.

D. Fructuoſus novam Regulã Monaſticam non invexit.

4 Et verò D. Fructuoſum, quicquid nuper cum ſuo Hermenegildo Pulgarius contendat, haud novam regulam cõdere, ſed alius iam dudum receptæ Monachos ſibi ſubditos ammonere, ſi qua deeſſe putabat addere, alia obſcurius dicta, aut ab nonnullis minus intellecta illuſtrare, nonnulla, pro locorum ac temporum varietate, & opportunitate mutare, ſibi propoſuiſſe; qui eam, quæ eius nomine circumfertur, attento atque à præiudicijs vacuo animo legerit, dubitare nequit. Nã ſubinde in illa ad Regulam ſuos Monachos remittit, vt cap. V. de *Menſis* vbi hæc leguntur. *Quod ſi quis Monachus violaverit, & contra ſanctionem Regulæ, vſumque veternum*

Quod ex eius Regulæ textu elicitur.

num

num veſci carnibus præſumpſerit &c. ſed multò clarius cap. 8. vbi hæc ſcribit: *Obedientia*, præceptum eſt Regulæ, *vt impoſsibilibus quoque rebus opere atque affectu oſtentetur, & teneatur vſque ad mortem &c.*

5 Quæ & ſimilia accuratè ſunt ponderanda, ne quis ſuper hac re ſcrupulus ſuperſit. Nam imprimis cum Regulæ Fructuoſus meminit, aliam proculdubio à ſua innuit, & intelligit; cum idem in ſua, quanta quanta eſt, de rebus iiſdem verbum nullum aliubi fecerit quænã ergo Regula illa eſt adeò celebris, Monachiſque familiaris, vt Regulæ κατ' ἐξοχὴν nomine inſigniatur, & ſignificetur? Benedictina abs dubio, cuius pleraque dictata, & ſcita, ſuâ in Regula Fructuoſus etſi alijs verbis, eâdem tamen ſententiâ, paſsim affert, & repræſentat.

Qui accuratè expenditur.

6 Et quidem ſanctio illa de abſtinentia à carnibus in Regulæ Benedictinæ cap. 38. extat Iam præceptum illud obedientiæ quæ vel ad *impoſsibilia* ſeſe porrigat, & extendat, adeo Regulæ Benedictinæ proprium, & peculiare eſt, vt cum in nulla alia Regula reperiatur, in ea tamen integrum caput 68. ei dicatum ſit. vt cum eius meminit Fructuoſus Benedictinam Regulam, velut intento digito, demonſtret, & oſtendat. quare dubitandum non eſt, quin leges Benedictinæ, antè quam ſuas Fructuoſus ferret, dudum eſſent receptæ, & Monachis Hiſpanis familiares, haſque illarum, inſtar interpretationum, & appendicum eſſe, prorſus certum & xploratum videtur. Itaque hæc Sancti Fructuoſi Regula, adeò Benedinæ in Hiſpania noſtra propagationi, & receptioni antiquiori non obſtat, vt ex ipſa potius eius in illa antiquitas, pervetuſque notitia & vſus, invictè eliciatur, & confirmetur.

Obedientia etiam ad impoſsibilia ſe extendens Benedictinæ Regulæ peculiaris.

7 Adde quòd ridiculè Fructuoſus ſuos Monachos ad ignotam regulam Benedictinam remitteret, iniunctique ab ipſa præcepti inaniter admoneret, ni eandem ante ipſi amplexi, & profeſsi eſſent. poterant enim Monachi illi Fructuoſo regerere id, quod ſibi à nonnullis Benedictus Anianenſis Abbas regeſtum memorat: *Quid ad nos quam non promiſsimus regulam legere?* id enim perinde eſſet ac ſi quis Franciſcano Benedictinæ, Benedictino Franciſcanæ regulę violatæ religionem inijcere velit quod cum longè à Fructuoſi, talis ac tanti viri prudentia abſit, credendum omnino eſt, illius cum regulæ

gulæ mentionem facere, eiuſque decretis proponendis negli-gentium aures vellere, in cuius verba iurarant, quamque du-dum profeſsi erant. Iam cætera, quæ duobus ſat vaſtis Paragra-phis adducis, nihil aliud præter clamores, putidas eiuſdem rei inculcationes, probraque, quà in Quintanillam privatim, quà in noſtrum Ordinem vniverſim, coniecta continent: quæ, quia ſuprà abundè difflavimus, eamdem ſerram reciprocare non lubet, aut vacat.

Nec Hermenegildi clamores, moleſtiſsimaſque repetitiones moramur.

8 Capite ſequenti id vnum agit, vt Agalienſe Cœno-bium nobis eripiat. Probarat id noſtrum fuiſſe Quintanilla, Traditione, Magnorum virorū teſtimonijs, ingentiſque pon-deris argumento ab Samonenſi Cœnobio (quod nunquam nō Benedictinum fuiſſe Sole clarius eſt) ab Argerico Abbate, So-cijſque Toleto profugis erecto, petito. Traditionem deridet, graviſsimorum hominum teſtimonia contemnit, Samonenſe-que Cœnobium, quidquid Diplomata id affirmantia ingemi-nemus, ab illis ſub Benedictina Regula erectum, anicularum ad colum garrientium narratiunculam putat. ſed quo iure om-nia humanitatis iura peſſundet, plus iam æquo ſuprà demon-ſtravimus.

2. Agalienſe Archiſterium nobis abiudicare ridiculè nititur.

9 At illa (difficillima nempe) obiectio, quam nume-ro 12 eiuſdem capitis affert, citra piaculum omitti non po-teſt. Putat enim ſe, vnico velut ictu, tùm Quintanillæ, cùm nuperorum Chronicorum commenta diſsipaſſe. Dixerat Quintanilla Argericum cum Socijs Agalienſe Cœnobium, cū Sarracenorum tyrannidem ferre non poſſet, deſeruiſſe, cir-ca annum Domini 759. atque in Galleciæ avia fugâ delatos, Samonenſe Monaſterium ibi ædificaſſe. Aliunde hæc Chroni-ca, quæ in hac parte Quintanilla probat, & ſequitur, produnt Agalienſe domicilium ad annum Chriſti 1006. cùm Tagus vltra ripas vehementius effuſus, tum alia pleraque ædificia, cū illud præſertim ſubruit, ac ſolo æquavit, in veſtigijs ſtetiſſe: quæ duo Hermenegildo videtur ἀσύστατα. Itaque in hūc fer-mè modum Quintanillæ, illorumque Patronis Chronicorum inſultat. Si Argericus cum Socijs Monachis circa annum Do-mini 759. in Galleciam ſe contulit, ſi ibidem, vt Benedictini volunt, Samonenſis Cœnobij fundamenta iecit, quî fieri po-tuit, vt Agalienſe Cœnobium ad annum Domini milleſimum ſextum ſteterit? quando Monachi profugi Toletum remigra-runt?

Hermenegildus quaſi de Benedictinis triumphatis Pæana canit.

Digitized by Google

ſunt? quando ab Sarracenis intra ſuæ mœnia vrbis recepti? ſi ſæva in Chriſtianos Perſecutionis coorta tempeſtas ſuis eos laribus exegit, quo tandem modò eius furori Cœnobium eximi potuit? Nonne eius prædia,ſive Regio fiſco,ſive Mauris in prædam cedere, neceſſe omnino erat? vndenam ergo, aut eos reverſos, aut ipſis prædia reddita eſſe conſtat? Tandem quaſi parta victoria tumidus ita concludit. *Padre Maeſtro eſtos tropiezos ſe han de prevenir, quando ſe vrde la tela. Porque ſi no ſe previenen, darèmos de hocicos en los tropezones.* Hæc ibi Hermenegildus. quæ eò ad verbum poſuimus, vt appareat hominis ſtupor,qui quàm ſibi victoriam ſomniat, tot clamoribus celebrat.

10 Sed enim hæc omnia nugæ meræ ſunt, quas retuliſſe (apud cordatos vtique) difflaſſe eſt. Quid enim vetat, imminente ea Maurorum Perſecutione; nonnullos, & in his Argericum Abbatem, meticuloſiores, deſerto Cœnobio, fugâ ſalutem quæſiſſe: alios porrò animoſiores, nihil malis impendentibus territos, ſtationem deſerere noluiſſe? nonne ſimile in S. Clandi Legionenſis Cœnobio cernere licet? cùm enim vir ſanctiſsimus Vincentius eius Abbas ab Arianis ſævíſsimè trucidatus fuiſſet, noctu Ramiro eiuſdem Monaſterij Prxpoſito, Monachiſque ſe ſpectabilem præbuit,eoſque imminentis ſibi ab ijſdem Arianis necis, certiores fecit. Deinde author fuit,ſuas vt quique vires animique robur apud ſe expenderēt. Qui ſe crudeliſsimæ pro Chriſto neci ſubeundæ pares crederent, ad eam iam iam impendentem, ſe compararent. qui ſuo robori diffiderent, ſeſe quantocius imminenti cladi fuga ſubducerent. Ramirus Prior cum duodecim ſocijs turpe fugere ratus,Arianorum furorem excepit. Cæteri in Gallæciam fugâ evaſerunt, vbi S. Clodij celeberrimum Cœnobium,quod hodie Ciſtercienſes habent, erexere. Quid prohibet ita in Agalienſi Cœnobio factum?

Sed iniuria.

Cum nonnulli cū Argerico Abbate fugam capeſſere, alij in ſtatione permanere potuerint.

Vt in S. Claudij Legionēſis factū.

11 At in Legionenſi, aìs, Monachi, qui cum Ramiro manſerunt, ad vnum omnes mactati ſunt; Monaſterium verò ſolo æquatum fuit. Pariter ergo (ſi vera ſunt, quæ illa Chronica produnt) in Agalienſi Cœnobio eveniſſe par eſt. Ergo illud poſt 250. & amplius annos ſtetiſſe,malè materiatum cōmentum eſt.

Hermenegildi argutiola.

12 Præclara ſanè collectio! quid ſi Monachi illi pro-

 fugi

Quæ facilè diſij-citur.

fugi timuerunt, vbi non erat timor? quid ſi Barbaros donis, precibus, officijs placarunt? nihil horum non potuit fieri. Nihil alicuius nominis author factum negat. Deſine ergo ante victoriam partam ovare; triſtaſque demitte, quas, confidentiæ comes individuus, ſtupor, in tantum erexerat.

Epitome Hiſtoriæ Benedictinæ recèns edita commendatur.

13 Prodijt nuper Hiſtoriæ Benedictinæ Epitome, vt titulus præfert: revera Hiſtoria, brevis illa quidem, ſed iuſta, rebus gravida, omnibuſque numeris abſoluta, Gallico idiomate elegantiſsimè ſcripta, Authore Anonymo obſervantiſsimæ & nobiliſsimæ Congregationis S. Mauri Monacho; qui nomẽ ſuum immortalitate digniſsimum, præ inſigni modeſtia animique demiſsione, nobis invidit. Eam nos, pro eo ac operis præſtantia meretur, ſuſpicimus & exoſculamur, modeſtiſsimumque eius parentem maiorem in modum Congregationis noſtræ Hiſpanicæ nomine rogamus, vt in incepto noſtris hominibus tã proficuo & honorifico pergat porrò, idque quam fieri poſsit breviſsimè ad culmen & faſtigium perducat. Nos quidem eius verſionem Hiſpanicam meditamur; ne noſtri homines, præ Gallici ignoratione idiomatis, inſigni, qui ex eius lectione percipi poteſt, fructu careant, atque fraudentur.

Argumẽtũ, quod adverſus dicta ex ea depromi poteſt, adducitur.

14 Quia porrò tom. 2. l. 4. cap. 55. n. 5. ea ſcribit, quæ his quæ de Argerico puulò ante diximus, adverſari videntur: operæpretium nos facturos putavimus, ſi his quæ vir doctus, & à partium ſtudijs oppidò alienus diſputat, ſatisfacere vtcũque conaremur. ita igitur citato loco Gallicè ſcribit: Mais il
„ (Yepes) avroit bien fait de les rapporter, puiſque ſon opi-
„ nion n' eſt pas ſans difficultè, & que l' on y pourroit oppo-
„ ſer, que l' on ſçait ſeleument qu' Argeric vint d' Eſpagne,
„ ou meme des *xtremitez d' Eſpagne* & non pas de Tole-
„ de, qui eſt le centre de ce vaſte pais: que de ſon temps l'
„ Egliſſe d' Agali ne portoit point le nom de S. Iulien, mais
„ de S. Coſme & S. Damien, come le temoigne Cixila Ar-
„ cheveſque de Tolede &c. hæc ille, quæ latinè ſic ſonant.
Sed enim rectè (Yepeſius) *feciſſet, ſi ea monumenta produceret: quando eius opinio difficultate non caret; eique obijci poſsit, id ſolùm conſtare, Argericum ex Hiſpania, aut potius ex Hiſpaniæ finibus, eò appuliſſe, non Toleto, quæ vrbs in ipſo vaſtæ illius regionis meditullio ſita eſt: atque Argerici ævo Agalienſem Eccleſiam non S. Iuliani*

ni, ſed Coſmæ & Damiani MM. nomen prætuliſſe, vt Cixila teſtatur, Toletanus Antiſtes. Hæc ille.

15 Quibus verbis duo adverſus noſtram ſententiam argumenta continentur; alterum ex eo ductum, quod Argericus non Toleto, vt vulgò Benedictini Hiſpanienſes credunt, ſed ex Hiſpaniæ finibus, quod in alium locum quadret, in Gallæciam advenerit: alterum quod Agalienſe Cœnobium eius ævo, Coſmæ & Damiano, non S. Iuliano (vnde Samonenſe Cœnobium eandem appellationem nactum putant) dicatum eſſet. Et expenditur.

16 Hæc tamen (quod pace viri tanti dixerim) Samonenſis Cœnobij *πατροπαράδοτον* Traditionem minimè enervant, aut elidũt. Nam quod ad primum attinet, quidquid vltra montes, qui Caſtellam veterem à nova diſparant, Mauri poſſidebant, Hiſpaniæ nomine ea tempeſtate donabatur. Chriſtianorum Ditio, Caſtellæ, Aſturiarum, Gallæciæ &c. nominibus gaudebat. Hinc Monachi, qui Cordubâ profugi ad S. Facundi ſedes fixere, ex Hiſpania advenisse, in ſupra à nobis dato Ranimiri Diplomate, leguntur. quod & alibi ſæpe obſervare licet. vt in alio Veremundi II. Diplomate, quod Moralius in Notis ad S. Pelagij Paſsionem producit, vbi hęc leguntur. *Hiſmaelitica gens promovit ſe ex Hiſpaniæ partibus aduerſus Chriſtianos &c.* vbi de Sarracenis qui vltra illos montes incolebant abs dubio ſermo eſt. quod viro oculatiſsimo non latuit, qui ſub n. 5. initium ita ſcribit. Le venerable Argeric Preſtre & Abbè, aiant quittè l' Eſpagne, c' eſt à dire le pais ſoumis au joug des Maures, paſſe &c. Ei occurritur. Hiſpaniæ veteris ſub Maurorũ tyrannide fines.

17 Quòd autem *τὸ ex finibus Hiſpaniæ* viro docto ſcrupulum inijcit, quaſi id non poſsit de Toleto intelligi, nihil eſt. Nam imprimis veteres illi non adeò iſthæc minutiora curabant, vt ab his ſermonis proprietas exigi debeat. quod ſi res ad vivum reſecetur, ſatis propriè quiſquis illud Diploma dictavit, locutus fuit. Nam cum duo cuiuſvis regionis fines ſint, alter citimus, extimus alter, de citimo fine, ſive termino Hiſpaniæ veteris, Diploma loqui credendum eſt. Id autem in Toletum apprimè quadrat, quod non, vt vir doctus putat, in Hiſpaniæ veteris, ſeu Mauricę ditionis meditullio, ſed in eius *finibus*, Caſtellę veteri proximis, ſitum eſt. Sat propriè, vt illis tẽporibus, Diploma Ordonij loquitur.

18 Quod autem addit Argerici ęvo Agaliẽſem Eccle-

SS. Coſmæ & Damiani Cœnobium à S. Iuliani, cuius vetus ea noméclatura, diſtinctum.

ſiam de Coſmę & Damiani, non de S. Iuliani M. nomine dictam eſſe, id multò ad explicandum facilius eſt. Certum eſt enim Monaſterium Agalienſe D. Iuliano dicatum, ab eo quod Coſmæ & Damiano ſacrum erat, diſtinctum eſſe, longèque ante Argericum natum, id nominis habuiſſe, quin vllum mutationis, quoad ſtetit, extet veſtigium. Conſtat hoc ex Synodo Toletana XI. anno IV. Vvambę, Chriſti 675. habitâ; in qua Gratinus Monaſterij SS. Coſmæ & Damiani Abbas, tertio poſt Epiſcopos & eorum Vicarios loco, 6. autem Anila, ſive Avila Monaſterij S. Iuliani *Agalienſis* Abbas, ſubſcribunt. vnde cùm eorum Monaſteriorum diſtinctio, tum vetuſtiſsima compellatio liquet.

Immeritò Mariana de ſubſcriptionibus Synodi XI. Toletanæ dubitat.

19 Neque verò neſcius ſum I. Marianam L. 6. cap. X. his ſubſcriptionibus minus fidei adiungere, quod Gothicis exaratæ characteribus non ſint. ſed Loayſa, qui hæc per otium multò maius examinavit, pluraque dictæ Synodi exemplaria vidit, aſſerit in vno Albeldenſi, ſeu Vigilano codice, has ſubſcriptiones deſiderari, in cæteris vetuſtiſsimis, Longobardiciſque characteribus exaratis extare & reperiri. Quare ſuum robur & pondus, vel poſt tanti Viri obiectiones, Samonenſi traditioni illibata manet; neque eam quamvis validæ admotę machinæ convellunt, aut infirmant.

Monitum magni momenti ad PP. NN. Benedictinos Gallos.

20 Hîc autem commodùm doctiſsimos & candidiſsimos PP. NN. Benedictinos Gallos monemus, ne nuperis, ſi Deo placet, Criticis Hiſpanis, fidem ſuam, in re Monaſtica quidem, adſtrigant; ſi caſum modo, immo & pręcipitium vitare, ipſis cordi eſt. Habent Yepeſium & Sandobaliũ noſtros quibus tutius ſe credant; cum & omnis Hiſpanicæ Antiquitatis multò iſtis peritiores fuerint, & fidei alioquin, vel in cauſa propria, ſpectatiſsimæ. falli hi ſane, & alicubi labi, vt homines, potuere; & verò lapſi ſunt. At nunquam eos fucum orbi litterario, feciſſe, palpumve obtruſiſſe, deprehenſum hactenus fuit. quare nihil eſt quod à talibus viris vereantur, inſidias. Sane Mabillonio, doctiſsimo acerrimique ac limatiſsimi iudicij viro, Salazarius, ille Martyrologij Hiſpanici infelix Conſarcinator, impoſuit; à quo vir optimus, in ſuis ad S. Fructuoſi Vitam Notis eruditiſsimis, S. Petri Montenſis Cœnobium ad Ciſtercienſes hodie pertinere hauſit; cum neque vnquam ad ipſos ſpectaſſe, & hodienum ſat nobile Congregatio-

V. C. I. Mabillonio Martyrologij Hiſpani Conſarcinator impoſuit.

his noſtræ Hiſpanicæ Valliſ-oletanæ membrum eſſe, vel pueris noſtratibus notum ſit. cum in his itaque & ſimilibus noſtrates Critici paſsim cœſpitent & offendant , videant etiam atque etiam RR. PP. quantum ipſis fidere debeant in alijs, quæ intra domeſticos parietes latent,nec extraneis ita obvia, aut expoſita ſunt.

21 Quod autem numeris ſequentibus contendis Moralium Samonenſe Cœnobium inter Benedictina minimè numeraſſe; proindeque eam famam, quam de veteri eius Monachatu Benedictino, Yepius, Sandobalius , alijque ſparſerunt, nuperum eorum eſſe commentum; immanè quantum erras. Moralius (vt ipſum accuratè, & ſine partium ſtudio evolvẽti patebit) vnum Benedictinum inſtitutum in eo Cœnobio, excuſsis eius Antiquiſsimis inſtrumentis,agnovit. Quod ſatis ſuo ſilentio innuit. alioquin ſi alius inſtituti vir doctiſsimus, & candidiſsimus vel leve veſtigium detexiſſet , id tacitum relicturum fuiſſe putas? Nihil igitur ſuper Benedictino eius Monachatu dixit, ne ſoli lucem mutuari diceretur.

Moralius Samonenſe Cęnobium Benedictinum fuiſſe non dicit, quia ſupervacaneum.

22 Neque abſimile eſt,quod ais Hieronymum Romanum Auguſtinianum, famam, ac rumuſculos Benedictinorum ſecutum, id Cœnobium Benedictinum feciſſe. Longè ſecus ſe res habet, Hermenegilde. Vidit, vidit , ac per otium inſpexit antiquiſsimi Cœnobij vetuſtiſsima monumenta. Non credis? Audi ipſum in laudatę Hiſtorię Eccleſiaſticę,L.4. c.6.ſic loquentem. *Vi* (ait vir doctiſsimus) *las eſcrituras del Monaſterio, contemplè el recogimiento , y toda la vida , que alli ſe haze , que es de el Cielo. Su primer nombre es Samanos, y agora corrompido el vocablo, ſe dize Samos.* Et nonnullis interpoſitis,hęc addit. *El Monge Argerico lo hizo aſsi. Y mientras èl vivio, ſe guardò la regla de el Padre S. Benito, y fue caſa de mucha eſtimacion.* hęc Romanus. Viden' ergo ipſum non auritum , ſed oculatum teſtem eſſe? viden' Argericum, quam Toleti profeſſus fuerat Benedictinam Regulam, eo invexiſſe, diſſertè aſſerere?

H.Roman Samonenſe Cęnobium Benedictinum à prima origine facit, non rumuſculos, ſed oculos ſuos ſecutus.

23 Sed pudet,tędetque diuturnioris in his moræ.quare manum tandem de tabula,ſi prius facetam in primis narratiunculam appoſuero, quam parte 1. cap. 12. n.16. ſuæ ſatiſfactionis ſub finem affert. Eam primùm Hiſpanicè , tum latinè, ne noſtratis idiomatis ignari Hermenegildianę cupedijs elo-

Scurrilis Hermenegildi in Benedictinos iocus.

eloquentiæ fraudentur, dabimus. *Mire P. Maeſtro* (*dezia vn Padre pobre à vn hijo, que tenia*) *Hijo no te puedo heredar, ni dexarte acomodado, porque no me diò la fortuna, en què, ni con què. Pero ſi te ſabes vandear, yo te ingeniarè, y harè rico. Pon pleyto à todos, di que todo es tuyo, y que lo heredaſte de tus Padres, que no faltarà oyendotelo muchas vezes, quien diga, que debes de tener razō en parte, pues tanto lo vozeas : y à pleyto rebuelto* (vide mihi eloquentiam planè Cantabricam) *ganaràs peſcador algo, que yo no te puedo dexar. Todo dize, que es ſuyo, y tātas vezes lo repite, y con tanto esfuerço, que no falta quiē pienſa, que tiene alguna razon. Pero con todo no le ha de valer la traza. Porque dizen, que ſabe mas el que coge la Zorra.* ò merum mel eloquentiæ Hermenegildianæ! quod tibi, Lector, è peſsimo Hiſpanico, malè latinum damus. *Audi P. Magiſter, quoddam mendicabulum in hunc ferme modum filium moriens alloquebatur. Haud poſſum mi fili, opima* (*vt ſanè pervelim*) *te hæreditate ditare. Quando eius mihi rei fortuna facultatem ademit. ſi tamen ſapis, eam tibi artem velut teſtamento relinquā, qua brevi prædives, & copioſus evadas. omnibus litem intendes omnia tua eſſe, eaque à parentibus, ceu per manus traditam hæreditatem accepiſſe magnis clamoribus, Dei hominumque fidem implorans, aſſere. haud enim deerit, qui ſic vociferanti fidem adiungat. Hinc fiet, vt in his litium, velut fluminis, turbis, haud pœnitenda fors tibi, quam præ inopia repræſentare ipſe non queo, piſcatio contingat. In hūc Quintanilla modum omnia ad ſe, ſuoſque pertinere tam ſæpe, tantaque laterum contentione clamitat, vt non deſit, qui ipſum aliqua probabili ratione niti ſibi perſuadeat. Sed enim haud hæc illi ars procedet. ferunt enim, vt vulpes aſtuta ſit, longè tamen aſtutiorem eſſe, ſi quis eam capiat.* Quæ verba, ſcurrâ, planè digniſsima, magiſne in Quintanillam Benedictinum, an in Hermenegildum Hieronymianum quadrent, æquus lector, & candidus diiudicabit.

24 Cap. 13. toto nil fere affert, cui non ſit à nobis ſuprà pleniſsimè occurſum, & ſatisfactum. Duo tamen ſubdere lubet, quæ in ſcirpo, quod dicitur, nodum quærenti, difficultatem afferunt. Alterum eſt, teſtimonium quoddam ex per-

Hermenegildi adverſus Arlāceuſe inſtrumētū ſcrupuli aliquot.

antiquo Arlācenſis Cœnobij codice, in quo eius Hiſtoria cōtinetur, deſcriptum, quod ſic ſe habet. *E luego ſe mandò llevar* (Rex Vuamba) *al Monaſterio de Pampliga, que era de la Orden de S. Benito, è alli recibiò el habito; è deſpues fue traſmudado al Monaſterio de S. Pedro de Arlança &c.* quæ ad rem non faciunt. Contra hoc teſtimonium multa congerit, quorum præcipua apponam, & diluam, levioribus (ſi quid tamen quod non ſit leviſsimum affert) omiſsis. In primis ergò, hanc hiſtoriam nuperrimè confictam, de more, putat: quandò Sandobalius, qui nullum lapidem ſui Ordinis Antiquitati aſſerendæ non movit, nullam eius mentionem facit. 1. quia ab Sandobal.o præterita.

25 Præterea, vtcumque vera eſſet, nullius ponderis ab eius Authore petitum teſtimonium eſſe debere. Primò quia ignotus, & planè Anonymus, quod ſanè ſit ſagaciſsimè ab eo factum: vt hoc pacto, quaſi ſub velo, aut tabulâ delitefcens, tot, quæ in ſuum opus congeſſerit, mendaciorum, non poſsit palam redargui. Deniquè, nam vt maximè notus celebriſque eſſet, nullam tamen (quippe haud dubiè recentior) fidem merebatur. quod duplici argumento evincere conatur. primò ab ſtylo, qui recentiorem reſipit manum. Secundò, quod *Ordinis Sanct Benedicti* ante annum 1100. inuſitatâ formulâ vtatur. Hæc Hermenegildus fuſiſsimè balbutit, quatuor, aut quinque vægrandibus paginis. 2. quia eius Auctor Anonymus. 3. quia recēns cōſcripta.

26 Deinde, Privilegium quoddam ex eiuſdem Cœnobij Tabulario productum, quod eidem Ferdinandus Gundiſalvus, Magnus ille Comes, circa annum Domini 912. conceſsit, invicto (vt putat) argumento, in falſitatis ſuſpicionē adducit. Sed ipſa Diplomatis verba ſubijciamus. *Firmiter*, inquit, *facimus robram, & Donationem Patri noſtro Sōnæ Abbati cum Fratribus ſuis, vel ſucceſſoribus, & ius tenere, ac regere imperamus, & vt docet Regula S. Benedicti, Monaſticam vitam tenere decernimus.* Privilegium pervetus eiuſdem Tabularij in falſitatis ſuſpicionem Hermenegildus vocat.

27 Adverſus hæc, in hunc modum argutatur Hermenegildus. Non eſt, inquit, credibile tantum Principem, quantus fuit Comes Ferdinandus *ſui Patris* nomine Sonnam Abbatem dignaturum. Ergo hoc Diploma ſuam ſatis, ſuperque falſitatem prodit. Præterea ex hoc Diplomate colligere volebat Quintanilla Cœnobium Arlancenſe, etiam Gothorum tē- 4. quia Comes Sōnam Abbatē Patrem ſuum vocat. Ratiociniū Quintanillæ.

 pore

pore, Regulam Benedictinam habuiſſe; in hunc enim modum ratiocinabatur. Ferdinandus Gundiſalvus Pelagium & Socios, veteris illius Cœnobij ab Mauris ſolo æquati ſuperſtites reliquias, dum feram fortè inſequitur, in paupercula casâ, D. Petro ſacrâ, invenit. Eorum ſanctitate permotus, & quòd à Pelagio victoriæ à Mauris paulò poſt obtinendæ certior factus eſt, hoſte ſuperato, nihil prius habuit, quàm vt illi, ſocijſque, antiquo Cœnobio reparando, fauſti nuncij, humaniſsimique hoſpitij vicem rependeret. Incredibile porrò videtur, tam cara ſibi capita, ita durè, inhumaniterque habuiſſe, vt ad aliam vivendi rationem, veteri abdicatâ, arripiendam, tales viros adigeret. Ergo cum Benedictinum impoſterum inſtitutum eos tenere iubeat, indicio id eſt, illud ipſum eos anteà coluiſſe; eamdemque adeo vivendi rationem in veteri à Mauris diruto Cœnobio, vnde in illam eremum ſe penetrarant, à principio, hoc eſt Gothicis temporibus, tenuiſſe.

Quo noſtrum Monachatum Gothicis temporibus aſtruit.

28 Hoc Quintanillæ ratiocinium, ita oppugnat Hermenegildus. Potius enim, inquit, ex ipſis Diplomatis verbis (vt ommittam ea omnia purum, putumque commentum eſſe) illos Monachos Benedictinos antea non fuiſſe manifeſtò colligitur. Si enim Benedictinam antea vivendi rationem ſequebantur, quid neceſſe erat tam ſeverè, ac velut pro imperio, vt eam tenerent, ipſis pręcipere? *Ius*, inquit, *tenere, ac regere imperamus, & vt docet Regula Sancti Benedicti Monaſticam vitam tenere decernimus.* Ecce Comes, inquit, pręcepta ingeminat, quò Monachis aliam ab Benedictina vivendi rationem amplectendi liberratem omnem præripiat. At ſi Benedictini antea fuiſſent, vel innuenda tantùm, aut omittēda prorſus, vt inutilis, ea pijſsimi Comitis voluntas fuiſſet. Ergo ipſum ſe Diploma conficit, & elidit.

Quod diſplicet Hermenegildo.

Quia S. Regulæ ſectatoribus, eius obſervantiam inculcare ſupervacaneum foret.

29 Sed hæc ſunt leviſsima. Nam quòd ait illam Hiſtoriam eſſe ſuſpectam, quod eius nullam mētionem fecerit Sandobalius, quis, quàm futile ſit, non animadvertit? In primis enim vnde colligit eam Sandobalium minimè vidiſſe? Deinde, vt eam ad eius manus non perveniſſe concedamus, vnde ex eo cōfictam eſſe, vel leviſsima veriſimilitudine, colligetur? Potuit ne Sandobalius, vel ſi centimanus foret, omnes omnium Benedictinorum Archivorum ſchedas, omnia Diplomata, libros omnes veteres, queis vix centum anni evolvendis

Temerè Hermenegildus laudatā Hiſtoriam improbat, quòd eam nō adduxerit, viderit ve Sādobalius N.

ſuf-

Digitized by Google

ſuffecerint, paucos ei curæ impendit, pellegiſſe? Itaque nimis fallax, immò ridicula iſthæc collectio eſt. Moralius, Yepius, Sandobalius, vel quivis alius, hoc vel illo Tabulario luſtrato, hoc, vel illud Privilegium non vidit. Ergo ſi ab alio diligentiore, fœlicioreve in lucem protrahatur, id recèns ſuppoſitum, atque confictum eſt.

30 Nihilo plus roboris eſt, in eo quod addit, Anonymi Authoris rationem habendam non eſſe. Imprimis enim eius Author Hiſtoriæ, quamvis à Quintanilla nominatim non deſignatus, ſatis notus, & illuſtris eſt. Fuit enim teſte Yepio in Hiſtoria Arlancenſi D. Gundiſalvus à Redōdo Regum Catholicorum Hiſtoriographus, qui ab anno Domini 1488. vſque ad 1518. totos nempe triginta annos, ei Cœnobio laudabiliter præfuit, in quod præterea circa annum 1500. Reformationem Valliſ oletanam invexit.

Illius Hiſtoriæ Auctor, V. C. Gūdiſalvus à Redondo.

31 Deinde fac Anonymum eſſe. an ideo ſine diſcrimine eijciendus? quam multi libri ſunt, quorum de Authore cum non liqueat, magni tamen ab eruditis, merito habentur? At recentior, inquit, eſt, quæ res multum de eius pondere teſtimonij detrahit. Recentior ſanè, ſi ad illa tempora vetuſtiſſima referatur: ſin ad noſtra ſatis antiquus, qui totis ducentis annis illa anteceſsit. Adde quòd ante has lites exortas, novaque Chronica divulgata floruit; vt eius teſtimonium, magni apud omnes æquos rerum æſtimatores ponderis eſſe debeat.

Vt de nomine nō liqueret, nō ideo reijcienda.

Nec adeo recèns, vt eius teſtimonium nō ſit magni ponderis.

32 His gemina, ac ſimillima ſunt, queis ſpectatiſsimæ fidei, venerandæque Antiquitatis monumentum, Ferdinandi Gundiſalvi Diploma, elevare molitur. Quod enim ſuum Patrem Abbatem Sonnam vocat, eſt illorum temporum pietati, & ſimplicitati Chriſtianæ apprimè conſonum: adeoque illa humanitas de tanti Herois Maieſtate nihil detrahit, vt haud ſanè parum, illam commendet. Certè *amici* nomine, non dicam Reges, ſed nec paulò honoratiores Dynaſtæ vllum hodie dignantur. Atqui Gundiſalvus noſter, nullo magnitudinis ſuæ diſpendio, Pelagium, de quo paulò antè diximus, *amici* loco habuit. En verba Hiſtoriæ, vt vocant Generalis. *E ſi fueſſe el Conde con todos los ſuyos para el Monaſterio de S. Pedro, è dio hi muy ricos dones, è muchas de aquellas nobrezas, que fallaron en las tiendas de los Moros, è muy grande algo al Monge D. Pelayo ſu amigo, que fuera ſu hueſ-*

Gundiſalvus Comes non Patris ſolùm, ſed Amici nomine Sonnam Abb tem co honeſtavit.

hueſped. Hæc ibi. Cui ergo Pelagius *amici* loco erat, quidni Sonnam Abbatem *Patrem* appellaret?

Quin Garſias Rex Abbatem, & Monachos Aemilianenſes Dominos ſuos vocat.

33 Certè Garſias Rex, æra 1087. in Privilegio quodã Garſeanum, & Gomeſanum Monachoſque Æmilianenſes, ſic reverenter affatur. *Necnon, & Dominis noſtris Epiſcopis Gomeſano, & Garſeano, cæteriſque Monachis ſub Regula S. B. in Cœnobio præſenti S. Æmiliani militãtibus, &c.* Quæ extant apud Yepium tom. 1. fol. 280. pag. 2. quin ipſe Comes Gundiſalvus in alio Diplomate Æmilianenſi Monaſterio conceſſo, cuius ſummam noſter Sandobalius affert, in eius Cœnobij Hiſtoria §. 36 fol. 58. Abbatem Fortunium *Dominum ſuum,* & glorioſum Abbatem appellat. ac de his, quidẽ hactenus.

Et Gundiſalvus Abb. Fortunium eodem titulo honorat.

M. Comes Auctor non fuit novi inſtituti arripiendi, ſed in veteri perſeverandi monitor.

34 Obiectiuncula adverſus ſolidiſsimam Quintanillæ argumentationem, ne vel in ſpeciem quidem, eam labefactat. Comes enim, non vti Benedictinum inſtitutum denuò arripiant, ſed vt in eo perſiſtant, ac perſeverent, Monachos illos hortatur. Recole illa: *Vt docet Regula Sancti Benedicti Monaſticam vitam tenere decernimus. tenere,* inquit, non denuò auſpicari. Sed cur ſupervacaneè præciperet (inquis) ijs, qui eam vivendi rationem iam dudum ſectabantur? voluit nempè pius Comes ſuam in Benedictinum inſtitutum propẽſionem ita declarare, ſuique Monachos officij admonere. Hodie ſane noſtri Generales in obeunda Provincia, Monaſterijſque viſitandis eâdem formulâ vtuntur, ſic enim, inter ea, quæ è Rep. Monaſtica præcipienda ducunt, loqui fere amant. *Ante omnia illud vobis præcipimus, vt Sanctiſsimi Parentis noſtri Benedicti Sanctam Regulam ſanctè obſervetis, eãque arctè teneatis.* Rectène ratiocinari videretur, qui hinc inferret, nunquam ante Sanctam Regulam in noſtris Monaſterijs fuiſſe obſervatam? Nihilo igitur tu probabilius ex ea loquendi formula, quam Comes vſurpavit, Monachos illos ab alio in Benedictinum inſtitutum immigraſſe argutaris. Mitto plura, quia leviſsima; quod ex ijs, quæ velut eximia, adduximus, eruditus lector per ſe notabit.

Ob-

Obiectiones, adverſus Æmilianenſis Cœnobij venerandæ antiquitatis monumenta, ab Hermenegildo fuſiſsimè propoſitas, breviter diluimus.

SECTIO I.

1 CAPVT 14. ijs refellendis deſtinavit, quæ partim Illuſtriſsimus S. Victorius, partim Quintanilla, Æmilianenſis, nobiliſsimi noſtri Cœnobij Antiquitati, Divique illius Tutelaris Benedictino Monachatui aſſerendis congeſſerant. Vtrumque illi, præter inveteratam tùm ipſius Monaſterij, cùm totius Hiſpaniæ traditionem, probarant ex vetuſtiſsimis Iconibus, ijs præſertim, quæ aram maximam ſuperioris Cœnobij exornant. quæ tantam vetuſtatem præſeferunt, vt facilè ad Gothica tempora, vt ijs certè proxima revocari poſsint. Deinde ex octogono marmoreo lapide, qui circa annum Domini 1601. in vetere Sarcophago, vbi D. Æmiliani ſacra Lipſana annos, præter propter, quingentos ab D. obitu condita delituerant, inventus, totam controverſiam diremiſſe viſus eſt. Siquidem, præciſis ambagibus, Æmilianum Benedictinæ Regulæ cultorem facit. Addiderant Diplomata nonnulla idem affirmantia, quorum infra in loco mentionem faciemus.

Varia Aemilianenſis Cœnobij Antiquitatis argumenta, à noſtris congeſta.

2 At hæc omnia ab homine, qui vnquam fuere, aut ſunt incredulisſimo, fidem extorquere non queunt. Nam ad Traditiones, quod attinet, eas (quod ſupra vidimus) ad aniculàrum conventicula reijcit. Imagines hoc ariete aggreditur. Nam in primis, ſi vera ſunt, ait, quæ San-Victorius affert, totis viginti novem annis D. Æmiliani obitum anteceſſerint. Cùm enim ſuum ille opus cõmentaretur, annus Domini 1645. in curſu erat. Aſſerit ille centum ſupra mille annos, ex quo eæ tabulæ Divo ſuſpenſæ fuerant, iam tunc elapſos eſſe. ij ſi demantur de 1645. 545. reſidui erunt. Quare eò æræ Chriſtianæ anno huiuſmodi icones depictæ fuerint Atqui D. Æmilianus, vt San-Victorius ex octogono illo lapide contendit, æra 612. hoc eſt anno Domini 574. deceſsit; ergò totis 29. annis, eæ tabulæ S. Æmiliani exceſſum anteceſſere. Id porrò eſt perabſurdum: ergò huiuſmodi Icones recentiorem penicillum referunt.

Quæ pro more, Hermenegildus parvipendet.

Inprimis in Icones invehitur.

Præ-

3 Præterea eiuſmodi Tabulæ cucullam cum caputio, qualia hodie Benedictini Hiſpani geſtamus, ad vivum exprimunt; atqui hæc dubio procul ſunt recentiora: fruſtra igitur ab illis Iconibus, quam ipſæ non habent, Antiquitatem petimus.

Sed octogono præſertim lapidi genuinum infigit

4 Sed lapidi illi octogono, rabidi inſtar Moloſsi, morſum præcipuè infigit, cuius commentum, ac vanitatem multis oſtendere molitur. Principiò enim eo tempore, velut Deus ex Machina comparuit, cùm lis ſuper Æmiliano, cuius res geſtas Braulio Epiſcopus conſcripſerat, recèns orta eſſet; quò eã nimirum ſecundum Benedictinos decideret. Deinde, incredibile eſt prorſus, eum lapidem tot ſęcula in veteri ſarcophago, vnde tot ante annos ſacræ Divi exuviæ in auguſtiorem, & pretioſiorem thecam tralatæ fuerant, delituiſſe: aut enim cùm inde illæ ablatæ ſunt, is eodem illatus eſt; aut cum antea eſſet, ibidem eſt relictus. ſi primũ dixeris, ait Hermenegildus, quid ſibi, qui illum recondidere voluerint, haud facile eſt divinare, præſertim cùm Sarcophago ſimilis, etſi brevior inſcriptio extrinſecus inciſa eſſet. quod ſi iam pridem cum ſacris Lipſanis eum lapidem ibidem conditum fuiſſe probabilius putes; quando is tandem illatus ſit? rogat.

Quandonam is ſarcophago repoſitus? Hermenegildus inquirit.

5 Yepius ſanè, & San Victorius, ſub ipſum Sanctiſsimi viri deceſſum putant. Sed validè à Vivario Ciſtercienſi refelluntur. qui non anno Domini 574. vt ille lapis indicat, ſed 564. D. Æmilianum hanc mortalem immortali vita mutaſſe, ex varijs eiuſdem Cœnobij monumentis oſtendit: Non eſt autem vllo modo credibile, ſi ſub ipſum Sancti viri obitum ea lapidi Epigraphe inciſa fuiſſet, in eius annum errorem obrepſiſſe. quod multò magis illa verba inſcriptionis confirmãt. *Purgatiſsimi Apoſtolicique Viri &c.* quæ ipſiſsima Braulio Epiſcopus ſuæ D. Æmiliani Vitæ præfixit. quę veriſimile non eſt ex lapide in tumulo recondito ſuum in opus Braulionem tranſtuliſſe; cum credibilius longè ſit ab hoc deſumpta, illi inſculpta fuiſſe Iam D. Braulio anno Domini 638. circiter ſuam hiſtoriam conſcripſit: totis nempe 64. minimùm annis ab Divi Æmiliani obitu. Cùm ergo ab illo ea verba mutuatus ſit, quiſquis ea lapidi incidit, cum ſacro funere eò inferri minimè potuiſſe, luce meridiana clarius liquet.

Non ſub Aemiliani deceſſum.

6 Neque verò, quonam alio tempore, ibi condi potuer-

fuerit, dilucet. Nam eam vnam ob rem, ſacra D. oſſa, quæ cõtingere religioni ducebatur, effoſſa eſſe, eſt prorſus incredibile. Dicat forſan aliquis, eo tùm lapidem illatum eſſe, cùm à Sanctio Maiore, inde ſacra Lipſana in aram Maximam elata fuere. Sunt tamen haud pauca, quæ, quominus ita factum eſſe credi poſsit, validè repugnant. Nam in primis quorſum in Cœnotaphio illo is lapis reponeretur? Vt Sancti, inquiunt, viri ſacrum cadaver ibi aliquando requieviſſe poſteris innoteſceret. ſed hoc eſt planè futile. quid enim eo lapide erat opus, quando extrinſecus inciſa Epigraphe, id diſſertè aſſerebat? Præterea, ſi in ipſa Translatione, in ſepulchrum vetus, is lapis illatus eſſet, eius aliquam faceret mentionem. atqui nullam facit.

Nec in Translatione à ſancto Rege facta.

7 Deinde eo tempore eam inſcriptionem conceptam, & inſculptam lapidi minimè fuiſſe, rectè Yepius notavit. perbenè enim latinè concepta eſt, quod profectò in illorum tẽporum barbariem minimè cadit. Itaque aut Gothorum tempore, cùm nondùm latinæ litteræ in Hiſpania prorſus à puritate deſciverant, exarata fuerit, quod Yepius amplectitur, & Hermenegildus irridet; aut quod eſt longè multumque probabilius, ab recentiore fluxerit calamo.

Epigraphen lapidi inciſam nuper cõfectam eſſe ſtylus florid.or arguit.

8 Denique, vt demus iam inde ab Gothorum tempore, ibi eum lapidem ſitum fuiſſe, aut à Sanctio Maiori eodem illatum, ecquis tandem tot ſeculis evolutis, id S. Æmiliani Abbati in aurem inſuſurravit, & nõ quaſi de ſucceſſu dubius, ſed re velut iam diu meditata, & explorata, ſepulchri perrumpendi, lapidiſque eruendi conſilium cœperit, atque executioni mandaverit? quis adeò fatuus, cæcuſque eſt, quin hic fraudem, malumque dolum interveniſſe animadvertat? Hæc ferè, quamquam, pro more, prolixiſsimè, Hermenegildus. Nos ſingula diluamus.

Alia haud levis fraudis ſuſpicio.

9 Et ſanè quòd Traditionem Monaſterij parvipendit, in eo ſuum inſtitutum, moremque veterem tuetur. Sed iam haud ſemel hanc hominis inconſultam temeritatẽ reiecimus. quod ad Icones vetuſtiſsimas ſpectat, quæ Benedictinum Monachum, & Abbatem S. Æmilianum exhibent, haud ſanè tam antiquas eſſe fatemur, quàm Illuſtriſsimi San-Victorij verba præferunt. Cui hoc, quidquid erroris, aut culpæ eſt, haud gravatè condonare Hermenegildus poterat, homo in libris ra-

Obiectionũ explicatio.

San-Victorij verborũ ſana interpretatio.

tionum verſatiſsimus, homini gravioribus curis, & ſtudijs intento. Hoc ergo illis ſibi verbis San-Victorius volebat, eas Icones vetuſtiſsimas eſſe (quod cæcus planè, væcorſve ſit qui neget) non ante Divi obitum depictas, quod mirus ſyllabarum auceps Hermenegildus, ex ijs inferebat. Cum igitur eæ Icones vetuſtiſsimæ ſint, & ante Hiſpaniæ fortè excidium, aut ſub illud certè, depictæ, quod ab illis San victorius, & Quintanilla argumentum ducunt, non poteſt non eſſe efficaciſsimum.

Quod Icones illę hodiernos Monachos noſtros, ad vivum exprimãt. non ideò recèns depictæ.

10 At Neotericum, inquit, Benedictinorum habitum eæ Icones referunt. quare non ita, atque illi contendunt, antiquæ eſſe queunt. Immò quia earum habitum, hodieque retinemus, conſtat nos à primis noſtris parentibus, hac in re vtique, minimè deſciviſſe. ſatis profectò conſtat, ex quo avecta inde in Monaſteriũ inferius (contigit id anno Domini 1053.) Sanctiſsimi viri ſacra Lipſana ſunt, veterem aram nullis Iconibus recèns depictis ornatam eſſe: immò ſtudio, ac velut religione quadam, vetera omnia intacta, & illibata, vt erant, relicta.

Octogoni lapidis ab Hermenegildi argutijs vindiciæ

11 Sed ad lapidem illum octogonum veniamus (qui lapis veri offenſionis, Hermenegildo fuit) noſtrumque de illo iuditium proferamus. Sed lubet rem totam ex Yepio, & Sandobalio noſtris, quam pauciſsimis complecti, altiùs principio repetito. Vetus in Æmilianẽſi Cœnobio fama erat, quæ à primis orta Parentibus, ad ſeros vſque manaverat Filios, D. Æmilianum, quem ipſi colerent, ac non Patronum modò, ſed Patrem etiam, ſuique Authorem Cœnobij venerarentur, eum eſſe, cuius res geſtas S. Braulio Cæſarauguſtanus quōdam Antiſtes, litteris prodidiſſet. Eam famam non heri, aut nudius tertius (vt Hermenegildus contendit) ortam, præter alia quamplurima, firmiſsimo argumento eſt aurea theca, gemmis, vnionibuſque interſtincta, cui ſacræ Divi exuviæ, ante 600. annos, ſanctio Maiore agente, ſumptuſque regia magnificentia ſuppeditante, commiſſa ſunt. Nam in ea, vndique Sanctiſſimi viri geſta, perbellè (vt illis temporibus) cœlata viſuntur; quæ ex D. Braulionis Hiſtoria petita eſſe, eorum ſeries, & qualitas, quin & characteres, qui caput, vndè quæque deſumpta ſint, velut intento digito deſignant, dubitare non ſinunt. Hanc, quæ tam altas in Monachorũ animis radices egerat,

Eius inventionis tota hiſtoria ab altiori principio ducta.

rat,

rat, famam, ſub annum Domini 1598. editus libellus, convel-
lere nitebatur. In eo ſiquidem D. Michael Martinius eius Au-
ctor, Æmilianum, de quo Braulio conſcripſit, cognominem
alium, qui in Aragoniæ opido, *Torre la paxa* vulgò dicto,
colitur, non qui ad id temporis in Æmilianenſi Cœnobio ce-
lebraretur, eſſe contendit. Ea res Æmilianienſium Monacho-
rum, & Abbatis præſertim, qui tantum ſibi decus eripi, aut
in dubium certè vocari ægerrimè patiebantur, vt par erat,
animos commovit. Ergo avitæ poſſeſsioni vindicandæ, re-
cènſque ortæ opinioni funditus convellendæ, omnia vndique
ſubſidia cõquiſita. Et ea ſanè haud anxiè quærentibus occurre-
bant, quæ & ſuæ firmandæ, & contrariæ labefactandæ ſenten-
tiæ, ſatis abundeque eſſent. ſed amanti nihil eſt ſatis. Itaque
varia voluenti Abbati (erat is eo tẽpore Fr. Placidus de Ale-
gria, vir doctrina, & pietate haud ſanè vulgari) hoc maximè
(non ſine numine credo) in mentem venit. Erat in ſuperiori
Cœnobio pervetus illud ſepulchrum, in quo S. Viri ſacrum
cadaver tot ſæcula requieviſſe, tam ſæpe diximus. illud reſera-
ri placuit, ſi qua forte eius rei, qua de quærebatur, evidentio-
ra in ipſo veſtigia apparerent. nec mora. quatuor Monachis,
Abbatiæ Proviſore, duobus Architectis, vno Latomo, publi-
coque ſcriba comitatus, rem, ne quâ Monachis, fors refraga-
turis, ſuboleret, apud ſe premens, in ſuperius Monaſterium
rectà contendit. vbi in eius templũ ventum eſt, ingenua pro-
cumbens, Deum in primis, tum Sacelli Præſidem Æmilianum
ſupplex veneratur, & vt cæptis porrò, quæ ex vtriuſque ho-
nore, & gloria, ſuique Cœnobij decore eſſe crederet, propi-
tij faveant, enixè orat. Tum quid conſilij cœperit Monachis
impertit, ſuique cuivis, in re tali, ſenſus liberè proferendi co-
piam facit. illi, ſarcogaphum tot ſæculis religiosè obſignatũ,
tunc demùm reſignari, plenum, prima ſpecie, aleæ, atque te-
meritatis ſibi videri, reſpondent. quando tamen non libido,
curioſitas, aut avaritia (quibus fere mortales adducti Divorũ
monumenta perrumpere, ac violare conſuevere) ſed vna in
Æmilianum pietas, veritatiſque ſtudium indagandæ, id con-
ſilij ſuggeſſerat, Deo ac ſuo Patrono gratum fore putare, ſi il-
lud executioni mandetur. tantum abeſſe, vt cum graviori in
vtrumque iniuria coniunctum crederent.

12 His Abbas auditis Latomo, & architectis, qui ade-
rant,

rant, vt operi ſe accingant, lapidemque ſepulchro impoſitum amoveant, è veſtigio imperat. Cum inibi res eſſet, ecce tibi Monachus, qui Æmilianenſi Cœnobio à ſacris concionibus erat, cuique ex inſolito comitatu Abbatis conſilium ſubolue-rat, ſolitò commotior templum ingreditur: vultuque irā præ-ferens, Abbatem, & aſtantes, ne intactum tot ſæculis Sarco-phagum temerare auſint, minaciter monet; Dei, D.que Æmi-liani, ſi in inçepto pergant, indignationem intentans. Abbas Monachum faceſſere, opifices iniunctum opus exequi iubet. vix ei manus admoverant, cùm ab Artificibus animadverſum eſt, lapidem qui ſepulchro pro operculo erat, eius ponderis eſſe, cui amovendo viginti facilè hominum coniunctæ vires requirerentur. Indoluit ſcilicet, ea re audita, Abbas, moræque impatiens, ſepulchrique omnino retegendi certus, dextrum eius latus perforari iubet. quod vix, & ægre, multo labore poſt diutinam moram, ab Latomo eſt effectum. vbi ſat amplum fo-ramen patuit, admoto lumine, curiosè ſepulchrum luſtrant, in quo lapidum acervum animadvertunt. Ex eo prægrandi ſa-xo magno labore exempto, loculus vbi S. viri corpus tot ſæ-culis requieviſſet, tandem apparuit. In hunc immiſſo brachio Latomus, pulvere, ſituque obſitum alabaſtritem lapidem octo-gonum, affabre expolitum, litteriſque Gothicis vtrimque in-ſignem exemit. Exiluit ad eius conſpectum præ gaudio cum Monachis Abbas. potiſsimum cum lumini admotus duplicem, quam ſubijcimus inſcriptionem duplici adverſa in facie con-tinere, animadverſus fuit. Altera, quæ formam crucis, qualem æneæ laminę incidendam Yepius curavit pręfert, hęc habet;

„ Natus eſt Æmilianus devotis parentibus in oppido
„ Vergegij, & cum viceſsimum annum attigiſſet,
„ relictis ovibus Patris ſui, Spiritu ſancto eum
„ inſpirante, & dirigente, ad Caſtellum Bilbilienſe,
„ quod decem, & quinque milliaria à ſupra nominato
„ oppido diſtat, & duodecim à Tricio, adijt, vt Magiſ-
„ terio Felicis Confeſſoris vteretur.

In averſa, labyrinthi, ſeu chocleæ formam referens hęc epi-graphe viſitur. quę ab lapidis fermè centro orta, multiplici velut mæandro in lapidis extremam periferiam deſinit. eſt autem huiuſmodi.

Pugi

Purgatiſsimi Apoſtolicique viri Æmiliani corpus
hîc humatum iacet, qui poſtquam eremiticam vitam
multis annis egit, & clericalem: tandem Monaſticam profeſſus ſub Regula admirabilis Benedicti,
curam gerens Abbatialem, obijt in Domino, clarus
miraculis, & prophetiæ ſpiritu æra DCXII.

Eo nuntio in inferius Cœnobium brevi perlato, omnia Monachorum (quos rei eventus, illo Monacho, de quo paulò ante docuimus, authore, divulgatæ, ſuſpenſos tenebat) feſtivis acclamationibus, artificioſis ignibus, æreque campano ſtrepebant. ſub veſperum Abbas exuvijs repertis oppidò lætus, ac dives, domum revertitur. Monachi ſine fine eius prudens cōſilium laudant, ſucceſſum gratulantur. inter hæc aliquot horæ abierant, cum Monachos Abbas ab ſe dimittit: ipſe remotis arbitris, cum Scriba, qui cuncta per otium contemplaretur, eorumque tum abſentibus, cum poſteris ampliſsimam fidem faceret, in ſecretiori cubiculo, adducto oſtiolo, remanſit ſolus. His intentos ſubitus fragor, clamorque ad ianuam auditus interpellat. Aderat nempè Monachus, qui poſteram lucem D. Braulioni, ei qui S. Æmiliani res geſtas conſcripſerat, ſacram eſſe afferebat. Abbas præ gaudio vix credere ſed productum Martyrologium dubium omne ſuſtulit. tum denuò gratiæ Deo actæ, quo abs dubio inſpirante, eo potiſsimum die (erat is 26. Martij) quaſi Braulio ſuæ vindex adeſſet hiſtoriç, res geſta eſſet. Et verò ſtolidus planè ſit, qui adeò inſolitum rerum cōcurſum caſui imputarit. Abbas, quamquam iam Horarijs precibus de Feria ex præſcripto perſolutis, in honorem tamen S. Braulionis, cuius meritis tam proſperum eventum tribuebat, eaſdem repeti iubet. Quia verò Dominicæ Paſsionis Feriæ inſtabant, tam fauſti eventus celebritatem in Paſcha vſque differri placuit. Ea tertiâ Paſchæ Feria, magno tùm eius, in quo Æmilianenſe Cœnobium ſitum eſt, tùm aliorum circunſtantium oppidorum concurſu, choreis, carminibus ad certamen propoſitis, alijſque inſolitæ lætitiæ inditijs acta eſt. Quæ omnia fuſius in Æmilianenſis Cœnobij Hiſtoria Sādobalius noſter executus eſt, ex quo, ſi quem fortè res hæc tota delectat, ampliorem notitiam haurire poteſt. nos enim ad totius ſucceſſus circunſtantias expendendas, veritatemque,

 amo-

amotis,quæ eius luminibus officere poterant,nubeculis, oſtē-dendam properamus.

Doli, malæve fraudis vel levisſimam ſuſpicionem amolimur.

13 Et in primis Abbatis Monachorumve fraudem hîc interveniſſe,nemo ſanus ſuſpicari, vel leviter poteſt.Cum tota res non clàm, ſed luce palàm, & in oculis omnium, tranſacta ſit. Accedit publici ſcribæ, teſtiumque ſæcularium ab omni ſuſpicione liberum teſtimonium. quin ipſe lapis, qui tunc vniverſis oſtenſus, modò in Sacrario Æmilianenſi aſſervatur,illos characteres non recèns,ſed antè aliquammulta ſæcula inciſos, tantùm non edita voce, clamitat. Itaque Yepius noſter, vir, ſi quis alius, in noſtræ Hiſpaniæ antiquis monumentis verſatus, qui ſub ipſum inventionis tempus illum lapidem oculis vſurpavit, nullum modum facit eius antiquitatis commendandæ. Et verò inſignis ſtuporis, ne dicam impudentiæ, fuerit, arbitrari, cæteris imponendi causâ, eum recèns fuiſſe ſepulchro illatum. quaſi ea res, cui multorum oculos, & manus, ob immane, vt diximus,impoſiti operculi pondus interfuiſſe neceſſe erat, ita premi potuerit, ne quâ emanaret.

14 Accedit, quòd,ſi lapis recēs ſupulchro illatus eſſet,obductæ operculo calcis veſtigia recētia apparerent. Atqui nulla apparent. immo nihil cùm in Cœnobio,tùm in eo terræ tractu vulgatius, quam eum Sarcophagum ab Sanctij vſque Maioris ævo reſeratum non eſſe. itaque fruſtra eſt nimis Hermenegildus, qui hac rimula eius lapidis, ſanè validum, ictum declinare ſe poſſe ſuſpicatur.

Argutiæ Hermenegildianæ propoſitæ,& dilutæ.

15 Sed iam quæ homo delicatulus concoquere nō poteſt, diluamus. quamquam ea magnam partem ex ſimplici totius rei enarratione, quam ſuprà poſuimus, explicata cenſeri poſſunt. Maioris tamen perſpicuitatis cauſa, ea vel ex ſupervacuo percurramus. quod igitur tempus, in quo lapis, velut virga divina ſuſcitatus, apparuit,in ſuæ ſuſpicionis argumentum trahit, futile eſt. quo enim potius tempore (quod haud ſemel in re ſimili diximus) inſtrumenta, ſi qua ſunt, impenſiori cura quæruntur; inventa exhibentur, niſi cum ijs maximè eſt opus? quod autem,cum inde in aram maximam S. Æmiliani Lipſana translata ſunt, nō vnà is lapis avectus fuit; ideò factum eſt, vt ſepulchrum,quod ſatis per ſe venerationis,Sancti viri ſacris oſsibus tot ſæculis aſſervandis, adeptum erat,

tùm

tùm eo lapide, qui rem totam poſteritati proderet, cùm antiquioris ligneæ thecæ fruſtulis ibidem relictis, & cum eo repertis, plus pluſque in dies haberet.

16 Neque verò, quòd ſepulchrum extrinſecùs, quis eo conderetur, tum diei, annique obitus, cùm vitæ inſtituti, quod tenuerat, poſteros admoneret, intrinſecus latentis lapidis fidem, vlla ex parte, convellit. Nam in primis in ſepulchro brevius, ac proinde obſcurius; in lapide porrò octogono didiſtinctiùs ſingula notabantur. Deinde fieri poteſt, vt inciſa ſepulchro extrinſecùs inſcriptio, multò recentior ſit. Cuius noſtræ coniecturæ infra rationes, haud contemnendas arbitror, afferemus.

17 Neque pluris fieri debent, quæ de anno obitus S. Æmiliani, ex M. Maximo, varijſque Æmilianenſis Tabularij inſtrumentis, ab eo, quem lapis deſignat, diſsidentia, vt vel hinc eius fides nutet, proferuntur. Et in primis mirari ſubit, cur, qui, cane & anguè peiùs, Maximum odit Hermenegildus, eius in præſentia teſtimonio abutatur. Nos, qui nihil ſuper recèns emiſſorum Chronicôn veritate, an falſitate hactenus definivimus, lapidi potius, & ſepulchrali inſcriptioni, quæ æram 612. hoc eſt, annum Domini 574. conſtanter aſſerunt, ſtandum omninò ducimus. Nam, vt demus Maximi illud teſtimonium, Cæſarauguſtani illius Antiſtitis eſſe, qui noſtri Æmiliani temporibus vixerit, ipſi tamẽ ſanctiſsimi viri obitus annum haud ſatis certò exploratum fuiſſe, vel illud evincit, quod non illum præciſè deſignat, ſed inter 562. & 566. cum ponit indefinitè.

Inciſa lapidi inſcriptio annũ obitus S. Aemiliani optimè aſsignat.

Quem verò ſimilius eſt æra 612. obijſſe.

18 Iam verò haud maioris ponderis ſunt, quæ ex Æmilianenſi Archivo pro ſe Bivarius affert. Nam quæ ex duplicis codicis pervetuſti memorijs ante 500. annos conſcriptis profert, ſunt illa quidem antiqua, longè tamen (quod mox docebimus) lapide recentiora. Neque porrò illa teſtimonia, vt ea magni faciamus, rem prorſus evincunt. Nam id, quod eſt latinè conſcriptum, vult, ab anno exceſſus S. Æmiliani, ad eius Translationem, quam incidiſſe ait in annum 1067. *ferè* 503. annos fluxiſſe ex quo apparet non illum anxiè in annum præciſum inquiſijſſe: ſed παχυμερῶς (vt pleraque omnia illis temporibus) locutum eſſe. alioquin non τὸ *ferè* addidiſſet.

Non obſtantibus quæ Vivarius cõtra adducit.

Vide Sandoval in Hiſt. S. Aemiliani, p. 28. & 29. §. 13.

19 Minùs quoque ſubtiliter aliud teſtimonium, quod

Sanĉti Aemiliani obitus epocha craſsiuſculè in antiquis monumentis concepta.

Hiſpanicè ſub Translationis illius tempus conſcriptum eſt, idem affirmans conceptum eſſe, ex eo patet, quòd cum illam anno Domini 1067. imputet, aſſeratque præterea inter eam, & eius obitum 503. annorũ intervallum interceſsiſſe, ex quo haud dubiè anno 564. Sanctiſsimum virum deceſsiſſe efficiatur; annum tamen 574. quem lapis, & ſepulchralis Inſcriptio produnt, ei deſignat. Sed præſtat eius verba huc afferre à Vivario omiſſa. *Quando finò*, inquit, *Millan, andados doze dias de el mes de Noviembre, andaba el año de la Encarnacion en 574. &c.* quæ, quia longiuſcula, & barbara, ſubijcere non placuit.

20 Illud tamen addimus; cùm ſub finem teſtimonij ab Sandobalio, & Bivario noſtris adducti, eius Author aſſerat, ab die obitus S. Æmiliani ad eius Translationẽ fluxiſſe 503. annos, ità tamen eius temporis varia intervalla digerere, vt 493. ſolum ex ijs efficiantur. nam inter S. viri funus, & eius elevationem 456. annos fluxiſſe ait. Ab hac quoad in Monaſterium inferius ab Garſia Sanĉtij Filio translatum eſt 23. Deinde in Cœnobij Valetudinario, dum eius templum ad faſtigium perduceretur, 14. manſiſſe, & tum demùm in eo collocatum aſſerit. hi anni in eâdem ſummâ collecti, non 503. vt ipſe ait, ſed 493. conficiunt. Adeò incuriosè, & oſcitanter veteres illi iſta tractabant. vt eorum teſtimonium noſtri lapidis firmitudini officere non debeat, præſertim, cum hoc vltimum conſentiat ex parte.

Difficilior ex I. Biclarenſi obiectio.

21 Sed longe eſt difficilius, quod ex Braulione, & Ioanne Biclarienſi idem Bivarius obijcit. Nam D. Braulio cap. 26. ait, impendens Cantabriæ excidium D. Æmiliano divinitus revelatum eſſe eo, quo obijt, anno. At Cantabriæ excidium, teſte Biclarenſi, incidit in annum Iuſtini octavum, Leovigildi VI. qui eſt annus Chriſti 573. quî ergo anno Domini 574. quo obijſſe ex lapide ponitur, id excidium, quod iam ante annum contigerat, prædicere potuit Æmilianus? Non ergo lapidi, ſed Braulionis potiùs, Æmilianenſiſque Cœnobij monumentorum teſtimonio ſtandum.

Quã tamen haud ægre diluimus.

22 Haud ſanè facilis nodus, quem tamen ſolvere, cum bono Deo nitemur. Dicimus ergo Ioannem Biclarenſem, qui à Leovigildo Cantabriam in ditionem redactam memorię prodit, de Cantabria Provincia, non de Cantabria vrbe prope

Iu-

Iulio-brigam,de qua B. Braulio agit, loqui. ſed vtriuſque verba apponamus, ne inexplicabilis in ſpeciem nodi ſolutionem ex noſtro cerebro cõfinxiſſe videamur *His diebus*, ait Biclarenſis, *Leovigildus Rex Cantabriam ingreſſus Provinciæ pervaſores interficit, Amaiam occupat, opes eorum pervadit, & Provinciam in ſuam revocat ditionem.* Hæc ille. Ex quibus claret, non de vna aliqua civitate, ſed de tota Provincia ſermonem ibi eſſe.

Non idem Cantabriæ nomine. Biclarenſis, & Braulio intelligunt.

23 Braulionem porrò non de tota Provincia, ſed de ſingulari vrbe loqui, eius verba teſtantur, quæ ſubijcimus. *Eodem igitur*, inquit, *anno Quadrageſimæ diebus revelatur ei etiam excidium Cantabriæ. Vnde, nuntio miſſo, iubet ad diem feſtum Paſchæ ſenatum eius præſtò eſſe.* nõ eſt autem veriſimile totius ProvinciæCantabriæ Primores à S. Viro accitos eſſe. primò, quia vix ei rei peragendæ quadraginta dierũ ſpatium (vt demus eam revelationem, ineunte Quadrageſima, quod Braulius non exprimit, factam eſſe) nedum vt illi ex tam remotis partibus frequentes adeſſent, ſatis erat. Deinde, quia quamvis viventis, & etiamnum ſpirantis Æmiliani nomen ſatis celebre erat; non putamus tamen eouſque iam tum percrebuiſſe; vt tam diſsitarum partium Optimates, eius nutui ita promptè parerent, atque ſuas quique domus eius accitu deſererent. Cum ergo conſtet diei vnius itinere ab S. Æmiliani Cęnobio Cantabriam vrbem prope Iulio-brigam ſitam fuiſſe, magis rationi conſentaneum eſt, huius Senatum vrbis, quam totius Provinciç ab Æmiliano coactum eſſe.

Quod ex multiplici capite oſtẽdimus.

Ita cenſet in abſolutiſsima ſua Geographia recèns edita. M. Ant. Baudrãd. v. Cantabria; qui in anno eius deſolationis, quem ait fuiſſe 586. errat.

24 Et verò Braulio quaſi de clade iam iam eorum cervicibus impẽdente loqui videtur. Vt creditu durum ſit in nonum, decimũmve ab Æmiliani denuntiatione annum dilatam eſſe. Putamus proinde anno Domini 573. exeunte, aut circiter expeditionem Cantabricam ab Leovigildo ſuſceptam eſſe, vt Biclarenſis aſſerit. Deinde haud parvam moram in bellace, & indomita gente domanda traxiſſe. Sub finem autem belli, vrbem Cantabriam, velut victoriæ appendicem non ſine cæde, & ſanguine in Leovigildi poteſtatem tandem veniſſe. Id anno 574. iã exeunte eveniſſe credimus. quare locus ſupereſt, vt de impendente malo ipſius anni Ferijs Paſchalibus à S. Viro certiores fierent. hoc ſatis eſſe probabile nemo non videt: quod ſi quis nondum acquieſcit, haud ſanè pervicaciter con-

tentionis funem duxerim. Cùm enim aliquot ab D. Æmiliani obitu annis eam inſcriptionẽ lapidi inſculptam putem, vnius aut alterius anni, tam rudi præſertim ſæculo, errorem obrepere potuiſſe, haud gravatè admiſerim.

Quandonam Epigraphe lapidi incisa?

25 Sed quandonam characteres illi lapidi inciſi, quã do ipſe ſepulchro illatus? in re tam ancipiti, & ab noſtra memoria remotã, nihil temerè aſſerere auſim. ſi tamen coniecturis eſt locus, quam ſubijcio, cæteris prætulerim. Puto igitur in primis aliquot annos ab D. Æmiliani exceſſu ad inſcriptionis appoſitionem fluxiſſe. quod ex D. Braulionis verbis viſus eſt mihi Bivarius planè eviciſſe. itaque hac in parte à Yepio, & San-Victorio noſtris vltrò diſcedimus. poſt traslationem autem à Sanctio Maiore factam, eam inſcriptionem conceptã eſſe, nullo modo Bivario aſſentimur. apertè enim ſtylus repugnat, qui eam barbariem minimè præſefert, quæ Sanctij tempore, & aliquot ante, & poſt ſæculis in Hiſpania invaluerat.

Aliquot à S. Viri obitu annis opinamur.

26 Opinamur ergò primò, S. Æmiliani corpus ligneæ thecæ, non marmoreo illi ſepulchro creditum eſſe. Id nonnulla eius thecę fragmẽta vnà cum octogono lapide inventa, haud parùm ſuadent. Deinde partim S. Viri fama, & miraculis in dies ampliùs percrebeſcentibus, partim terrore iniecto à Saracenis totam Hiſpaniam vaſtantibus, & in ſacrorum hominum ſacra Lipſana præſertim debachantibus, qua tandem ratione adverſus eorum ſubitam irruptionem ſe munire, eique S. Viri corpus eximere poſſent, Monachos quæſijſſe. opportunum in id conſiliũ viſum, vt marmoreò monumento, quod reſerare, atque ſcrutari haud ita promptum eſſet, ſacrum depoſitum committeretur. nullam extrinſecus inſcriptionem, quæ latentem theſaurum hoſtibus proderet, addi placuiſſe. Ita enim, vt pleraque fidelium ſepulchra, eorum illud quoque furorem vitare poſſe. ne tamen ſi forte ipſis fugere, aliaſque ſedes quærere coactis; quod pleriſque alijs accidit, reverti per Maurorum tyrannidem non liceret, ſacri memoria pignoris in perpetuum intercideret; lapidem illum octogonum, qui totius rei poſteros admoneret, vnà includi viſum omnibus eſſe. Eum deinde ad Sanctij Maioris tempora, cum ſepulchrum reſeratum eſt, vnà cum ſacris Æmiliani oſſibus delituiſſe. denique inventum ijs, quas ſupra innuimus, cauſſis adductos, Re-

Cuius corpus nõ primo lapideæ, ſed ligneæ thecę commiſſum.

Cuius rei ſat probabiles coniecturas adducimus.

K 4 gem

gem,& Monachos in veteri monumento reliquiſſe. Nihil hic abſurdi, nihil quod nō facilè accidere potuerit contineri nemo non videt. non tamen noſtris coniecturis ita effusè fave- mus, vt non aliud, qui lapidem Sarcophago commiſere, ſecutos eſſe præfractè defendere velimus. nobis ſat erit, nihil abſurdi in ea lapidis occultatione, contra quam Hermenegildus contendit, cōtineri oſtendiſſe. Aliud fortaſſe, qui eum occultarunt, quod non ego, non Hermenegildus aſſequimur, propoſitum habuerint. At eam vnam ob rem, id pręfractè negare, hominis eſt, qui omnium ſannis, ac deriſui ſe propinare nihil penſi habet. Si enim quorum rationem ignoramus, ea omnia mordicùs abnegare animum inducimus, in Pyrrhoniorum inſaniam ſenſim delabemur. Iam ecquis Abbati cum lapidem ibi conditum eſſe in aurem inſuſurravit? petenti, verbulo reſpondemus: incenſum in Sanctiſsimum virum amorem, veteriſque, & avitæ hæreditatis retinendæ curam, id conſilij, ſat opportunè ſuggeſsiſſe.

27 Iam verò Privilegia illa ab Quintanilla producta, quibus quaſi falſitatis revinctis, triumphat, tantumque non tripudiat Hermenegildus, ſunt profectò ſpectatiſsimæ fidei. Quod enim adverſus illorum alterū obijcit ab Sanctio Abarca anno Domini 971. conceſſum fuiſſe Quintanillam aſſeruiſſe, cum tamen multis ante annis eum Regem obijſſe, vel ipſo Argaiz Benedictino teſte, liqueat; id ex profunda veteris hiſtoriæ ignoratione proficiſcitur. In hanc enim ſi altius pau- lò penetraſſet, non vnū Sanctium ſolùm, ſed duos Abarcæ cognomen prætuliſſe comperijſſet. Quod, ne ex noſtro nos cerebro confinxiſſe putet, Hieronymi Blancaſij rerum Aragonenſium Hiſtorici peritiſsimi verba ſubijciā. *Sed facilè*, inquit, *concedam primum, illum ea de cauſa fortaſsè dictum eſſe, quod princeps omnium Aragonenſe nomen gentilitij nominis loco, ſibi, ac poſteris vindicarit. Cum nonnullos, qui eum anteceſſerunt, conſtet illud ſibi ex Abarcæ cognomine delegiſſe. proindeque plures Sanctios Abarcas, ac Garſias Reges Abarcas, inveniri.* Hæc ille in ſuis Aragonenſiū rerum Commentarijs ad annum Domini 905. titulo *de Aragonum Regni nomenclaturæ initio.* haud longè à principio.

Diplomata à Quintanilla producta ſincera eſſe oſtendimus.

Reges Aragonenſes Abarcæ cognomento plures.

28 Quod nomen, ne ad noſtrum Sanctium, qui id Diploma conceſsit, minimè propagatum eſſe cauſetur; idem in

 San-

Sanctio II. Garſiæ item Abarcæ filio, Primi Cæſonis Abarcæ nepote inculcat. Nam præter Epigraphen, quæ hunc titulum præfert, *Sanctius II. Abarca, & Galindus Aragonum Rex III.* ſic ſcribit ſub initium. *Sanctius autem Garſiæ, ac Garceſij, interdumque Garſeanis*, id eſt, *Garſiæ filium, tum etiam Sanctium Galindi Galindez, ac Galindonis quoque eum vocatū conſtat. illudque etiam illuſtre Abarcæ præſetuliſſe in Cæſonis memoriam cognomentum. vt non parvam hæc tam varia nominum ratio confuſionem pepererit.* Hæc ibi. Regnaſſe autem hunc Regem ait ab anno 968. ad 990. vt privilegium illud anno 971. expeditum, ab illo planiſsimè dimanare potuerit.

29 Quod ſi hæc, etſi doctis obvia & expoſita, Hermenegildo impervia erant, Garibayum certè Hiſpanicè loquentem adijſſet, qui eum abundè (ipſe modò diſcendo eſſet) ſuperiora docuiſſet. quod ſi hoc quoque homini ex indiculis, quod in Benedictinos effutiat, corroganti grave nimis erat, chronologicas ſaltim Tabulas à P. Claudio Clemente S. I. digeſtas, atque haud ita pridem recuſas conſuluiſſet. in his enim tùm in Regum Aragonenſium, cùm in Navarræorum cathalogo iſthæc inveniſſet.

anno
905. Sanctius Garceſius, ceſſo Abarca.
933. Garſias I. Abarca eius filius.
969. Sanctius II. Abarca.
990. Garſias II. Abarca Tremulus dictus.
1000. Sanctius III. Maior &c.

Quæ noſtri non ſunt inſtituti. ex quibus inanem illum Hermenegildi adverſus illud Diploma, Æmilianēſeque totâ Hiſpania celeberrimum Tabularium, conatum, ſupinæ, quod diximus, hominis ignorantiæ germanum fœtum eſſe, ſatis apparet.

Quamquam aliter plerique ſenſerint.

30 Neque verò neſcius ſum pleroſque, eoſdemque doctiſsimos, & in his Marianam, Suritamque ad hunc ſcopulum impegiſſe; nullumque Garſiam, Sanctiumve II. Garſiam inter Tremulum vocitatū, Cæſonēque Abarcam agnoviſſe. ſed novo lumine ab Hieronymo Blancaſio, alijſque doctis Hiſtoriographis illato, nebulæ, ſi quæ inerant, ita evanuerunt, nemo vt, niſi planè cæcus, veritatem non viderit. quod ſi quid adhuc

huc ſcrupuli reſtat, cum propediem funditus evellet R. A. P. M. Petrus Abarca S.I. qui eximiam ſacræ Theologiæ doctrinam, quæ ipſi primariam ſapientiæ ſedem in hac Academia Salmantina meritiſsimò conciliavit, tam rara hiſtoriæ, Aragonenſis præſertim, notitia cumulavit, vt miraculo propè ſit homini ſubtilitatibus ſcholaſticis diſtento, tantæ Hiſtoriæ meſsis colligendæ otium ſuperfuiſſe. Is, inquam, in ea Aragoniæ Hiſtoria, quam non ad nonum tantùm, vt monet ille, ſed ad 14. & eo amplius annum premit, vir circumſpectiſsimus, duos illos Reges Garſiam, & Sanctium II. Garſiæ Tremuli parentem, Cæſonem inter,& iſtum interiectos fuiſſe luce clarius oſtendet. quin efficaciſsimis argumentis ſubnixus contendit, Sanctio II. non Cæſoni illi, Abarcæ cognomentū competere. quod enim vulgò de eius prodigioſo partu & clādeſtina educatione (vnde Abarcæ cognomētum plerique ducunt) circumfertur, meram fabulam putat.

Quos validè refutat R. A. P. Petrus Abarca S.I.

*Iam ante annos 6. præcl. rum id opus ingenti eruditos plauſu lucē vidit. quod conſule ſis fol. 76, tom. 1.

31 Quamquam noſtra ſanè parum id refert. Nam ſive Marianæ, Suritæ,& aliorum ſententiam (falſam vt credimus) Quintanilla ſecutus eſt; ſive potius recentiorum (quæ nobis vera omnino videtur) amplexus,nihilo ſanè magis Diplomatis ab eo allati fides convellitur. Si enim Suritæ ſententiam amplectamur, anno Domini 971. quo id Privilegium conceſſum eſt,etiamnum Sanctius Abarca Cæſo dictus ſuperſtes erat. Sin ſecunda (vt debet) præfertur; Sanctius item Abarca non Cæſo, ſed eius nepos ſecundus regnabat. vt extra controverſiam id Diploma in ſuo robore perſeveret.

32 Ad ſecundum quod attinet Diploma, quod anno 989. ab Sanctio Maiore conceſſum eſſe Quintanilla aſſeruit, nihilò levioris fidei, & notæ cenſeri debet. quamquam in eo Quintanillam lapſum non diffitemur, quod 989. pro 999. facili ſimilium notarum errore, accepit. re etenim vera, eo anno poſteriore VI. idus Decembris, id Sanctius Privilegium Æmilianenſi Cœnobio *ſub regula Benedictina*, vt ibi exprimitur, militanti conceſsit. quod ne declinandæ difficultatis cauſa nos comminiſci quis putet, extat id ſummatim apud Sandobalium noſtrum in Hiſtoria Æmilianenſi ſ.42. ante annos 80. invulgata.

Aliud Sāctij Maioris Diploma ab impacta calumnia vindicatur.

33 Quòd ſi quis contra opponat haud dum illo anno 999. Sanctium Maiorem regnare occœpiſſe, cum omnes ferè

ab

ab anno Domini 1000. imperium auſpicatum illum tradant; huic reſpondemus annum 999. in exitu fuiſſe, cùm id Privilegium conceſſum ab eo fuit. Sexto enim, vt diximus, idus Decembris expeditum eſt. Itaque Hiſtoriographi numerum rotundum, pro more, ſecuti ſunt: paucis, qui ex ſuperiori anno menſibus, an diebus ſupererant, neglectis. Quamvis igitur non 44. annis (quod Quintanilla volebat) 34. tamen eius Privilegij, in quo *Benedictinæ Regulæ* expreſſa mentio fit, expeditio, Hermenegildianam Epocham antecedit. Faceſſat proinde Traſſonica planè hominis iactatio, diſcatque impoſterum, inanibus illis clamoribus, ante partam victoriam, abſtinere. Sed ad alia ſtylum iam convertamus.

Argumenti Hermenegildo admodum familiaris explicatio.

Plumbeum Hermenegildi acumen retuſum.

34 ALIVD Argumentum, ſeu veriùs ſophiſma, quod ſexcenties, & eò amplius, pro ſuo more, Hermenegildus inculcat, hîc, antequam ad alia progredior, diluere eſt viſum. Ex quo mirificum hominis acumē ſatis apparebit. Ait ergo, homo acutus ſcilicet, vt maximè vera eſſent Diplomata, cæteraque inſtrumenta, quæ pro nobis Benedictini producimus, haud tamen inde quod volumus effici. In his enim id vnum aſſeritur Monachos illos, quicumque tandem ſint, ſecūdum Benedicti Regulam vitam inſtituiſſe. quod eſt, inquit, longè aliud atque Benedictini Ordinis eos fuiſſe. non enim quotquot ſub eadem Regula militant, vnum, eumdemque Monaſticum ordinem conſtituunt. quod in Auguſtiniano, Dominicano, Mercenario, Hieronymiano, alijſque religioſis ordinibus cernere licet. qui cum Auguſtinianam Regulam omnes profiteantur, immane tamen quantùm, inter ſe differunt. Itaque, vt concedatur, veteres illos ſecundum Regulam Benedictinā vixiſſe, fruſtrà eos, nulloque iure ad nos trahimus, cùm lōgè diverſi ordinis eſſe potuerint. Quid igitur vt vnus, idemque ordo confletur requiritur? vt ſub vno, inquit, capite, quotquot ad eum ſpectant, militent. alioquin monſtrum multiceps ſit, non vnum, idemque corpus, quod tàm multiplici capite, hydræ in morem, luxuriet. Cùm igitur (concludit) Benedictina Cœnobia paucis ab annis in

Quo contendit nō quotquot ſub Benedicti regula militant eſſe Benedictinos.

vnum

vnum Congregationis corpus ſub vno capite coaluerint; immò (quod ſæpè fatetur Yepius) non alicui Congregationi, ſed ſingulis, nulloque inter ſe nexu devinctis Monaſterijs, ſuá regulam dictaret S. Benedictus, *nihil ex tota illuſtri illa antiquitate ad nuperos Benedictinos pertinebit:* quemadmodum Auguſtinianorum Dominicanorũque decora ad Hieronymianos minimè ſpectant, quãvis ſub eadem Regula *militent.* Hæc fermè, tertio quoque verbo Hermenegildus.

35 Sed enim ea ſolvere levis operæ eſt. Eſt enim planè ridiculum, quodque vni ex omni memoria in mentem venerit Hermenegildo, Benedictinum Ordinem tunc demum aſſerere incœpiſſe, cùm multiplicia per orbem ſparſa Cœnobia vni capiti ſubeſſe occœpere. Quæram enim ab Hermenegildo cuiuſnam Caſsinas Monaſterium, cuiuſnam S. Facundi ante 800. annos, cùm nondum Cõgregationum vſus invectus erat, Ordinis fuerint? ad nullum ne pertinebant? ad aliquem, igitur ſpectaſſe concedet. ad quem ergo? ad Benedictinum ni delirare libeat, credo, reſpondebit. ad eumdem tamen negabit; cùm vnus, vt ſæpe ait, abſque vno capite coaleſcere nequeat. Præclarè. Itaque duo illa nobiliſsima Cœnobia, Benedictini ſunt illa quidem Ordinis, non eiuſdem tamen, ſed diverſi. Perbellè. Ergo tot erũt Ordines Benedictini, quot eiuſdem quondam Monaſteria fuere. cumque eorum numerum ad quinquaginta millia aſcendiſſe nobiles Hiſtorici prodant, quinquaginta item mille Benedictini Ordines fuerint. quis ad hunc tuum, Hermenegilde, acumen, Heraclitus non rideat?

Sed planè ridiculè.

Nam, vt Hermegildi ratio eſt, tot erũt ordines Benedictini, quot fuere Cœnobia eiuſdẽ inſtituti.

36 Perge porrò. Vnum, inquis, commune, & individuum caput, vnum & individuum Religionis corpus requirit. B. autẽ nõ vnum pluribus cõmune Monaſterijs, ſed ſuum cuique caput aſsignat. ſubtiliſsimè. Ergo duodecim illa Monaſteria, quæ S. Gregorius ab eo erecta tradit, non eiuſdẽ erant Ordinis, ſed diverſorum. Quin S. Maurus, cùm in Gallijs Monaſterium conſtruxit, ad alium ordinem migravit. Denique quotquot ex vno ad aliud Cœnobium (quod haud ſanè, illis etiam temporibus, infrequens erat) commeabant, vetere abiecto, alium ordinem Monaſticum profitebantur. Hæc ſunt Hermenegildianæ ſubtilitatis conſectaria pulcherrima. quæ profectò ſi vorare & conquere potes, nę ſtruthiocamelis omnibus de ſtomachi robore iure litem intendas.

Et duodecim ab S. Patriarcha erecta Cœnobia diverſi ordinis erũt.

Sic

amotis,quæ eius luminibus officere poterant,nubeculis, oſtẽdendam properamus.

Doli, malæve fraudis vel leviſſimam ſuſpicionem amolimur.

13 Et in primis Abbatis Monachorumve fraudem hîc interveniſſe,nemo ſanus ſuſpicari, vel leviter poteſt.Cum tota res non clàm, ſed luce palàm, & in oculis omnium, tranſacta ſit. Accedit publici ſcribæ, teſtiumque ſæcularium ab omni ſuſpicione liberum teſtimonium. quin ipſe lapis, qui tunc vniverſis oſtenſus, modò in Sacrario Æmilianenſi aſſervatur,illos characteres non recèns,ſed antè aliquammulta ſæcula inciſos, tantùm non edita voce, clamitat. Itaque Yepius noſter, vir, ſi quis alius, in noſtræ Hiſpaniæ antiquis monumentis verſatus, qui ſub ipſum inventionis tempus illum lapidem oculis vſurpavit, nullum modum facit eius antiquitatis commendandæ. Et verò inſignis ſtuporis, ne dicam impudentiæ, fuerit, arbitrari, cæteris imponendi causâ, eum recèns fuiſſe ſepulchro illatum. quaſi ea res, cui multorum oculos, & manus, ob immane, vt diximus,impoſiti operculi pondus interfuiſſe neceſſe erat, ita premi potuerit, ne quâ emanaret.

14 Accedit, quòd,ſi lapis recẽs ſupulchro illatus eſſet, obductæ operculo calcis veſtigia recẽtia apparerent. Atqui nulla apparent. immo nihil cùm in Cœnobio,tùm in eo terræ tractu vulgatius, quam eum Sarcophagum ab Sanctij vſque Maioris ævo reſeratum non eſſe. itaque fruſtra eſt nimis Hermenegildus, qui hac rimula eius lapidis, ſanè validum, ictum declinare ſe poſſe ſuſpicatur.

Argutię Hermenegildianæ propoſitæ,& dilutæ.

15 Sed iam quæ homo delicatulus concoquere nõ poteſt, diluamus. quamquam ea magnam partem ex ſimplici totius rei enarratione, quam ſuprà poſuimus, explicata cenſeri poſſunt. Maioris tamen perſpicuitatis cauſa, ea vel ex ſupervacuo percurramus. quod igitur tempus, in quo lapis, velut virga divina ſuſcitatus, apparuit,in ſuæ ſuſpicionis argumentum trahit, futile eſt. quo enim potius tempore (quod haud ſemel in re ſimili diximus) inſtrumenta, ſi qua ſunt, impenſiori cura quæruntur; inventa exhibentur, niſi cum ijs maximè eſt opus?quod autem,cum inde in aram maximam S.Æmiliani Lipſana translata ſunt, nõ vnà is lapis avectus fuit; ideò factum eſt, vt ſepulchrum,quod ſatis per ſe venerationis,Sancti viri ſacris oſsibus tot ſæculis aſſervandis, adeptum erat,

tùm

tùm eo lapide, qui rem totam poſteritati proderet, cùm antiquioris ligneæ thecæ fruſtulis ibidem relictis, & cum eo repertis, plus pluſque in dies haberet.

16 Neque verò, quòd ſepulchrum extrinſecùs, quis eo conderetur, tum diei, annique obitus, cùm vitæ inſtituti, quod tenuerat, poſteros admoneret, intrinſecus latentis lapidis fidem, vlla ex parte, convellit. Nam in primis in ſepulchro brevius, ac proinde obſcurius; in lapide porrò octogono didiſtinctiùs ſingula notabantur. Deinde fieri poteſt, vt inciſa ſepulchro extrinſecùs inſcriptio, multò recentior ſit. Cuius noſtræ coniecturæ infra rationes, haud contemnendas arbitror, afferemus.

17 Neque pluris fieri debent, quæ de anno obitus S. Æmiliani, ex M. Maximo, varijſque Æmilianenſis Tabularij inſtrumentis, ab eo, quem lapis deſignat, diſsidentia, vt vel hinc eius fides nutet, proferuntur. Et in primis mirari ſubit, cur, qui, cane & anguè peiùs, Maximum odit Hermenegildus, eius in præſentia teſtimonio abutatur. Nos, qui nihil ſuper recèns emiſſorum Chronicôn veritate, an falſitate hactenus definivimus, lapidi potius, & ſepulchrali inſcriptioni, quæ æram 612. hoc eſt, annum Domini 574. conſtanter aſſerunt, ſtandum omninò ducimus. Nam, vt demus Maximi illud teſtimonium, Cæſarauguſtani illius Antiſtitis eſſe, qui noſtri Æmiliani temporibus vixerit, ipſi tamẽ ſanctiſsimi viri obitus annum haud ſatis certò exploratum fuiſſe, vel illud evincit, quod non illum præcisè deſignat, ſed inter 562. & 566. eum ponit indefinitè.

Inciſa lapidi inſcriptio annũ obitus S. Aemiliani optimè aſsignat.

Quem verò ſimilius eſt æra 612. obijſſe.

18 Iam verò haud maioris ponderis ſunt, quæ ex Æmilianenſi Archivo pro ſe Bivarius affert. Nam quæ ex duplicis codicis pervetuſti memorijs ante 500. annos conſcriptis profert, ſunt illa quidem antiqua, longè tamen (quod mox docebimus) lapide recentiora. Neque porrò illa teſtimonia, vt ea magni faciamus, rem prorſus evincunt. Nam id, quod eſt latinè conſcriptum, vult, ab anno exceſſus S. Æmiliani, ad eius Translationem, quam incidiſſe ait in annum 1067. *ferè* 503. annos fluxiſſe. ex quo apparet non illum anxiè in annum prætiſum inquiſijſſe: ſed παχυμερῶς (vt pleraque omnia illis temporibus) locutum eſſe. alioquin non τὸ *ferè* addidiſſet.

Non obſtantibus quæ Vivarius cõtra adducit.

Vide Sandoval in Hiſt. S. Aemiliani, p. 28. & 29. 6. 13.

19 Minùs quoque ſubtiliter aliud teſtimonium, quod

Sancti Aemiliani obitus epocha craſsiuſculè in antiquis monumentis concepta.

Hiſpanicè ſub Translationis illius tempus conſcriptum eſt, idem affirmans conceptum eſſe, ex eo patet, quòd cum illam anno Domini 1067. imputet, aſſeratque præterea inter eam, & eius obitum 503. annorũ intervallum interceſsiſſe, ex quo haud dubiè anno 564. Sanctiſsimum virum deceſsiſſe efficiatur; annum tamen 574. quem lapis, & ſepulchralis Inſcriptio produnt, ei deſignat. Sed præſtat eius verba huc afferre à Vivario omiſſa. *Quando finò*, inquit, *Millan, andados doze dias de el mes de Noviembre, andaba el año de la Encarnacion en 574. &c.* quæ, quia longiuſcula, & barbara, ſubjicere non placuit.

20 Illud tamen addimus; cùm ſub finem teſtimonij ab Sandobalio, & Bivario noſtris adducti, eius Author aſſerat, ab die obitus S. Æmiliani ad eius Translationẽ fluxiſſe 503. annos, ità tamen eius temporis varia intervalla digerere, vt 493. ſolum ex ijs efficiantur. nam inter S. viri funus, & eius elevationem 456. annos fluxiſſe ait. Ab hac quoad in Monaſterium inferius ab Garſia Sanctij Filio translatum eſt 23. Deinde in Cœnobij Valetudinario, dum eius templum ad faſtigium perduceretur, 14. manſiſſe, & tum demùm in eo collocatum aſſerit. hi anni in eâdem ſummâ collecti, non 503. vt ipſe ait, ſed 493. conficiunt. Adeò incurioſè, & oſcitanter veteres illi iſta tractabant. vt eorum teſtimonium noſtri lapidis firmitudini officere non debeat, præſertim, cum hoc vltimum conſentiat ex parte.

Difficilior ex I. Biclarenſi obiectio.

21 Sed longe eſt difficilius, quod ex Braulione, & Ioanne Biclarienſi idem Bivarius obijcit. Nam D. Braulio cap. 26. ait, impendens Cantabriæ excidium D. Æmiliano divinitus revelatum eſſe eo, quo obijt, anno. At Cantabriæ excidium, teſte Biclarenſi, incidit in annum Iuſtini octavum, Leovigildi VI. qui eſt annus Chriſti 573. quì ergo anno Domini 574. quo obijſſe ex lapide ponitur, id excidium, quod iam ante annum contigerat, prædicere potuit Æmilianus? Non ergo lapidi, ſed Braulionis potiùs, Æmilianenſiſque Cœnobij monumentorum teſtimonio ſtandum.

Quã tamen haud ægre diluimus.

22 Haud ſanè facilis nodus, quem tamen ſolvere, cum bono Deo nitemur. Dicimus ergo Ioannem Biclarenſem, qui à Leovigildo Cantabriam in ditionem redactam memoriç, prodit, de Cantabria Provincia, non de Cantabria vrbe prope

Iu-

Digitized by Google

Iulio-brigam, de qua B. Braulio agit, loqui. ſed vtriuſque verba apponamus, ne inexplicabilis in ſpeciem nodi ſolutionem ex noſtro cerebro cõfinxiſſe videamur *His diebus*, ait Biclarenſis, *Leovigildus Rex Cantabriam ingreſſus Provinciæ pervaſores interficit, Amaiam occupat, opes eorum pervadit, & Provinciam in ſuam revocat ditionem.* Hæc ille. Ex quibus claret, non de vna aliqua civitate, ſed de tota Provincia ſermonem ibi eſſe.

Non idem Cantabriæ nomine. Biclarenſis, & Braulio intelligunt.

23 Braulionem porrò non de tota Provincia, ſed de ſingulari vrbe loqui, eius verba teſtantur, quæ ſubijcimus. *Eodem igitur*, inquit, *anno Quadrageſimæ diebus revelatur ei etiam excidium Cantabriæ. Vnde, nuntio miſſo, iubet ad diem feſtum Paſchæ ſenatum eius præſtò eſſe.* nõ eſt autem veriſimile totius Provinciæ Cantabriæ Primores à S. Viro accitos eſſe. primò, quia vix ei rei peragendæ quadraginta dierũ ſpatium (vt demus eam revelationem, ineunte Quadrageſima, quod Braulius non exprimit, factam eſſe) nedum vt illi ex tam remotis partibus frequentes adeſſent, ſatis erat. Deinde, quia quamvis viventis, & etiamnum ſpirantis Æmiliani nomen ſatis celebre erat; non putamus tamen euſque iam tum percrebuiſſe; vt tam diſsitarum partium Optimates, eius nutui ita promptè parerent, atque ſuas quique domus eius accitu deſererent. Cum ergo conſtet diei vnius itinere ab S. Æmiliani Cęnobio Cantabriam vrbem prope Iulio-brigam ſitam fuiſſe, magis rationi conſentaneum eſt, huius Senatum vrbis, quam totius Provincię ab Æmiliano coactum eſſe.

Quod ex multiplici capite oſtẽdimus.

Ita cenſet in abſolutiſsima ſua Geographia recèns edita. M. Ant. Baudrãd. v. Cantabria; qui in anno eius deſolationis, quem ait fuiſſe 586. errat.

24 Et verò Braulio quaſi de clade iam iam eorum cervicibus impẽdente loqui videtur. Vt creditu durum ſit in nonum, decimumve ab Æmiliani denuntiatione annum dilatam eſſe. Putamus proinde anno Domini 573. exeunte, aut circiter expeditionem Cantabricam ab Leovigildo ſuſceptam eſſe, vt Biclarenſis aſſerit. Deinde haud parvam moram in bellace, & indomita gente domanda traxiſſe. Sub finem autem belli, vrbem Cantabriam, velut victoriæ appendicem non ſine cæde, & ſanguine in Leovigildi poteſtatem tandem veniſſe. Id anno 574. iá exeunte eveniſſe credimus. quare locus ſupereſt, vt de impendente malo ipſius anni Ferijs Paſchalibus à S. Viro certiores fierent. hoc ſatis eſſe probabile nemo non videt: quod ſi quis nondum acquieſcit, haud ſanè pervicaciter con-

Digitized by Google

tentionis funem duxerim. Cùm enim aliquot àb D. Æmiliani obitu annis eam inſcriptionē lapidi inſculptam putem, vnius aut alterius anni, tam rudi præſertim ſæculo, errorem obrepere potuiſſe, haud gravatè admiſerim.

Quandonam Epigraphe lapidi inciſa?

25 Sed quandonam characteres illi lapidi inciſi, quādo ipſe ſepulchro illatus? in re tam ancipiti, & ab noſtra memoria remotâ, nihil temerè aſſerere auſim. ſi tamen coniecturis eſt locus, quam ſubijcio, cæteris prætulerim. Puto igitur in primis aliquot annos ab D. Æmiliani exceſſu ad inſcriptionis appoſitionem fluxiſſe. quod ex D. Braulionis verbis viſus eſt mihi Bivarius planè eviciſſe. itaque hac in parte à Yepio, & San-Victorio noſtris vltrò diſcedimus. poſt traslationem autem à Sanctio Maiore factam, eam inſcriptionem conceptā eſſe, nullo modo Bivario aſſentimur. apertè enim ſtylus repugnat, qui eam barbariem minimè præſefert, quæ Sanctij tempore, & aliquot ante, & poſt ſæculis in Hiſpania invaluerat.

Aliquot à S. Viri obitu annis opinamur.

26 Opinamur ergò primò, S. Æmiliani corpus ligneæ thecæ, non marmoreo illi ſepulchro creditum eſſe. Id nonnulla eius thecę fragmēta vnà cum octogono lapide inventa, haud parùm ſuadent. Deinde partim S. Viri fama, & miraculis in dies ampliùs percrebeſcentibus, partim terrore iniecto à Saracenis totam Hiſpaniam vaſtantibus, & in ſacrorum hominum ſacra Lipſana præſertim debachantibus, qua tandem ratione adverſus eorum ſubitam irruptionem ſe munire, eique S. Viri corpus eximere poſſent, Monachos quæſijſſe. opportunum in id conſiliū viſum, vt marmoreo monumento, quod reſerare, atque ſcrutari haud ita promptum eſſet, ſacrum depoſitum committeretur. nullam extrinſecus inſcriptionem, quæ latentem theſaurum hoſtibus proderet, addi placuiſſe. Ita enim, vt pleraque fidelium ſepulchra, eorum illud quoque furorem vitare poſſe. ne tamen ſi forte ipſis fugere, aliaſque ſedes quærere coactis; quod pleriſque alijs accidit, reverti per Maurorum tyrannidem non liceret, ſacri memoria pignoris in perpetuum intercideret; lapidem illum octogonum, qui totius rei poſteros admoneret, vnà includi viſum omnibus eſſe. Eum deinde ad Sanctij Maioris tempora, cum ſepulchrum reſeratum eſt, vnà cum ſacris Æmiliani oſsibus delituiſſe. denique inventum iis, quas ſupra innuimus, cauſis adductos, Re-

Cuius corpus nō primo lapideæ, ſed ligneæ thecę commiſſum.

Cuius rei ſat probabiles coniecturas adducimus.

gem,& Monachos in veteri monumento reliquiſſe. Nihil hic abſurdi, nihil quod nō facilè accidere potuerit contineri nemo non videt. non tamen noſtris coniecturis ita effusè favemus, vt non aliud, qui lapidem Sarcophago commiſere, ſecutos eſſe præfractè defendere velimus. nobis ſat erit, nihil abſurdi in ea lapidis occultatione, contra quam Hermenegildus contendit, cōtineri oſtendiſſe. Aliud fortaſſe, qui eum occultarunt, quod non ego, non Hermenegildus aſſequimur, propoſitum habuerint. At eam vnam ob rem, id pręfractè negare, hominis eſt, qui omnium ſannis, ac deriſui ſe propinare nihil penſi habet. Si enim quorum rationem ignoramus, ea omnia mordicùs abnegare animum inducimus, in Pyrrhoniorum inſaniam ſenſim delabemur. Iam ecquis Abbati eum lapidem ibi conditum eſſe in aurem inſuſurravit? petenti, verbulo reſpondemus: incenſum in Sanctiſsimum virum amorem, veteriſque, & avitæ hæreditatis retinendæ curam, id conſilij, ſat opportunè ſuggeſsiſſe.

27 Iam verò Privilegia illa ab Quintanilla producta, quibus quaſi falſitatis revinctis, triumphat, tantumque non tripudiat Hermenegildus, ſunt profectò ſpectatiſsimæ fidei. Quod enim adverſus illorum alterū obijcit ab Sanctio Abarca anno Domini 971. conceſſum fuiſſe Quintanillam aſſeruiſſe, cum tamen multis ante annis eum Regem obijſſe, vel ipſo Argaiz Benedictino teſte, liqueat; id ex profunda veteris hiſtoriæ ignoratione proficiſcitur. In hanc enim ſi altius paulò penetraſſet, non vnū Sanctium ſolùm, ſed duos Abarcæ cognomen prætuliſſe comperijſſet. Quod, ne ex noſtro nos cerebro confinxiſſe putet, Hieronymi Blancaſij rerum Aragonenſium Hiſtorici peritiſsimi verba ſubijciā. *Sed facilè*, inquit, *concedam primum, illum ea de cauſa fortaſsè dictum eſſe, quod princeps omnium Aragonenſe nomen gentilitij nominis loco, ſibi, ac poſteris vindicarit. Cum nonnullos, qui eum anteceſſerunt, conſtet illud ſibi ex Abarcæ cognomine delegiſſe. proindeque plures Sanctios Abarcas, ac Garſias Reges Abarcas, inveniri.* Hæc ille in ſuis Aragonenſiū rerum Commentarijs ad annum Domini 905. titulo *de Aragonum Regni nomenclaturæ initio.* haud longè à principio.

Diplomata à Quintanilla producta ſincera eſſe oſtendimus.

Reges Aragonenſes Abarcæ cognomento plures.

28 Quod nomen, ne ad noſtrum Sanctium, qui id Diploma conceſsit, minimè propagatum eſſe cauſetur; idem in

 San-

Digitized by Google

Sanctio II. Garſiæ item Abarcæ filio, Primi Cæſonis Abarcæ nepote inculcat. Nam præter Epigraphen, quæ hunc titulum præfert, *Sanctius II. Abarca, & Galindus Aragonum Rex III.* ſic ſcribit ſub initium. *Sanctius autem Garſiæ, ac Garceſij, interdumque Garſeanis,* id eſt, *Garſiæ filium, tum etiam Sanctium Galindi Galindez, ac Galindonis quoque eum vocatũ conſtat. illudque etiam illuſtre Abarcæ præſetuliſſe in Cæſonis memoriam cognomentum. vt non parvam hæc tam varia nominum ratio confuſionem pepererit.* Hæc ibi. Regnaſſe autem hunc Regem ait ab anno 968. ad 990. vt privilegium illud anno 971. expeditum, ab illo planiſsimè dimanare potuerit.

29 Quod ſi hæc, etſi doctis obvia & expoſita, Hermenegildo impervia erant, Garibayum certè Hiſpanicè loquentem adijſſet, qui eum abundè (ipſe modò diſcendo eſſet) ſuperiora docuiſſet. quod ſi hoc quoque homini ex indiculis, quod in Benedictinos effutiat, corroganti grave nimis erat, chronologicas ſaltim Tabulas à P. Claudio Clemente S. I. digeſtas, atque haud ita pridem recuſas conſuluiſſet. in his enim tùm in Regum Aragonenſium, cùm in Navarræorum cathalogo iſthæc inveniſſet.

anno
905. Sanctius Garceſius, ceſſo Abarca.
933. Garſias I. Abarca eius filius.
969. Sanctius II. Abarca.
990. Garſias II. Abarca Tremulus dictus.
1000. Sanctius III. Maior &c.

Quæ noſtri non ſunt inſtituti. ex quibus inanem illum Hermenegildi adverſus illud Diploma, Æmilianẽſeque totâ Hiſpania celeberrimum Tabularium, conatum, ſupinæ, quod diximus, hominis ignorantiæ germanum fœtum eſſe, ſatis apparet.

Quanquam aliter plerique ſenſerint.

30 Neque verò neſcius ſum pleroſque, eoſdemque doctiſsimos, & in his Marianam, Suritamque ad hunc ſcopulum impegiſſe; nullumque Garſiam, Sanctiumve II. Garſiam inter Tremulum vocitatũ, Cæſonẽque Abarcam agnoviſſe. ſed novo lumine ab Hieronymo Blancaſio, alijſque doctis Hiſtoriographis illato, nebulæ, ſi quæ inerant, ita evanuerunt, nemo ut, niſi planè cæcus, veritatem non viderit. quod ſi quid adhuc

huc ſcrupuli reſtat, eum propediem funditus evellet R. A. P. M. Petrus Abarca S.I. qui eximiam ſacræ Theologiæ doctrinam, quæ ipſi primariam ſapientiæ ſedem in hac Academia Salmantina meritiſsimò conciliavit, tam rara hiſtoriæ, Aragonenſis præſertim, notitia cumulavit, vt miraculo propè ſit homini ſubtilitatibus ſcholaſticis diſtento, tantæ Hiſtoriæ meſsis colligendæ otium ſuperfuiſſe. Is, inquam, in ea Aragoniæ Hiſtoria, quam non ad nonum tantùm, vt monet ille, ſed ad 14. & eo amplius annum premit, vir circumſpectiſsimus, duos illos Reges Garſiam, & Sanctium II. Garſiæ Tremuli parentem, Cæſonem inter, & iſtum interiectos fuiſſe luce clarius oſtendet. quin efficaciſsimis argumentis ſubnixus contendit, Sanctio II. non Cæſoni illi, Abarcæ cognomentũ competere. quod enim vulgò de eius prodigioſo partu & clãdeſtina educatione (vnde Abarcæ cognomẽtum plerique ducunt) circumfertur, meram fabulam putat.

Quos validè refutat R. A. P. Petrus Abarca S.I.

*Iam ante annos 6. præcl rum id opus ingenti eruditos pl.uſu lucẽ vidit. quod conſule ſis fol. 76. tom. 1.

31 Quamquam noſtra ſanè parum id refert. Nam ſive Marianæ, Suritæ, & aliorum ſententiam (falſam vt credimus) Quintanilla ſecutus eſt; ſive potius recentiorum (quæ nobis vera omnino videtur) amplexus, nihilo ſanè magis Diplomatis ab eo allati fides convellitur. Si enim Suritæ ſententiam amplectamur, anno Domini 971. quo id Privilegium conceſſum eſt, etiamnum Sanctius Abarca Cæſo dictus ſuperſtes erat. Sin ſecunda (vt debet) præfertur; Sanctius item Abarcá non Cæſo, ſed eius nepos ſecundus regnabat. vt extra controverſiam id Diploma in ſuo robore perſeveret.

32 Ad ſecundum quod attinet Diploma, quod anno 989. ab Sanctio Maiore conceſſum eſſe Quintanilla aſſeruit, nihilò levioris fidei, & notæ cenſeri debet. quamquam in eo Quintanillam lapſum non diffitemur, quod 989. pro 999. facili ſimilium notarum errore, accepit. re etenim vera, eo anno poſteriore VI. idus Decembris, id Sanctius Privilegium Æmilianenſi Cœnobio *ſub regula Benedictina*, vt ibi exprimitur, militanti conceſsit. quod ne declinandæ difficultatis cauſa nos comminiſci quis putet, extat id ſummatim apud Sandobalium noſtrum in Hiſtoria Æmilianenſi §.42. ante annos 80. invulgata.

Aliud Sãctij Maioris Diploma ab impacta calumnia vindicatur.

33 Quod ſi quis contra opponat haud dum illo anno 999. Sanctium Maiorem regnare occœpiſſe, cum omnes ferè

ab

vnum Congregationis corpus ſub vno capite coaluerint; immò (quod ſæpè fatetur Yepius) non alicui Congregationi, ſed ſingulis, nulloque inter ſe nexu devinctis Monaſterijs, ſuá regulam dictaret S. Benedictus, *nihil ex tota illuſtri illa antiquitate ad nuperos Benedictinos pertinebit:*quemadmodum Auguſtinianorum Dominicanorũque decora ad Hieronymianos minimè ſpectant, quãvis ſub eadem Regula *militent.*Hæc fermè, tertio quoque verbo Hermenegildus.

35 Sed enim ea ſolvere levis operæ eſt. Eſt enim planè ridiculum, quodque vni ex omni memoria in mentem venerit Hermenegildo, Benedictinum Ordinem tunc demum aſſerere incœpiſſe, cùm multiplicia per orbem ſparſa Cœnobia vni capiti ſubeſſe occœpere. Quæram enim ab Hermenegildo cuiuſnam Caſsinas Monaſterium, cuiuſnam S. Facundi ante 800. annos, cùm nondum Cõgregationum vſus invectus erat, Ordinis fuerint? ad nullum ne pertinebant? ad aliquem, igitur ſpectaſſe concedet. ad quem ergo? ad Benedictinum ni delirare libeat, credo, reſpondebit. ad eumdem tamen negabit; cùm vnus, vt ſæpe ait, abſque vno capite coaleſcere nequeat. Præclarè. Itaque duo illa nobiliſsima Cœnobia, Benedictini ſunt illa quidem Ordinis, non eiuſdem tamen, ſed diverſi. Perbellè. Ergo tot erũt Ordines Benedictini, quot eiuſdem quondam Monaſteria fuere. cumque eorum numerum ad quinquaginta millia aſcendiſſe nobiles Hiſtorici prodant, quinquaginta item mille Benedictini Ordines fuerint. quis ad hunc tuum, Hermenegilde, acumen, Heraclitus non rideat?

Sed planè ridicule.

Nam, vt Hermegildi ratio eſt, tot erũt ordines Benedictini, quot fuere Cœnobia eiuſdẽ inſtituti.

36 Perge porrò. Vnum, inquis, commune, & individuum caput, vnum & individuum Religionis corpus requirit. B. autẽ nõ vnum pluribus cõmune Monaſterijs, ſed ſuum cuique caput aſsignat. ſubtiliſsimè. Ergo duodecim illa Monaſteria, quæ S. Gregorius ab eo erecta tradit, non eiuſdẽ erant Ordinis, ſed diverſorum. Quin S. Maurus, cùm in Gallijs Monaſterium conſtruxit, ad alium ordinem migravit. Denique quotquot ex vno ad aliud Cœnobium (quod haud ſanè, illis etiam temporibus, infrequens erat) commeabant, vetere abiecto, alium ordinem Monaſticum profitebantur. Hæc ſunt Hermenegildianæ ſubtilitatis conſectaria pulcherrima. quæ profectò ſi vorare & conquere potes, nę ſtruthiocamelis omnibus de ſtomachi robore iure litem intendas.

Et duodecim ab S. Patriarcha erecta Cœnobia diverſi ordinis erũt

Sic

Quotquot Benedictinam regulã ſervant ſemper habiti pro Benedictinis.

37 Sic igitur habeto, Hermenegilde. Nõ Nigri ſolùm Monachi, qui κατ' ἐξοχὴν Benedictini audiunt, verùm quot quot eius Regulã obſervant, pro Benedictinis, eiuſdẽque Ordinis Monachis ab omni ævo cenſentur. Id abundè Yepio noſtro probatum in ſuorum Annalium prolegomenis, itemque Illuſtriſsimo Manriquio Ciſtercienſis Familiæ, noſtrique Ordinis Decori eximio; pererudito (vt ſunt omnes illius verè magni viri lucubrationes) Tractatu, quem ſuo de SS. Ciſtercienſibus politiſsimarum Concionum tomo præpoſuit. Hos ſi tu legiſſes, te iſthæc chartis illinendi, nos eadem refellendi labore levaſſes.

Quod Petri Venerabilis teſtimonium evincit.

38 Mitto plura, quæ apud illos legere potes. Hæc pauca ab illis omiſſa, quæ te in viã reducere queant, ſuggerimus. Audi igitur in primis S. Petrum Cluniacenſem Abbatem, cui, quamquam Benedictino, tutò credas. Hic ergo in celebri illa epiſtola ad D Bernardum datâ, in qua eum ad rixas, & contentiones quaſdam, Cluniacenſes inter, & Ciſtercienſes ſubortas, componendas hortatur, ſic loquitur. *Reſtat*, inquit, *vt vos, quem lacteam, fortemque columnam, cui innititur, Monaſtici Ordinis ædifitiũ, ſumma providẽtia præparavit, & velut rutilum ſydus exemplo, verboque non ſolùm Monachis, ſed & toti latinæ Eccleſiæ noſtro tempore inſigniter lucem donavit, reſtat, inquam, vt totam quam potueritis huic diuino operi detis operam, & vnius nominis & Ordinis maximas cõgregationes nequaquam vltrà diſsidere patiamini.* Hæc Petrus Venerabilis: meâ quidem ſententia (Baronij verba audis ex tom. 12. ad annum 1138. n. 10.) ſanctitate, quæ per dilectionem operatur, ipſi non impar. Vides etiam ante 500. annos, Ciſtercienſes, & Cluniacenſes pro eiuſdem *Ordinis*, & *nominis*, vt Petrus loquitur, hoc eſt, Benedictinis Monachis habitos eſſe?

Cui praxis, cùm vetus, tùm nupera conſonat.

39 Neque mera hæc verba ſunt, ſed quibus res ipſæ, & opera ad amuſin reſpondebant. Hinc tàm faciles illæ, crebręque ex Cluniacenſi in Ciſtercienſem, & ab hac in illam viciſsim Congregationem, cum bona vtriuſque Abbatum venia, migrationes mutuæ. qui mos laudabilis hodieque viget. Vbi enim, certis cauſis intervenientibus, noſtrates Monachi ab vna in aliam Congregationem migrant, vtriuſque ſolùm, vt vocant, Generalis Abbatis conſenſus requiritur; cætera nil

mo ri

Digitized by Google

moramur. non annus probationis præmittitur. non gradu, quem in ſua Congregatione antè habuerat, Monachus excidit; non pro extraneo, ſed pro domeſtico planè habetur. Quid hæc aliud, quàm vnum, idemque inſtitutum, vnum Ordinem clamant? ſit ne ita, cùm ex Auguſtiniano in Dominicanum, aut ab hoc in illum religioſiſsimum cętum, quiſpiam migrat?

40 Sed cur, inquis, Benedictini, quamvis vnam Regulam obſervent, vnius Ordinis cenſeantur; Auguſtiniani, Dominicani, Mercenarij, alij, qui Auguſtini leges ſequuntur, diverſos conſtituunt? En cauſa, Hermenegilde. Auguſtini Regula, quamvis cæteroqui præſtantiſsima, tantique Parentis fœtus digniſsimus eſt, vt D. Antonini verbis vtar, *multum generalis, & ad particularia parum deſcendens.* Hinc varijs ritibus, obſervantijs, conſuetudinibus locum relinquit, quæ, pulcherrimam illam quidem, magnam tamen varietatem efficiunt. *At Regula S. Benedicti* (eiuſdem Antonini verba recito) *ſingula quæque clarè deſcribit.* quin ad ſingula, etiam minutiſsima deſcendit. hic tam varijs ritibus locus nō ſupereſt. hinc quotquot eam profitentur, magnam partem cōveniunt. hinc iure denique omnes Benedictini audiunt, vnumque, & eumdem Ordinem Monaſticum conſtituunt.

Alterius, eiuſdemque Triobolaris Hermenegildi argumenti redargutio.

41 SED Iam ad metam propero. huiuſque Hermenegildi cum Quintanilla conflictus confutationi finem imponam, vbi ſuperiori par, & geminum, neque minùs porrò inculcatū eius telum retudero. Oppoſuerat ille Benedictinis, quò eorum Diplomata, in queis Benedictinæ normæ mentio fit, falſitatis revinceret, pleraque alia, & indubia, in queis altum de illa ſilentium eſſet. ex quo colligebat, quæ eius mentionem inferrent, noſtrorum fraude, & ambitu fuiſſe conficta. Huic craſiſsimæ hominis obiectioni dupliciter occurrerat Quintanilla. primò enim argumentum Hermenegildi *negatiuum*, vt vocant, adeoque imbelle; noſtrum porrò *poſitiuum*, eoque longè præſtabilius eſſe dixerat. Addiderat cauſam cur Benedictinæ Regulæ, & inſtituti in pleriſque ſit mentio prætermiſſa. Cùm enim, aiebat, in noſtra Europa Occiden-

Argumentum ex ſilentio petitum eſt inficiale.

Adeoque infirmum.

cidentali, adeòque in noſtra Hiſpania illis temporibus vnam S. Benedicti Regulam Monachi ſequerentur: hinc factum, vt Monachorum vni Benedictini, Monaſticæ porrò Regulæ nomine, vna Benedictina intelligeretur. Hæc hominem ſuæ argumentationis poſtrema explicatio, in rabiem egit; itaque nõ ſatis habẽs creberrimis eam velitationibus impugnaſſe, apertum ei bellum duobus vltimis capitibus primæ partis ſuæ *ſatisfactionis*, indixit. ac ne ſic quidem acquieſcens, haud ſemel ſecunda parte pugnam inſtaurat.

Eodẽ ſemper revolvitur Hermenegildus.

42 Non multus ero in eius argumentis, quæ iam magnam partem ſuprà diluimus, referendis, ac refellendis. Nam eodem ferè revolvitur; ac Sanctij Maioris Diploma illud ſuũ, Coiacenſem Synodum, Archiva noſtra corrupta, inſtrumenta falſata, & alia quorum ſuprà meminimus, ac reiecimus, obijcit. Præterea, dũ Pellicerij quiſquilias exſufflaremus, quàm latè brevi per totam Europam inſtitutum Benedictinum fuſum, & propagatum ſit, luculenter oſtendimus. Vt ſupervacaneum ſit iam dudum coctam crambem recoquere. quia verò Quintanillę nocturni ſoporis, qui tot menti viſa offerat, ludibria opponit; ecquis altius ſtertat lubet diſpicere; ille ne, qui quod apud optimos quoſque tum domeſticos, cùm extraneos authores legerat, refert; an verò Hermenegildus, qui quæ nemo vidit vnquam, nemo ſomniavit, ſui Ordinis Cœnobia imaginatur; quæ nemo non pro Benedictinis habuit Monaſteria, vnus non agnoſcit; immò mirabili prorſus, & inaudita metamorphoſi, Hieronymiana facit? Quò autem, quàm multis commune illud Quintanillæ inſomnium fuerit, norit, lubet è multis hos paucos ſubijcere. ac primò loco Magnum Suariũ producemus, eo in opere, quod tanto viro indigna multa cõtinere (emunctiſsimæ nempè naris Criticus) pronuntiare nõ dubitat. audiat interim illum L. 2. de varietate Religionum c. 2. n. 7. vbi ſic ait.

Suarez, poſt S. Benedictum, omnes omninò Occidentis Monachos pro Benedictinis habet.

43 Hoc igitur poſito inquirimus, an poſt Benedicti „ inſtitutionem, manſerit inter Monachos veluti Religionum „ diſtinctio, vel omnes cœperint ſub Benedicti Regula mili- „ tare? tamen apud Antonin. in 2. parte Hiſtoriali titulo 15. „ c. 14. ſic ſcriptum reperio: *Poſt Benedictum omnes Mo-* „ *nachi Occidentis militant ſub Regula B. Benedicti, &* „ *ipſum habent in Patrem, exceptis Carthuſienſibus.* Similia

„ milia ferè habet in 3.parte Theologal. tit.16. c.1.§. 7. vn-
„ de veriſimile mihi fit, vel ſtatim,vel paulò poſt inſtitutam,
„ & divulgatam Regulam D. Benedicti, omnes Occidentis
„ Monachos ad illam ſe conformaſſe, quia nullum aliud ini-
„ tium invenitur huius conformationis:ergò ſicut de antiqui-
„ tate Traditionum, quarum principium ignoratur, argumē-
„ tari ſolemus, revocandas eſſe vſque ad initium Eccleſiæ:ita
„ hic cum proportione colligimus vniverſalem hunc ritum
„ Monachorum ſtatim ab initio religionis S. Benedicti in-
„ cœpiſſe. quod etiam poſſumus alijs coniecturis confirmare.
„ prima: quia Monachi antea non videntur habuiſſe certam
„ aliquam regulam in Europa (vt omittam Regulam Baſilij
„ in Oriente, & Auguſtini in Africa) nec ferè vnitatem Re-
„ ligionis inter diverſa Monaſteria, ſed vnumquodque iuxta
„ ſuas conſuetudines, & propria ſtatuta, vel fortè iuxta pru-
„ dentiam ſui Abbatis gubernabantur. Benedictus autem, &
„ propriam regulam inſtituit, & varia Monaſteria in Italia,
„ & extrà illam per ſe,& per ſuos diſcipulos Placidũ,& Mau-
„ rum ſub vnius religionis concordia fundavit, ergò facilè
„ fieri potuit,vt alia Monaſteria eamdem regulam reciperent,
„ cùm nullam haberent.

44 Secundum inditium eſt quia omnia iura, quæ poſt
„ illa, & prope illa tempora, qualia fuerunt circa ætatem D.
„ Gregorij de ſolis Monachis S. Benedicti, vel qui ab eo du-
„ xerunt originem loquuntur. Tertiò, quod præcipuè me mo-
„ vet, invenio antiquam approbationem D. Gregorij dicen-
„ tis ſe confirmaſſe Regulam S.Benedicti in ſancto Concilio,
„ *Et ſubdit; & obſervari præcepi ab omnibus,qui ſæculo*
„ *renunciare, & ad Deum converti voluerint, in omni-*
„ *bus regionibus, ſeu provincijs Eccleſiæ latinæ.* Quartò:
„ Nullum veſtigium alterius Monachatus in Europa inchoati
„ (vt Auguſtinianam,& Carmelitanam familiam nunc omit-
„ tam) ad nos pervenit,præter Religionem Sancti Benedicti,
„ vel alterius,quę ab illa originem ducat aut certè propriam,
„ & notam aliam Religionem multò poſt habuerit.vt de Car-
„ tuſianis infrà cap.4 dicemus: ergo veriſimile fit omnia alia
„ Cœnobia Monachorum, quæ per Italiam, & alias Europæ
„ partes erant ante Benedictum, eius Regulam, & profeſsio-
„ nem aſſumpſiſſe; nam ſi poſtea durarent, in ea profeſsione

inve-

Digitized by Google

„ inveniréntur. Hæc Magnus Suarius; quo teſtimonio nullum luculentius Benedictini vel optare poſsint. nam præter ſummum pondus, quod à viro tanto habet, eam vim, & efficacitatem rationum continet, quam non Hermenegildus, non quivis alius facilè labefactet. vt vel ſi alium (quod fruſtra, vt diximus, Hermenegildus contendit) quemvis authorem haberet, plurimi iure, ac meritò fieri debeat.

Suareſio Moralius aſſentitur.

45 Succedat Moralius, qui ſuæ Hiſtoriæ L. 14. c. 1. hęc ait. *Y aunque no aya expreſſa mencion de la orden, habito, y regla que tenian, no ay duda, ſino que tenian la de S. Benito, que ya eſtaba muy eſtendida tambien por toda Eſpaña, como aun por lo demas de Europa.* hæc ibi: cap. porrò 7. eiuſdem libri ita ſcribit. *Haſe de notar deſde luego, como los Monaſterios entonces en Cordoba eran de la Orden de S. Benito, por ſer èſta la que acà mas avia deſde ſus principios florecido, y de otra ninguna tenemos memoria, que huvieſſe.* Hæc ille. vbi planè vides Moralio idem eſſe illis temporibus Monachum, atque Benedictinum; quod ille vt rem perſpectam, & exploratam, neminique ignotam ſumit. Itaque cum in S. Mariæ Aquilarenſis Cœnobij Præmonſtratenſis nobiliſsimi mentionẽ incidiſſet, cum 300. ferè annis ante illuſtriſsimi illius Ordinis exortum, id excitatum ex veteribus ſchedis, & Diplomatis comperiſſet, Ordini noſtro citrà controverſiam adiudicandum eſſe his verbis pronuntiat. *Aunque agora*, inquit, *es de la Orden de Premonſtre, ſu fundacion es mas de 300. años antes, que eſta Orden (aunque es muy antigua) ſe fundaſſe. y aſsi ſe ve* (nota diligenter doctiſſimi, circumſpectiſsimique, & in noſtræ Hiſpaniæ monimentis verſatiſsimi viri, ad rem noſtram aurea verba) *como en ſus principios fue de la Orden de S. Benito.* quæ viri docti illatio futilis eſſet, ſi tum Hieronymianus, cùm alij paſsim Religioſi cœtus, in Hiſpania noſtra ea tempeſtate, vt Hermenegildus pertendit, paſsim vigerent.

46 Idem porrò in Scholijs Epiſtolæ D. Eulogij ad Vviliesindum Pampiloneſem Epiſcopum ad illa verba. *Hurdaſpalenſis Monaſterij: non dubito*, inquit, *quin id Cœnobium intelligat, quod nunc de Vrdax appellamus. Situm eſt trans Pyrineos Galliam verſus non admodũ longè ab vrbe Bayona diſsitum. Et cum D. Eulogij tẽpore Ordinis*

D

D. Benedicti fuerit, nunc eſt Præmonſtratenſis. Hæc Moralius.

47 Neque verò me latet R. A. P. Ioſephum Moret S. I. cùm omnis Hiſpanicæ Hiſtoriæ, tùm Navarræ in primis patriç ſuæ conſultiſsimum, Hurdaſpalenſe, ab Vrdaxenſi Monaſterio magni ponderis argumentis ſubnixum diſtinguere: quod & nuper editæ Hiſtoriæ Benedictinæ Gallicæ L. 5. cap. 82. num. 2. auctor amplexus fuit. Sed hoc parum ad rem noſtram refert. hic enim id vnum propoſitum habemus, vt oſtēdamus, quàm altè Moralius, excuſsis magnam partem, noſtræ Hiſpaniæ monumentis, imbibiſſet, vnum illis temporibus Benedictinum inſtitutum in ea viguiſſe. quando Monaſterij alicuius antiquioris iniecta mentione, illud Ordini noſtro incunctanter adſcribat.

48 P. Hieronymus Plati S. I. lib. 2. *de bono ſtatus Religioſi* cap. 23. ita ſcriptum reliquit. *Atque hæ quidem familiæ omnes ex Benedicti inſtitutis fluxere; quæ temporibus illis ita viguere, vt nulli alij in Occidente haberentur Monachi, vſque ad Carthuſienſis ordinis initia:* hæc ille.

Accinit H. Plati S. I.

49 Tribus his teſtibus quartum addo Hier. Roman ex Auguſtiniana familia, qui in ſupra laudatæ Hiſpanicæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 33. ſic ſcribit. *Tambien ſe conſervò la Fè en muchos Monaſterios de la Orden del P. S. Benito, que eran muy ricos, y poderoſos, que los Godos en ſu tiempo fundaron, principalmente por Galicia, Portugal (eſto es entre Duero, y Miño, y por alli cerca) y por Aſturias, y Caſtilla la Vieja, y por la que oy llamamos*
„ Aragon, y Cataluña. Por Valencia, Andalucia, ni coſtas de
„ el mar Mediterraneo, no quedò ninguno, ni raſtro de Mon-
„ ges, y de Monjas. porque como eran por alli los mas, ò to-
„ dos, de la Orden de S. Aguſtin, y vivian de limoſnas, aca-
„ baronſe, y perecieron: porque no huvo quien los ſuſtentaſ-
„ ſe. Por eſto ſe ſabe, que no quedaron Monges, ſino en los
„ deſiertos, y de la Orden de S. Benito. Porque como tenian
„ campos de donde ſuſtentarſe, y los Moros no ſacaban alli
„ intereſes; con que los dieſſen algunos preſentes, como tri-
„ butos, y vieſſen que no era gente que podia revelar, ni po-
„ nerſe en defenſa, dexabanlos vivir. Por eſto perſeveraron

Et Hieronym. Roman Auguſtinianus.

„ en Caſtilla S. Pedro de Cardeña , y el de Arlança, y ſegun
„ algunos quieren, el de nueſtra Señora de Valvanera, y el de
„ Pampliega, y en Galicia el de Dumio: y no falta quien di-
„ ga el de Sahagum es de el tiempo de los Godos , aunque no
„ tengo raſtro de eſto. Tambien San Claudio de Leon fue de
„ aquel ſiglo, y los demas que San Fructuoſo fundó: que aun-
„ que en mucha pobreza, y pocos conſervaban aquellos Con-
„ ventos , y ſi los deſamparaban por alguna perſecucion,
„ luego bolvian à ellos. Hæc Roman. non minus verè, quàm ingenuè.

50 Parco pluribus ; ne longum faciam. Vides ergo, Hermenegilde, quàm multos, qualeſque Quintanilla ſui ſocios habeat inſomnij. Totidem, qui tecum vigilent, profer. Ego ſanè illis non ſolùm dormitantibus , ſed vel altiſsimo ſopore oppreſsis plus fidei adiungam, quam tibi, tuique ſimilibus ſexcentis, multorum etiam dierum inſomnia laborantibus.

Velitationis noſtræ prioris cum Hermenegildo concluſio.

51 Sed iam pudet , tędetque in his alijſque eiuſdem furfuris confutandis , tam longam moram trahere. Nobis ad ſingula reſpondere (quod haud ſemel profeſsi ſumus) numquàm in mentem venit: riſum debituris , ſi tam intemperanter otio abuti vellemus. Hermenegildianorum certè quidem ſophimatum, & hallucinationum ſatis amplum arbitror, ſpecimen dedimus : quamque nobis facilè huiuſmodi offucias, & quiſquilias diſcutere, & exuflare eſſet, palmaribus diluendis, plus æquo demonſtravimus. Quare ad ſecundæ iam partis examen, cum bono Deo, ſtylum convertimus.

Appendicula ad ſuperiorem Diſputationem.

Aliud, ab omnique ſuſpitione alienum Diploma producimus.

52 IAM Hæc ad vmbiculum ferè perduxeramus , cum in ſatis celebre, fideique ſpectatiſsimæ Privilegium incidimus, quod hic apponere coronidis loco viſum fuit. Extat eius fragmentum apud N. Argaiz in Inſtructione Hiſtorica cap. XXX. n. 4. ac vt omnis fraudis ſuſpicio abſit id cum ipſo P. Ioſephus Moretus S. I. V. C. omniumque tum Hiſpaniæ, cum præſertim Navarræ veterum monumentorum peritiſsimus communicavit. Extat autem, vt ipſe oculatus teſtis Moralius teſtatur in Archivo Eccleſię Lucronienſis S. Mariæ *de la Redonda* vulgò nuncupatæ, cui Albendenſis Cœnobij

Quod pro germano Moret, & Moralius agnoſcunt.

bij cum Diplomatis & iuribus bona, ex parte ceſſerunt. Nam pars alia Naxarenſi celebri noſtro Cœnobio ceſsit. in eo ergo Diplomate hæc ad verbum leguntur. *Igitur poſcimus vt inſtruas opitulante diuina clementia Monaſticam ducere vitam ſecundũ Benedicti Regulam Patris &c.* poſtea Rex hanc ſubſcriptionem ſubiungit. *Anno feliciter Regni noſtri XX.* is eſt annus Dñi 924. iuxta caſtigatiorem chronologiam, quam Yepius, laudatus Moretus, & noviſsimè eruditiſsimus P. Petrus Abarca ſequuntur.

53 Ac ne quid dubij, aut ſcrupuli ſuperſit hoc Privilegium ſe in Archivo Regio Septimancenſi legiſſe teſtatur V. C. Garſias Loayſa in Prologomenis collectionis Conciliorum Hiſpaniæ pag. VIII. his verbis. *Aluelda eſt hodie parvum munipium in tractu Locronienſi, duabus ab vrbe Locronio leucis Hiſpanis diſtans. olim habuit inſigne Cœnobiũ S. Martini ex inſtituto D. Benedicti, à Sanctio Rege, & Toba Regina æra 962. (is eſt annus c. 924.) fundatum (chartam eius erectionis, & dotis à Rege Sanctio factam legi in Archiuo Simancæ, dum Philippus Rex D. N. itineris cauſa ibi degeret anno Domini 1592.) poſtea collapſum, & translatum in Eccleſia S. Mariæ Rotundæ apud Locronium.* Hæc Loayſa loco citato. Ex quo apparet, quam ſpectatæ fidei ſit Diploma quod in noſtræ cauſę firmamentum adduximus.

Et G. Loayſa V. C. ſe præ manibus habuiſſe teſtatur Septimancæ.

54 Nec eius fidem ſuſpectam reddit, quod hoc Diploma quod ſe Loayſa Septimancæ præ manibus habuiſſe prodit, Muretus aſſerat in S. Mariæ Rotundenſis Tabulario ſe legiſſe, fieri enim poteſt vt non authographum, ſed ex ipſo deſcriptum exemplar vir doctiſsimus viderit. aut ſi authographon vtrobique extat, id non inſolitum illis temporibus, exemplis productis, monuimus. Verebantur nempè cum Reges, tùm Monachi, in quorum gratiam Diplomata concedebantur, ne quo caſu vnicum authographum intercideret. Hinc cautionis ergo duo, triave haud rarò cudebantur, vt altero intercidente, aliud ſupereſſet, quod novis controverſijs ianuam intercluderet.

Nec obſtat, quòd in S. Mariæ Rotundenſis Chartophylacio hodie reperiatur.

55 Poſt dudum hæc ſcripta, occurrit nobis teſtimonium, haud levis ſanè ponderis, quo Benedictini in Hiſpania Monachatus antiquitas luculenter aſtruitur. Extat id in Martyro-

Egregium teſtimon. ex legendario ante annos ferè

ſerè 400. conſcripto erutum:

tyrologio Hiſpano Tamayi, in Vita S. Ildefonſi, ex antiquo Eccleſiæ Aſturicenſis Lectionario ante 400.ferme annos cõſcripto, deſumpta. id eſt huiuſmodi. *Re igitur maturè conſiderata, diuino ſpiritu ductus Agalienſe Monaſterium Ordinis S. Benedicti ſecretè, quoad eius fieri potuit (vno tãtum ruſtico qui ipſum euntem viderat excepto) mutatis veſtibus adijt.* hæc ibi.

Obonenſis Diplomatis aduerſus Hermenegildi cavillos vindiciæ.

Oboniẽſe Diploma ab Herm. cavillis vindicatur.

1 POENE Exciderat Oboniēnſe Diploma, quod tertio quoque verſu, ne dicam verbo, Hermenegildus inculcat. Id eſt, Adelgaſtri, Silonis Regis, vt inſtrumenti ſubſcriptio, & contextus repræſentat, filij. Adverſum hoc omnes eloquentiæ ſuæ machinas, limitatiſsimique cùm iuditij, tum ingenij nervos exſerit Hermenegildus. Summa eorum, quæ contra ipſum, tùm ſæpè aliàs, cùm præſertim ſuę *Inſtructionis Prævia* toto cap. IV. diſputat: hæc eſt.

Hermenegildi obiectiunculæ proponuntur.

Primò; quod Silonem Regem ſine liberis obijſſe omnes ad vnum Hiſpani Hiſtorici conſenſu tradunt. Ergo Diploma. quod contra omnium conſenſum, hos illi concedit, recèns à Benedictinis, in Obonenſis Monaſterij gratiam eſt confictum.

2 Deinde quòd *Benedictini Ordinis* (vocis ad id ævi, & multò-poſt inauditæ) mentionem expreſsè facit; idque ea verborum diſtorſione, vt vel non admodum ſagaci Lectori, ſtatim fraus ſuboleat: ſic enim inquit. *Et S. Benedicti Abbatis, cuius Ordinis in ipſo Monaſterio inſtituimus.* En putidam, ait Hermenegildus, grammaticam ac planè confictam.

3 Præterea, quòd Moralius, qui primus hoc Diploma publici iuris fecit, non legit, *Adelgaſtor filius Silonis Regis*, quemadmodum eius ſubſcriptionem Sãdobalius cum Yepeſio legendum contendit; ſed *Adelgaſter filius Regis Gegionis*; vnde portentum illud *Gegionenſis Regni* Moralius, à Benedictinis in abſurdiſsimam fraudem impulſus, confinxit, quem ſuorum dolum, ne Sandobalius quidem, quamquam ſui Ordinis hominum amantiſsimus; diſsimulandum duxit; qui notis ad V. Epiſcoporum Hiſtoriam, Moralio fucum ab Obonienſibus Monachis factum apertè fatetur.

Denique

4 Denique quod Adelgaſtrum Principem hoc Diploma indigetat, quod nominis Notho, vt Benedictini ſomniant, Silonis filio minimè convenit; quando in Hiſpania vnus Primo genitus, legitimuſque ſucceſſor regni, *Princeps* perpetuò habitus; dictuſque ſit. Quare Diploma tam multis ſcatens plerumque abſurdis, nihilo eſt cæteris probabilius, quæ Benedictini paſſim produtunt. nec abſimile eſt Yepeſij commentum, qui ſe in ipſo authographo, vbi alij *Adelgaſter filius Silonis Regis*, alij *Gegionis Regis*, alij porrò *ſcilicet* legũt, *Adelgaſter Siliz*, legiſſe aſſerit. In quo varietatem, fraudis individuam comitem, Benedictinorumque quidvis, quod è re ſua ſit, comminiſcendi inſanam pruriginem, vel cæcus videat. Nam Argaiz audacia, an impudentia ferenda non eſt; qui vniverſæ Hiſpaniæ nobilitati, ac præſertim Regiæ ſtirpi turpiſſimam labem aſpergere non veretur; dum eius ab hocce ſpurio monſtro originem repetit. faceſſant ergo cum ſuis ſtramineis Diplomatis Benedictini.

5 Hæc tum loco citato, cùm alibi ſæpè, pro more, adverſus Obonenſe Diploma garrit Hermenegildus. ſed quàm ſolida, firmaque ſint per otium diſpiciamus. Principiò igitur, ita Lector eruditus habeto; nobis non id propoſitum eſſe, vt Argaiz opinionem de Adelgaſtri progenie, quam valdè creperam, aut potius falſam putamus, defenſemus. Diploma ſolùm, ac Benedictinorum optimam fidem, quam convellere, & labefactare Hermenegildus nititur, defenſum imus. Et in primis; quod eo nomine in illud invehitur, quaſi Adelgaſtrum Silonis nothum, Principẽ faciat, pura puta calumnia eſt. neque enim ea vox, aut vlla alia vnde hæc elici poſſit, in toto, quantum eſt, Diplomate reperitur. Extat id integrum apud Yepium in tomi III. Appendice ſcriptura XVII. prout ille ex ipſo, quod præ manibus habuit. Authographo optima fide repræſentat. huc lectorem noſtrum reijcimus, neque enim exſcribere vacat, aut opus eſt, quando Yepeſij lucubrationes paſſim proſtrant. In eo deprehendi bis Adelgaſtrum nominari, primo in ipſo Diplomatis veſtibulo, vbi *Silonis* filius, nec amplius, dicitur. Deinde ſub finem vbi *Silo* quidem *Princeps*, vti erat, appellatur; Adelgaſter porrò eius progenies *Siliz* cognomine patronymico apud Hiſpanos vſitatiſsimo, vocitatur.

Herm. cavilli diluuntur.

Adelgaſter in toto Diplomate nũquã Princeps, vt fingit Herm. dicitur.

Yepeſius ab Hermen calũnia vindicatur.

6 Vbi Hermegildi præcipitantiam, an rerum noſtratuum altiſsimam ignorantiam mirari ſubit. qui Yepeſium, qui id cognomen ex pervetuſti inſtrumẽti, haud ita obvia lectione, primus exculpſit, violatæ fidei, tanquam apud Centumvirale iuditium, reum peragit. quaſi verò aliquid tritius apud noſtrates ſit, quàm vt ex proprijs nominibus huiuſmodi patronymica deriventur. quid enim apud Hiſpanos æquè ſolemne eſt, quam vt à Gundiſalvo, Gundiſalviz, Munio, Muniz, Sancio, Sanchiz, Petro, Petriz, ſeu Perez, Ferdinando, Ferdinandiz, Roderico, Roderiquiz, & alia ſexcenta his gemina, patronymica cognomina ſubinde procudant? Faceſſant igitur Hermenegildianæ in virum optimum calumniæ, ſaleſque inſipidiſsimi queis non tam illius honorem lædit, quàm ſuam meridiano in lumine, cæcitatem prodit.

Patronymica qui Hiſpani derivẽt?

Ordinis vox in quem ſenſum antiquitus vſurpata?

7 Nihilo maioris põderis ſcrupulus eſt, quem de *Ordinis* Benedictini expreſſa in eo Diplomate, contra illius ævi morem, mentione inijcit. Ibi enim vox *Ordo* non pro certa, vnicuique addicta vivendi rationi familia, vt legenti conſtabit, ponitur; ſe pro ipſa Regula, vivendive ratione: in hoc porrò ſignificatu eam vocem tum illis ſæculis, cum antiquioribus vſurpatam paſsim fuiſſe, infrà, cum bono Deo, planiſſimum faciemus. Illud ſine reprehenſione abire non poteſt, quod Diploma illud, quaſi contra Priſciani leges peccet, in ſuſpicionem vocat. nam imprimis falſum eſt in eo legi (vt ipſe comminiſcitur) *cuius Ordinis in ipſo Monaſterio inſtituimus*, ſed diſſertiſsime legitur, *cuius Ordinem & c.* ipſum, ſis, conſule, ac mirabere ſive audaciam, ſive ſupinam incuriã hominis. quod ſi maximè in eo legeretur, quod eruditæ nempe, Hermenegildi aures ferre non poſſunt; nihil tamen cauſæ erat, cur illud in falſitatis ſuſpicionẽ vocaret hoc nomine. aliàs omnia fermè Hiſpaniæ noſtræ paulò vetuſtiora inſtrumenta reijci debent, in queis ſimilia verborum portenta paſsim occurrunt. quod forſan, vt validus eſt, Hermenegildi ſtomachus, haud gravatè concoxerit.

Putidè Herm. huius Diplomatis grammaticam vellicat.

Hiſtoricorum ſilentium Silonis Adelgaſtrum filium non fuiſſe minimè arguit.

8 Quod verò, vel hoc ſolùm nomine, noſtrum Diploma falſitatis damnandum contendit, quia quos cæteri omnes Hiſtorici Siloni liberos negant, hos iſtud illi tribuit, æquè frivolum eſt. Nam imprimis hoc ferè omnibus Hiſtoriographis ſolemne eſt, vt qui liberi generis ſeriem continuant, eorum

Digitized by Google

rum mentionem faciant, cæteros prætermittant. Id vel è ſacra pagina didiciſſe poterat Hermenegildus; quæ trium ſolùm Adami filiorum Abelis, Sethi, Caini, nominatim meminit, quamvis pleroſque alios tùm maſculos, cùm fœminas, vnde brevi genus hominum in immenſum propagaretur, ſuſcepiſſe, certum & exploratum ſit. quod innumeris alijs tùm è ſacra, cùm ex profana Hiſtoria ſumptis exemplis cõfirmari poterat. Nolim tamen in re, quam nemo præter Hermenegildum, per ſe non videt, verba prodigere.

9 Quamquam præpoſterum, & abſurdum eſt hoc Hermenegildi ratiocinium: cum nõ Diplomata ad Hiſtorias (niſi alioquin eiuſmodi ſint, de quibus dubitare non liceat) exigi, ſed hæ contra debeant & ſoleant ad illa nec iniuriâ. quãdò multo facilius eſt privatum ſcriptorem alicubi labi, quam publicum inſtrumentum mentiri. Hinc eruditi homines, qui hoc ſæculo ad hiſtoriam illuſtrandam operam, ſtudiumque contulerunt ſuum, hæc oracula ſubinde conſulunt, vnde pleraque ſecus ab Antiquioribus prodita corrigũt, pleraque prætermiſſa ſupplent. Nec tamen apud doctos, & cordatos viros, quòd ea à veteribus ommiſſa ſint, illis fraudi, quin potius ingenti decori, ac laudi fuit. alioquin ſi nihil, quod prætermiſerint veteres proferre licet, venerandæ antiquitatis, quæ extant, monumenta abolentor. vnique Hiſtoriographi, cuiuſque modi tandem ſint, conſuluntor. quod ſi ridiculum, & iniquum eſt, nihilo eſt Hermenegildi calumnia probabilior.

10 Sed enim quamvis nemo, quem viderim, Hiſtoricus Silonis liberorum expreſsè meminerit, nihilominus extra matrimonium genitis non caruiſſe, gravis imprimis auctor Lucas Tudenſis haud obſcurè ſignificat. En igitur, quid ille de Silo, ſeu Silone Rege, libro 4. ſui Chronici ſcriptum reliquerit. *Æra*, inquit, DCCCXIII. *Silus regnum adeptus eſt, & cum Iſmaelitis pacem firmavit. Gallæciam rebellantem in monte Ciperio ſuperarit. dũ iſte regnaret Adefonſus Regis Froylæ filius cauſa dilectionis Adoſindæ Reginæ, vices Regis ſupplebat in regno. quia Silus carebat filijs ex Coniuge.* Hæc ille. ex quibus id quod dicebam haud obſcurè colligitur. ſi enim nullos vnquam Silonẽ liberos ſuſcepiſſe Tudenſis ſenſiſſet, ſat erat eum liberis caruiſſe abſolutè dicere. Dum igitur illi liberos ex Adoſinda coniuge negat,

Silonẽ extra matrimonium liberos habuiſſe non eſt impoſsibile.

eos ipſi aliunde haud ambiguè adiudicat. falſum itaque eſt, quod ais, neminem vnum Hiſtoriographũ ante Yepium, Sandobalium, Argaiz noſtros, Siloni liberos tribuiſſe.

Variantes Adelgaſtri Diplomatis Lectiones ipſum falſum eſſe minimè vincunt.

11 Iam quòd varias ac diſsidentes eiuſdem Diplomatis Lectiones à varijs proditas in falſati, & corrupti à noſtris inſtrumenti argumentum trahis, non eſt minus ridiculum. Sanè ſi quotquot libri varias ab vno authographo Lectiones repræſentant, confic̃ti ſunt, aut corrupti, pauci, aut verius nulli erunt, quibus non eamdem dicam impingas. quare Auguſtini, Hieronymi monumenta, ipſæque adeò ſacræ paginæ ab aliquo plano, aut nebulone, qui generi humano vniverſo fucum facere voluerit, erunt adulterata, aut confic̃ta: quãdo variæ eiuſdem vocis, ac periodi Lectiones circumferuntur.

Vnde variæ Lectiones originem ducant?

12 Sed enim hæc obiectio hominis eſt, qui veterum authographa Scriptorum nũquam οὐδ' ὄναρ viderit, qui enim in rem præſentem venerunt, norunt quam lubrica, & ad lapſum prona ſit res hæc tota. ſæpè vna litterula eſt ævo detrita, quæ non vocem modo, ſed ſenſum prorſus orationis immutat. haud rarò ipſi, quamtumvis non exeſi, characteres ita pravè deformati ſunt, ſic invicem conſerti, ſic confuſi & ambigui, vt quò te vertas haud ſemel anceps hæreas, neque tam ſit opus oculorum, quàm iuditij acumine. Apage igitur tuam iſtam futilem ſuſpicionem, Hermenegilde.

Moralij lapſus haud eſt noſtris imputandus.

13 Neque verò abſurdiſsimi illius erroris de Imaginario Gegionenſi regno, in quem ſeſe Moralius per imprudẽtiam induit, in noſtros, quaſi eũ decipere voluerint, iure culpa conijcitur. Sed vel qui Diploma deſcripſit (nec enim Moralius, vt apparet, authographum vidit) lapſus errore eſt, vel ipſe dum properat pro *Silone*, *Gegione* legit, & in Adverſaria retulit, conceptamque opinionem mox in lucem emiſit. quarè inconſultè oppidò lepidus es, dum duo Diplomatum genera Benedictinis in ſuis Tabularijs eſſe pronuntias; alterum quod extraneis oſtendant, alterum quo abutantur ad ſui cerebri inſomnia confirmanda, quoties ſeſe occaſio, aut libido obtulerit. Qui iocus ſcurra potius, quam homine Religioſo, in viros Religioſos contortus, eſt dignus. Maneat itaque Obonenſe Diploma probæ imprimis notæ eſſe, nec hilum de eius perſpecta fide detrahere Hermenegildianas offucias.

Cyn

1 PENE Oblitus eram id teſtimonium, luculentiſsimum profectò, proferre, quod vel imprimis producendũ fuit. id quidem extat in antiquiſsimo, quod quidem ſciatur, Hiſpaniæ noſtræ Gothico Diplomate, quod S. Fructuoſo ab Cynduaſindo Rege æra DCLXXXIV. conceſſum fuit. nequa vero fraudis, dolivè mali ſuſpicio ſit, ex Eccleſiæ Aſtoricenſis Tabulario vetuſtiſsimo iuxta, ac fidei ſpectatiſſimæ, depromptum eſt. id Yepeſius, & Sandobalius noſtri adducunt, hic in S. Petri Montenſis Hiſtoria, ille in ſui Chronici Benedictini tom. 2. in Appẽdice. Ibi ergo inter alia quæ apud laudatos Auctores videre eſt, hæc ad verbum leguntur. *Si quis igitur deinceps, & in ſubſequentibus huius mundi temporibus, tam à Pontificibus Eccleſiæ, quàm Comes, Iudex, Princeps, Abbas, Monachus, Presbyter, Laicus, vel cuiusvis generis homo, & ordinis, quam etiam quibuslibet omnibus pro huius decreti noſtri infrigẽdo robore, aut inculcando ordine, quocumque conatu vel auſu temerariæ præſumptionis invaſor voluerit exurgere, aut de loco vel Eccleſiæ veſtræ gloriæ Monaſticam traditionem, aut Regulæ ſanctæ cõſtitutionem voluerit evellere &c.* hæc Cynduaſindus. ex queis Regulam Benedictinam iam tum, imò lõgè antè in noſtra Hiſpania viguiſſe liquet.

Teſtimonium luculentiſsimum, quod omiſeramus, pro Regulæ Bened. antiquitate in Hiſpania producimus.

2 Duo adverſus hocce teſtimonium obduci poſſunt. Alterum quod huius Diplomatis ſtylus Barbarus planè eſt, & ab Cynduaſindi ævo, cum nondum manſuetiores Muſæ ab noſtra Hiſpania funditus exulaverant, alieniſsimus. quare rudiore, ac ſequiore ſæculo conceptum fuerit; aut certè hoc noſtro, eiuſmodi fraudum feraciſsimo, malè conſarcinatum, atque confictum.

Duplex in illud obiectio.
1. ab ſtyli barbarie.

3 Sed hoc leve eſt. præterquam enim quòd nulla Aſtoricenſis Eccleſiæ Archivi præfectis, huiuſmodi fuci poſteritati credulæ faciendi cauſa, occaſiove fuit, incultior eiuſdem Privilegij ſtylus alicuius doli ſuſpicioni fovendæ ſatis nõ eſt. alioquin pleraque omnia Gallicana, Italica, Anglicana &c. Diplomata horridius, & inquinatius, quàm ævum ferret, concepta, eadem ſuſpicione afflabuntur. quod nemini hactenus in mentem venit.

Quæ facilè diluitur ſimilium inſtrumentorum multiplici exemplo.

Horri-

Digitized by Google

4 Horridioris itaque ac βαρβαρωτέρε, cùm huius tum illorum ſtyli cauſa eſt, quòd ea à Notarijs magnam partem imperitis, latinæque linguæ ignaris, conciperentur. quod ſi qui eius peritiores eſſent, vulgares nihilominus formulas, quas quivis è plebe caperet, adhibebant. quare haud potiore iure eam ob rem hæc inſtrumenta falſitatis quiſpiam inſimulet, quam ſi poſt aliquot annos, hoc noſtro ſæculo conſcriptum aliquod, quòd has voces, *fallamos*, *facemos*, & alias Notarijs ſolemnes, doctioribus inuſitatas, ac iam penè vulgò deſitas & obſoletas habeat, explodendum & repudiandum tanquam nothum, & adulterinum contendat. vide ſis pleraque vetuſtiſſima Monumenta Hiſtorica, quæ in Actis SS. Ordinis B eorũ eruditiſsimi collectores paſsim producunt, & præſertim quæ V. C. Mabillonius noſter in VI. librum ſui eruditiſsimi operis *de Re Diplomatica* coniecit. animadvertes profectò quãtum eorum ſtylus ab eo divertat, quem cultiores illorum ſæculorum ſcriptores ſuis in lucubrationibus paſsim vſurpabãt, & adhibebant.

Noſtri Diplomatis nuperus impugnator.

5 Hæc dudum ſcripto commiſſeramus, cum ad nos affertur expectatum diu D. Petri Fernandij del Pulgar Palentinæ Eccleſiæ Canonici, vt vocant, Pœnitentiarij Opus in lucem tandem prodijſſe, quo in Opere, Benedictini Ordinis antiquitatis convellendæ orſam ab alijs telam, perſequi ac pertexere moliatur. quod hominis, docti cæteroqui, inſtitutum non poſſumus non vehementius admirari. Cum nec ad eius argumentum ea res ſpectet, nec alioquin vllis noſtrorum iniurijs laceſsitus, in arenam vltrò deſiliat. Ac ſanè dudum inaudieramus, hominem id operis non in nonum, vt ait ille, annum, ſed in longè diuturnius ſpatium preſiſſe; idque non tam eius expoliendi limandique gratia, quam quod ſibi ab Argaiz noſtri (quem animosè aliorum impreſsionibus reſtitiſſe viderat) ſtylo impendentem capiti ſuo plagam metueret, & qua poſſet, declinare vellet. quo fato ſuo defuncto, iam plagæ omnis ictuſque quaſi ſecurum, in ſcenam denique, cui ante eius obitum perſonatus prçluſerat, larvâ demùm detractâ prodire. quaſi verò vno cum homine res ipſi, ſuiſque Congerronibus ſit, atque vniverſus Ordo, impunè ſibi à quoquam inſultari, & illudi, ſit commiſſurus.

OpusPulgarij de Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Sæculari Palentinæ vrbis p. 589. n 5. & ſeqq.

6 Sed diſpiciamus quibus armis inſtructus recens Pugil

gil in arenam deſcendat. Principio itaque in paulò ante productum Cynduaſindi Diploma vehementius arietat, nec ipſi, pro ſolemni Congerronum more, falſi dicam impingere veretur. Nam imprimis, inquit, illi, præter Regẽ, Reginamque, plerique tam Epiſcopi, quàm Optimates ſubſcribũt qui mos quamvis poſt fatalem Hiſpaniæ noſtræ cladem paſsim invaluerit, Gothicis tamen temporibus nondum (quod quidem ſciatur) vigebat. Fruſtra ergo ex eo Sandobalius id confirmare nititur, quod, quippè vnicum, plenam fidem non facit, & vel hoc ipſo in falſi ſuſpicionem iure vocetur.

Qui 1. obiectat tam multas, præter illorum morem temporum, ſubſcriptiones.

7 Deinde cum ex Actis S. Fructuoſi conſtet, virum iuxta nobilem, ac improbum, qui eius ſororem in matrimonio habebat, apud Regẽ vehementius inſtitiſſe, vti bona quæ ex paterna hæreditate vir ſanctus Monaſterio ab ſe cõſtructo. conceſſerat, ſibi vxorique ſuæ adiudicarentur; atque in cauſa, quantumvis iniquâ victorem evaſiſſe, ac poſt paulò morte infelici obita, vltricem Numinis manum ſenſiſſe; cùm hæc, inquam, ex Actis accidiſſe conſtet, par & omninò conſentaneũ erat, vt eorum in Diplomate, in quo Fructuoſi donatio rata habetur, mentio fieret. At de his omnibus in eo ſilentium pluſquam Pythagoricum. apparet ergò hoc quidquid eſt Diplomatis, ſtramineum, ac fictitium eſſe.

2. rei admodum memorabilis in noſtro Privilegio ſilentium.

8 Tertiò, nam aut Cynduaſindus Toleti hoc Diploma conceſsit, aut dum illud expediret, alibi locorum erat. hoc poſtremum aſſeri nõ poteſt. Nam illo ipſo anno, qui fuit Æræ Hiſpanicæ DCLXXXIV. Chriſti DCXLVI. die Oct 18. Põtificum Synodus, cui Rex interfuit, Toleti convenit. ibidem ergò, non alibi conceſſum fuerit. quod ſi (vt eſt longè veriſſimum) certum eſt; cur ex quadraginta propè PP. qui huic ſeptimæ Synodo Toletanæ interfuere, tres ſoli, nimirum Toletanus, Lucenſis, & Aſtoricenſis, noſtro Diplomati ſubſcripſere? quod cum non ſit veriſimile, plus ſatis liquet, id fictum ac ſuppoſitum eſſe.

3. ſubſcriptionũ Pontificum, qui tunc ad Synodum convenerant, defectum.

9 Addam quòd hunc nodum arctius adſtringit, quamquam à V. C. omiſſum. certè quidẽ minimè ab ipſo animadverſum. id autem eſt huiuſmodi Cum noſtrum Diploma Toleti conceſſum eſſe ex ſuperioribus oſtenſum ſit, ex eo efficitur quotquot eidem ſubſcripſere, Toleti fuiſſe conceſsionis tempore. Atqui Candidus Aſturicenſis Epiſcopus, cuius ſubſcrip-

Intẽdit ſuſpicionem Aſtoricenſis, qui ab rat. Antiſtitis ſubſcriptio, quæ in Diplomate extat

Digitized by Google

ſcriptionẽ quarto loco Diploma præfert, Toleto tunc aberat, cum non per ſe ipſe, ſed per Vicarium ſuum Paulum Presbyterum, qui eius vice ac loco ſubſcripſit, huic Synodo interfuerit, vt ex ei ſubiunctis Pontificũ ſubſcriptionibus liquet; eius ergò huiuſce Privilegij ſubſcriptio notha, totumque ipſum adeò fictitium eſt.

Denique non eſt veriſimile Regem pientiſsimum ſacris hominibus anathema dicere auſum eſſe.

10 Denique quòd ſuam cauſam perorare, noſtrã fundiitus iugulare vir doctus putat, tale eſt. Nam ſub finem Diplomatis non profanis ſolùm hominibus, ſed (quod eſt longè abſurdiſsimũ, atque à Principe planè Catholico prorſus alienum) ſacris etiam Pontificibus *anathema* dicitur, Regiumque Decretum *Apoſtolicum Præceptum* nuncupatur. quod cum non ab omni ſolùm pietatis, ſed rationis etiam ſpecie remotiſsimum ſit, plus ſatis liquet noſtrum Diploma, cui tanta moles incumbit, quanta eſt Benedictinæ in Hiſpania Antiquitatis probatio, ſubleſtæ fidei, ac plane chimæricum eſſe.

Reſponſio ad obiectiunculas.

11 Hi ſunt ictus, quos nobis recens, ſi ſuperis placet, Gladiator intẽtat, ac pro lethalibus planèque ineluctabilibus haberi vult. ſed enim oppidò leves ſunt, & indigni, qui venerandæ Antiquitatis monumento, quo nullum forspretioſius habet Hiſpania, labefactando deſtinarẽtur. Nã primæ obiectiunculæ facilè occurritur ſi dicatur iniquè, ne dicam ridiculè, à nobis exigi, vt ſimile & par inſtrumentum producamus, quo cõſtet, ante illam Hiſpaniæ ſtragem miſerrimam, iam in more fuiſſe vt à pleriſque publicis inſtrumentis ſubſcriberetur. cum ex ingenti illo luctuoſoque naufragio hæc vnica tabula emerſerit; cęterę ad vnum omnes ſæviſsimæ procellæ pluſquã decumanis fluctibus hauſtæ ſint.

Ridiculè à nobis exemplum exigitur in omnium defectu.

Quamquam moris inoliti veſtigia adhuc extant.

12 Sed enim non deſunt veſtigia ex quibus iam tum vſurpatum eum ſubſcribendi morem fuiſſe, haud ſanè abſurdè & temerè colligere poſsimus. Nam imprimis in pleriſque omnibus Synodis noſtratibus, cùm ſacri Antiſtites, tùm Optimates, qui eiſdem intererant, ſubſcribebant. qui mos in alia publica, minoris quamvis momenti, inſtrumẽta manare potuit.

Argumento ſunt Diplomata ſtatim ab Saracenica Clade conceſſa.

13 Prætereà animadvertimus in Diplomatibus, quæ recens ab illa memorabili ſtrage conceſſa circumferũtur, plurimas Præſulum, & Optimatum ſubſcriptiones comparere. verò autem eſt ſimillimum eum ſubſcribendi morem à Gothicorum ſtylo temporum deductum fuiſſe, nec eſſe, vt pleraque alia, nuperum inventum.

Et

14 Et verò, vt plurima inſtrumenta illorum temporũ producerentur, quæ ſubſcriptionibus funditus carerent, pravè inde, ſi quod, cæterà ſanum, ijs munitum prodiret, falſi argueretur. cùm nihil in ijs, quemadmodum in omnibus quæ ab hominum arbitrio pendent, ſemper vigeat, & teneat. Eius rei nobile imprimis exemplum nobis ſuppeditat Clodovei Iunioris Diploma circa A. C. 653. non longè à noſtri Privilegij tempore, San-Dionyſiano Cœnobio conceſſum, quod ex corticeo Authographo V. C. Mabillonius N. lib. de Re Diplomatica 6. ſeptimo loco repræſentat, id præter illius ævi in Gallia vſurpatum morem, pleriſque ſubſcriptionibus munitum extat. Neque verò falſitatis inſimulari poteſt. Cum V. C. ac plus æquo ſcrupuloſus, Carolus Cointius; ipſum pro germano agnoſcat, atque ab recens additarum ſubſcriptionum ſuſpicione, quam idem iniecerat, ſtrenuè Mabillonius defendat.

Et, vt res careret in totum exẽplo, prave tamen falſi hoc inſtrumentũ argueretur.

15 Ac profectò ſi huiuſmodi ſcrupulis effuſius libeat indulgere, nihil ferè nobis firmi, nihil certi ex venerandæ Antiquitatis reliquijs ſupererit. Nam ſi ad hanc criticã amuſſim ipſas, queis nil ſanctius habet Eccleſia, VV. PP. ſanctiones exigere velimus, omnia in dubium revocabimus, ac dum circumſpectorum, & prudentium famam inconſultius ambimus, pro eruditis Academici, pro cautis, & circumſpectis Pyrrhonij evademus. quare vt eorum probare nõ poſſumus levitatem, qui omnia nullo germani, adulterinive diſcrimine, admittunt; ſic illorum rigidam ſeveritatem, an arrogantiam vehementins improbamus, qui in quantumvis terſo ac polito ſcirpo, nodos ac nævos, qui nuſquam extra ipſorum cerebrum comparent, paſsim ſomniant, ac detegunt. quod, quamvis ſæpius inculcatum, non potui mihi temperare, quin hic repeterem.

Scrupulus ſive audacia recentium Criticorũ coercetur.

16 Secundum quod Pulgarius obiectat nihilo firmius eſt. Nam imprimis Diplomata, conceſsiones quædam & indulta ſunt, non rerum geſtarum hiſtoriolæ, aut narratiunculæ. vt neceſſe non ſit in ijs omnium quæ evenere, mentionem inijci. & alioquin cum eius rei, quam ſilentio prætеritam Pulgarius queritur, cum illius viri immortali dedecore coniuncta eſſet, ſatis habuit Vir ſanctus ſi à Rege id Diploma impetraret, quo Diplomate, quæ ipſe ex paterna hæreditate Mo-

2. Pulgarij obiectio diluitur.

naſte-

naſterio conceſſerat, rata haberentur; cætera inſuper habuit; neque voluit in ſui hoſtis eiuſdemque generis æternum dedecus, id inſeri, quod nec ſua, nec ab ſe erecti Cœnobij quidquam referret.

3. obiectioni occurritur.

17 Tertia obiectio eiuſdem furfuris eſt. Nam imprimis non vſque adeò certum & exploratum eſt, vt Pulgarius putat, anno Chriſti 646. XV. Kal. Novembris, quo die noſtrum Diploma expeditum fuit, ſeptimam Synodum Toletanam commiſſam fuiſſe. quamvis enim Concilia Hiſpanienſia à Loayſa edita hunc annum, æramque præferant, in vetuſtiore tamen eorumdem editione, anno Cynduaſindi VI. qui fuit Chriſti 647. V.Kal.Novembris eam Synodum habitam fuiſſe legitur. vt proinde neceſſe non ſit ſub eiuſdem tempus noſtrum Diploma conceſſum eſſe. quod ſi verum eſt, omnia incommoda, quæ inde Pulgarius deducit, in fumos abeunt, ac planè ceſſant.

Loayſæ Editio Concil. Hiſpan. vetuſtiori præfertur.

18 Quia tamen Loayſana Editio correctior nobis, & emaculatior antiquiori videtur: reſpondemus Toleti tunc tēporis Cynduaſindum fuiſſe, atque ſub ipſum ſacri Conventus auſpicium, noſtrum ab eo Diploma conceſſum eſſe. quod autem, ſi tūc Toleti Cynduaſindus cum PP. Conciliaribus agebat, omnium omninò Pulgarius, quę non in ipſo comparent, ſubſcriptiones deſiderat, nihil eſt. Nec enim aut ipſe Diplomatis conceſſor Rex, aut impetrator Fructuoſus, quidquam eius firmitati hunc defectum officere putarunt, ac proinde ipſi à tribus, ex omnibus qui convenerant, ſubſcribi ſatis habuerunt. quod autem ij potiſsimum qui in Diplomate leguntur, ex tam multis qui convenerant ſubſcripſere, haud abs re factum eſt. Nam Toletanus ideò ſubſcripſit, quòd Hiſpaniæ Primas, certè vrbis Regiæ Antiſtes eſſet. Aſtoricenſis, quòd ad eius Diœceſin Monaſterium, in cuius gratiam Privilegium concedebatur, pertineret. Lucenſis denique, quòd vicinus, & fors quædam ex ijs quæ conceduntur, in ipſius ditione eſſent. Sed hic mirari ſubit, quî hic Pulgarius ſubſcriptiones deſideret, eaque re noſtro Diplomati falſi dicam impingat, qui id paulò ante, quòd tam multas haberet, reijciebat. ſed enim ipſe ſuorum ſodalium ſolemnem morem retinet, qui dum Benedictinis ægrè faciant, nihil morantur, neque quid dicant, aut ſcribant, ſtudio partium occœcati attendunt.

Quod tamen nihil nobis incommodat.

Antagoniſtæ noſtri inconſtantia notatur.

Id

19 Id quod de noſtro addidimus, & noſtri Diplomatis firmitudinem ac fidem efficatius convellere videtur, omninò diluitur, ſi dicamus, Candidatum Aſtoricenſem Antiſtitem, tametſi abeſſet, poſtea oblato à S. Fructuoſo Diplomati ſubſcripſiſſe, dum S. Vir Domum, quæ propè aberat Aſtoricâ, reverteretur. Nec mirum adverſarijs noſtris accidat, aut abſurdum videatur, quòd Epiſcopum abſentem Diplomati, in tanto loci ac temporis intervallo conceſſo, ſuam ſubſcriptionem addidiſſe affirmemus. Nam haud ſemel laudatus, & laudandus Mabillonius noſter, lib. 2. de Re Diplomatica cap. XX. num. 4. & ſeq. abſentes pleroſque cum Synodalibus Actis, tum alijs pleriſque inſtrumentis ſubſcripſiſſe aſſerit, ac luculenter probat in eam rem pleriſque productis exemplis. multis omiſsis, quæ apud ipſum videre eſt, vnum aut alterum notabilius in lectorum gratiam ſubijciemus.

Candidatus quāvis abſens Diplomati ſubſcribere potuit.

20 In Concilio III. Pariſienſi poſtulant PP. vt Canones ab Epiſcopis abſentibus, quibus oblati fuerint, ſubſcribātur. Sanè Vvenilo Senonenſis Præſul, qui Sueſſonenſi Synodo intereſſe non potuit, eidem in hunc modum ſubſcripſit: *Ego Vuenilo diuino munere Sennonenſis Epiſcopus, prius per Aduocatum, poſtea per memetipſum ſubſcripſi.* Idem præſtitit Æneas Pariſinus Antiſtes, cuius huiuſcemodi ſubſcriptio circumfertur. *Otmandus Diaconus ad vicem Domini, & Patris mei Æneæ Pariſienſis Epiſcopi. Relegens ego ipſe Æneas Pariſij Epiſcopus ſubſcripſi.* Nec abſentes ſolùm, ſed plerique etiam poſteri geſtis, ante ſe natos, plerūque ſubſcribebant. quod num. XI. eiuſdem cap. Mabillonius luculenter probat, atque ante ipſum eruditè Sandobalius in Diplomate Ordonij II. Regis S. Petro Montenſi conceſſo animadvertit. Cum enim id confirmatum eſſet à Ranulpho Aſtoricēſi; poſtea ab Scemeno eiuſdem Sedis Antiſtite, & ab alijs, abs dubio recentioribus, confirmatum ſubinde fuit. quod ſi quis his nolit acquieſcere, dici poteſt, cum decem dies, inter conceſsionem huius Diplomatis, & Concilij VII. Toletani celebrationem, intercesſerint, haud omnino neceſſarium eſſe, vt Toleti conceſſum ſit. fieri enim potuit vt tam Cynduaſindus eius Conceſſor, quam Antiſtites Confirmatores, alicubī extra vrbem Regiam extiterint, cum id fuit expeditum. Deinceps verò omnes ad Synodum Toleti indictam profecti fuerint,

Quod exemplis oſtenditur.

rint,cui Candidatus Aſtoricenſis, qui confirmationi interfuerat, fors morbo implicitus, per ſe intereſſe non potuerit.

τὸ Anathema meram imprecationem importat.

21 Ad id quod poſtremo loco Pulgarius obijcit, reſp. in eo ipſum vehementius hallucinari, quod *anathema* illud, quod ſui Diplomatis violatoribus Cynduaſindus interminatur, cenſuram Eccleſiaſticam, quam nulla ſæcularis Poteſtas inferre poteſt, interpretatur. At longè ſecus res ſe habet. id enim nuda meraque eſt imprecatio, quam Reges, quamtumvis Catholici, & pijſsimi, in ijs inſtrumentis, de quibus nulla eſt controverſia, adhibere quondam ſoliti erant. Catholicus, credo, erat Bermudus, ſeu Veremundus II. nec caput Eccleſiæ ſe ſe ferebat. atqui in Diplomate quod in gratiam Monaſterij S. Vincentij Palumbarij, v. Pombeiro, conceſsit, hæc prope finem adiecit. *Si quis tamen*, inquit, *Regum, Pontificum, Comitum, vel qualicumque forma hominis, hunc factum noſtrum ad irrumpendum venerit, vel venimus, imprimis SIT EXCOMMVNICATVS, & perpetua vltione condemnatus, &c.* Nec minus Catholicus erat Alfonſus VII. qui in Privilegio eidẽ Monaſterio conceſſo ijſdem fermè imprecationibus vſus eſt, totidem verbis conceptis. *Si quis*, inquit, *Rex, aut Comes, aut aliqua Poteſtas &c. imprimis ſedeat EXCOMMVNICATVS, & à fide Chriſti ſeparatus &c.*

Id exẽplis oſtenditur.

V. Yepeſinm to. 5. in Append. Script. 17.

V. eundem ibidem.

22 Neque porrò Sanctia Infans, Vrracæ Reginæ filia, aliquam ſibi Eccleſiaſticam iuriſdictionem arrogare volebat, dum Donationi ſuæ, Carracedenſi Cœnobio conceſſæ, ſimilia inſeruit. *Si quis*, inquit, *vir, vel fœmina hoc noſtrum Priuilegium infringere, aut annullare aliquando tentaverit, ſit Anathema à Chriſto &c.* Cum Morales V.C. in ſimilem in Notis ad Paſsionem S. Dominici Saraceni, nodum in Diplomate Veremundi Regis incidiſſet, eum in hunc modum ſolvit, non nuperorum Criticorum more, abrumpit, aut arctius ſtringit. Nam ad hæc verba laudati Diplomatis: *à Corpore Chriſti ſit extraneus*, ſic loquitnr. *Imprecatio*, ait vir doctiſsimus, & circumſpectiſsimus, *eſt, non excommunicatio.* quo modo & multa *huiuſmodi ſunt intelligenda, quæ in omnibus fermè Regum priſcorum Diplomatis apud nos reperiuntur. quæ non intelligenti eſſe poterant offendiculo.* hæc ille. quæ non adeò abſtruga & recondita ſunt, vt viros

Idem ibidem.

qui

Digitized by Google

qui ſe pro doctiſsimis venditant præterire debuerant. Vide Hiſpaniæ illuſtratæ tom. 4. pag. 356. vbi ſuperiora reperiuntur, loco ſat illuſtri; ne in alicuius Bibliothecæ angulo cum blattis, & tineis luctantia deliteſcere putes. Vide inſuper Cōcil. Tolet. 4. can. 75. vbi huiuſmodi imprecationes reperiūtur, ne has recentioris ſtylij eſſe cauſetur Pulgarius. cum hæc Synodus anno 633. coacta, 13. annis noſtro Diplomate ſit antiquior.

Imprecationes, quæ in Pacto à S. Fructuoſo dictato leguntur.

23 Quod autem quàm leviter, ac futiliter falſitatis, ac *νοθεί'ας* ampliſsimo ac ſinceriſsimo Diplomati Pulgarius dicam ſcribat, quòd ſuis violatoribus anathema dicat, evidenter appareat: lubet ex Pacto, quod ſecundæ Regulæ Fructuoſi ſubijcitur in Codice Regular. tom. 2. pag. 278. ſimilem comminationem producere, quæ aut ab eodem Fructuoſo dictata eſt, aut ab eius certè diſcipulis vſurpata. ea porrò eſt huiuſmodi. *Et ſi aliquis eum defendere voluerit Epiſcopus, vel eius qui ſequitur ordo, aut laicus, & tua ammonitione audita apud ſe eum retinere voluerit, communicatio illius cum diabolo ſit, & participatio cum Iuda Scarioth in inferno: & in præſenti ſæculo excommunicatus permaneat ab omni cœtu Chriſtiano, & nec in fine viaticum accipiat, qui hoc fecerit.* En clauſula illius Monachorum pacti, illo ævo in noſtra Hiſpania familiaris; gemina ac ſimillima ei, ob quam illud Diploma Pulgario non probatur. quid ad hæc regeret noſter ſapientiſsimus, iuxta & acutiſsimus Pœnitentiarius? an Monachi illi, qui etiam Epiſcopis adeo horrendum anathema minaciter intentabant, pro Eccleſiæ capitibus ſe gerebant, atque vnis Chriſti Vicarijs conceſſa iura, ſibi arrogabant? eſt ne hoc etiam inſtrumentum falſitatis labe reſperſum Pulgario? quod ſi quæ extant huc omnia convehere vellemus, in immenſam molem hæc opella excreſceret. itaque ijs conſultò abſtinemus.

Quid ſibi velint Apoſtolicū Præceptum, SS. PP. Decretum &c.

24 Nec gravioris momenti eſt, quod ſuum Cynduaſindus Diploma *Apoſtolicum Præceptum*, *PP. que Decretum* appellat. Præceptum enim id vocitat, quòd ita Regum decreta paſsim quondam appellarentur. Apoſtolicum porrò, quòd ſacris Eccleſiæ canonibus conſentaneè conceſſum eſſet. *Patrum* denique *Decretum* quod à ſacris Antiſtibus comprobatum, & admiſſum eſſet, quæ reſponſio adeo obvia eſt, vt

mirer homini, cæteroqui erudito; non, cùm ſuam obiectiun-culam chartis illineret, occurriſſe; multoque amplius, adeò leve futileque ſophiſma, pro ingentis ponderis argumento Lectori obtrudere, ac venditare auſum eſſe. At hoc nempe ipſe, hoc eius ſocij agunt, vt noſtro Ordini, quo iure, quâ iniuriâ, infenſi infeſtique eſſe pergant.

Palentinæ Hiſtoriæ à Pulgario recèns editæ Criſis.

25 Hæc nobiſcum ex laudato Opere communicarat, amiciſsimum nobis caput, P. Fr. Alfonſus Gutierrez, Monachus San Facundinus. qui his non ſatis habens, totum opus ad nos tranſmiſit. eius nos ſpeciem contemplati, cohorruimus, ad tam inſanam molem. Itaque ſolùm indicem legere animum induximus, cætera alijs, qui otio magis abundant, aut indulgent, relinquentes. Ex eo quam Pulgarius ſcholam frequentarit, haud ex vano coniecturam fecimus. Non enim tam ovum ovo ſimile, quam is par & geminus exiſtit Hermenegildo, & Pellicerio. totus eſt in parergis, ad Lectorum nauſeam & cruciatum, corrogãdis, nihilque quod ad rem, qua de agitur, pertineat adducit. Palentinam Hiſtoriam ſe ſcribere profitetur. ex eo porrò adeò illius ieiunus diſcedas, ac ſi Mexicanam, aut Pequinenſem inde haurire deſideres. præpinguè proinde illis Minerval debet, apud quos tantum profecit vt multis paraſangis tantis Doctoribus Diſcipulus antecellat. Et verò quid ab nupero Hiſtorico ſperare liceat, ſatis ex hoc quod excuſſimus ſpecimine liquet, vt neceſſe non ſit pluribus, eius ἀνιστορησίαν Lectori oſtendere. & alioqui eamdem cum ſuis Præceptoribus ſerram κατὰ πόδας reciprocat, vt quidquid adverſus eorum ineptias diſputavimus, æquè in ipſum conveniat. faceſſat proinde nuperus pugil, neque nobis, gravioribus intentis, moleſtiam creet, riſum, ſi ipſum ſeriò refutare velimus, eruditis omnibus debituris. ſed enim in hoc laudem non modicam meretur, quod quæ peſsimè chartis illevit, ſtudioſiſsimè intra domeſticos parietes perdiu continuerit. cum enim ante octennium hoc opus ex typographeio prodierit, illud parens ipſe tenebris damnat, adeòque informe monſtrum luce indignum putat. quod eius iuditium cordatos omnes, vbi lucem infauſtus partus viderit, probaturos (haud vanus, credo, augur) iam nunc prædico.

26 Nec illud ad extremum omittendum; non eſſe cur admodum Pulgarius æſtuet & laboret, in Monachatu Benedictino

ctino à ſuo Palentino Capitulo relegando. Non hoc agunt, mihi credat, Benedictini, vt Palentini Canonici audiant. Id ſummo ſibi honori ducunt, quod Primas totius Hiſpanię (immò & orbis, ſi Romanam excipias) Eccleſia Toletana; Benedictinos, quorum hodieque pleroſque ritus perſanctè retinet & obſervat, ſicut olim Canonicos habuit, ita nunc, tot poſt ſæcula, non dedignatur fratres habere. Ingenti, ſcilicet, Benedictinis decori eſſet, ſi fraterculum Pulgarium haberent. quemadmodum Palentino Capitulo ſummæ ignominię ſi Reges Alfonſum IV. & VI. & alios pleroſque ex ſtirpe Regia, Bernardum Toletanum, Froylanum, Atilanum, Alvitum, Grixotam, noſtriſque temporibus Auguſtinum de Caſtro Comitem de Lemos, & innumeros, quos huius opuſculi anguſtiæ non capiunt, & quibus alumnis vnum San Facundinum Archiſterion gloriatur (vt interim infinitos prætercam, quos alia noſtra Cœnobia abundè ſuppeditant) ingenti, inquam, Palentinæ Eccleſiæ dedecori foret, ſi hos & eorum ſimiles pleroſque in fratribus numeraret. ſecurum itaque Pulgarium eſſe iubeo, nec vereatur Benedictinos hanc ob rem ſibi ſuove Capitulo litem intenturos.

Benedictini Canonicis Palentinis accenſeri minimè ambiunt.

(?)



M 2 PARS

PARS SECVNDA

NOSTRI APOLOGETICI.

Hermenegildi in S. Benedictum, eiuſque Sanctam Regulam dicteria.

CAPVT I.

Hermenegildus S. Benedicto iniurius.

DEFVNCTOS Priore certamine, ad aliud nos provocat Hermenegildus. Non enim ſatis habuit ſtylum linguamque in filios armaſſe, niſi eadem in SS. Parentem, Ducemque noſtrum Benedictum diſtringeret. quæcumque igitur in ipſum elogia hinc, inde, Illuſtriſsimus San Victorius congeſſerat, arrodit & allatrat; infamique huic argumento ſuæ *ſatisfactionis* ſecundam partem dicat. ſed enim omnes Dentatus noſter citius dentes comminuet, quam tam ſolidæ, ac verè adamantinæ materiæ; genuinum infigat. ſed iam quid San-Victorius dixerit, quid Hermenegildus opponat breviter videamus, quid quæque habeant ponderis ſubinde expenſuri. quamquam morem noſtrum tenebimus, nec ſingula ad lectoris faſtidium, & cruciatum confutabimus, ſumma capita libaſſe, atque excidiſſe contenti.

Prima Herm. adverſus Illuſt. Sā-Victorium obiectio.

2 Principio itaque tanquam fidei catholicæ violatæ Illuſtriſsimum Antiſtitem reum peragit Hermenegildus. cum enim, inquit, imago quædam eique appoſita epigraphe, quæ S. Baſilium Monaſtici Auctorem inſtituti, ob oculos poneret, ideo S. Inquiſitionis fulmine icta ſit, quod quę gloria Chriſto Monaſtici Auctori Ordinis debetur, eam ſanctiſsimo viro attribuerit; hoc nihil ille moratus, quæ in Baſilio dānata ſunt, ea

ea in ſuum Parentem, cui nulla ex parte competunt, quo iure, quâ iniuriâ derivat. Neque refert, quod illam conditionem addiderit, *ſi in quem forte ea elogia cadere poſſent*, eũ eſſe S. Benedictum: quod enim pro hypotheſi initio, Sanctiſsimi Tribunalis flammas reveritus, poſuit, id pro theſi in totius operis progreſſu, paſsim vſurpat.

3 Deinde ad eius argumenta labefactanda progreditur, vſus fuerat San Victorius, quò SS. Parentem N. Monachorum Patriarcham eſſe oſtenderet, Zachariæ Papæ Diplomatis teſtimonio, in quo omnium S. Benedictus Monachorũ P. dicitur. Hoc, multiplici ex Gallonij capſula deprompto telo, Hermenegildus imperit.

Zachariæ Diploma Herm. aggreditur.

4 Primò, quia Hoſtienſis, cum huius Diplomatis mẽtionem faciat, plurima, quæ in eo continentur omittit: haud ſanè omiſſurus, ſi in eo tum temporis reperirentur. ergo ea illi ſunt haud ita pridem adiecta, & affictа. Secundò, in hoc Diplomate aſſeritur ſacras D. Benedicti, & ſororis eius Scholaſticæ exuvias, in Caſsinate Cœnobio aſſervari, cumque nullum Hoſtienſis lapidem non moverit, ei rei contra Gallicanos Monachos aſſerendæ, tam validi & efficacis in eos argumenti non meminit. Tertiò, Petrus Diaconus, & Caſsinenſis Biblio-thecarius, de Privilegijs Caſsinenſibus apud Lotharium Imp. agit, nulla huiuſce adeò inſignis mentione iniecta. Quartò, omnibus ferè ſuis Diplomatis Zacharias, præter Indictionem, Imp. Romani nomen addere conſuevit; quod tamen quiſquis iſtud confixit, omiſsit. Quintò, hoc Diploma anno I. Zachariæ Indict. I. expeditum fertur, cum annus I. Zachariæ non primam, ſed decimam Indictionem habuerit.

Mult's ex Galloniana penu obiectiunculis corrogatis.

5 Sextò, in eo Privilegio omnes Donationes Aguiſulphi Beneventani Ducis Zacharias confirmat. at ante annum 744. qui fuit III. Zachariæ, ſuum Aguiſulphus Ducatum non inijt. quî ergò triennio ante, eas confirmare Zacharias potuerit? adde quod, poſt Zachariæ Privilegium, earum Donationum Leo Hoſtienſis mentionem facit. Septimò, in eo Privilegio Monaſterium *S. Ioannis in Venere* confirmatur, quod nondum eo tempore conſtructum eſſe, ex Berthatij Abbatis Caſsinenſis Laterculo, in quo deſideratur, liquet. Addit pro coronide ſuum illud ſolemne, nihil referre quod hoc Diploma cum appenſo ſigillo Pontificio, in Archivo Caſsinate ho-

 die

die aſſervetur. cum ibi pleraque alia, ſicut in Archivis noſtris fieri aiunt, notha reperiantur. quare tumidū illum titulū *Monachorum omnium Parentis*, quem veluti ſmaragdum oppidò pretioſum, Conſtantinus Bellotus ſuæ ad Clementem VIII. Præfationi intexuerat, in vile, vitreumque tandem ſcrutum, aut in fumos potius, abire.

Quid in S. Hildegardis teſtimonium Herm. oggeniat.

6 Aliud argumentum inſtruxerat San-Victorius ex D. Hildegardis teſtimonio, deſumpto ex eius in ſanctam Regulam Commentarijs, quod eſt huiuſmodi. *Ante tempora*, inquit, *B. Patris huius Benedicti, nulla certa Regula Monachi confirmati, diuerſa incertitudine, & inſtabilitate, hac, & illac vagabantur, certo Magiſterio, & certa lege carentes.* Ex quibus primum illum Monachorum Ducem, & Anteſignanum eſſe, confici putat.

7 Contra hoc argumentum multa congerit Hermenegildus, aitque verba Hildegardis, longè aliter atque San-Victorius interpretatur, eſſe intelligenda. alioquin Regulæ ipſi, quam interpretandā ſuſceperat, manifeſtò contradiceret. Nam in ea S. Benedictus cap. 1. quatuor Monachorum genera apertè diſtinguit. *Monaſteriale*, militans, vt ipſe ait, ſub Regulā, vel Abbate, *Anachoreticum*, *Sarabaiticum*, & *Gyrovagum* quorum duo priora S. Benedicto probantur; poſteriora porrò reijciuntur. quod ſi de Monachis vniverſim, B. Hildegardis verba, quod San-Victorius contendit, intelligēda ſunt; Sarabaiticum, & Gyrovagum ſola, ante Benedictum extiterint. in illa enim ſolùm, non in duo priora, Hildegardis verba quadrant. *Nulla certa Regula confirmati, diuerſa incertitudine, & inſtabilitate, hac, & illac vagabantur.* Ne igitur Hildegardin, ipſi, in quam commentabatur, Regulæ adverſari, & contradicere dicamus, aliter, abs dubio, eius verba interpretanda ſunt. alia etiam loca eiuſdem Regulæ affert, ex queis Monachos Cœnobitas certis legibus, lociſque addictos fuiſſe, liquidò appareat quę, ne longū faciamus, omittimus. ſi enim Hermenegildi veſtigia *κατὰ πόδας* ſequamur, nullus erit rixandi finis.

S. Hildegardis verborum Hermenigildiana interpretatio.

8 Ad id gradum promoveamus, quod rei caput eſt, & in quo mirificè exultat. ait enim ſe in Scorialenſi Regia, ac magnifica Bibliothecā commētarios D. Hildegardis in Regulam Benedictinam, poſt longam inquiſitione, tandem aliquan-

do inveniſſe, ex queis gerant loci ſuperioris, alioquin, ob dicta, difficillimi, veram interpretationem haurire liceat. Sic enim Virgo Theodidactos ſub eorum initium ſcriptum reliquit: *Quod autem, ait, Plus iſte P. dicit Monachi quidam in diverſitate morum ſe diſpergunt, conſiderantibus apertum eſt: inde ipſis ſecundum meritum operum ſuorum merces dabitur. Nam ante tempora B. Patris huius &c.* quæ ſupra poſuimus. En, inquit Hermenegildus, non de vniverſis Monachis Hildegardis loquitur, ſed de duobus ſolùm generibus, quæ Benedictus improbat. alioquin non dixiſſet *Monachi quidam.* Nullo ergo iure ex hoc Hildegardis teſtimonio Monachorum Occidentalium Patriarcha S. Benedictus dici poteſt. Hæc ferè duobus inſanæ molis capitibus Hermenegildus.

9 Sed enim antequam ad eius obiectiunculas reſpondeo, illud adverſus illas vniverſim præſcribo: iniquè illum cum Illuſtriſsimo San-Victorio agere, qui pleraque, quæ ille ὑπερβολικῶς, & concionabundus dixit, ad aurificis ſtateram exigi velit. Profectò, ſi ita cum pleriſque omnibus agatur, pauca erunt quæ criminari, & calumniari non liceat. At Quintanilla, inquies, de me queritur, quòd concionatoriè, & ὑπερβολικῶς San-Victorium ſuo in opere locutum eſſe dixerim. Iam ſupra ſæpè monui, quàm parum ſubtilis, atque in diſtinguendo ſis craſſus, Hermenegilde. aliquoties ὑπερβολικῶς, vt fit, San-Victorius loquitur. hinc effici vis eodem ſemper modo locutum. ſeverè & affirmatè aliquid aſſeruit. inde omnia eius dicta ad eamdem trutinam vis exigere. diſtinctione, mi P. opus eſt; quâ adhibitâ, nihil in eius Opere, quod te offendat, aut moretur, occurret.

Iniquè Hermen. San-Victorij verba pleraque interpretatur.

10 Quòd itaque S. Benedictum omnium P. Monachorum vocitat, non eſt ita ſeverè, rigidèque ſumendum, quaſi eorum, qui illum præceſſere, aut Orientalium etiam Monachorum Patriarcam eſſe velit. Hoc illis ſuis hyperbolis San-Victorius volebat, hoc nos contendimus, ſtatum Monaſticum eà à S. Benedicto incrementa ſuſcepiſſe, ita excultum, atque in maius provectum eſſe, penè vt eius Auctor, Monachorumque omnium Dux, & Anteſignanus dici meritò queat. Quâ San-Victorij aſſertione, ita temperatâ, nil verius. Audi doctiſsimum iuxtaque diſſertiſsimum Virum Hieronymum Plati

Dictorum eius modificatio.

H. Plati S. I. teſtimonium O. B. perhonorificum.

ti S. I. qui lib. 2. de bono ſtatus Religioſi c. 22. ita ſcriptum
„ reliquit. His igitur, inquit, initijs fundata religio ſemper
„ ſervata, & propagata eſt, vſque ad Benedictum, id eſt, an-
„ nis paulò amplius centum. quod ex eo etiam poteſt intelli-
„ gi, quod de ipſo narrat Gregorius, & à Romano iam antea
„ Monacho victum in ſpecu accepiſſe, & ab integro Monaſte-
„ rio poſtulatum eſſe Abbatem in alterius demortui locum,
„ vt ex his conſtet, etiam ante Benedictum Monachos cõplu-
„ res in Italia extitiſſe. quod cum ita ſit, illi tamen iure &
„ meritò nomen Patris, & Patriarchæ Monachorum tribui-
„ tur: quoniam ita rem Monaſticam ſanctitatis, & ſapientiæ
„ auctoritate amplificavit, vt penè eius auctor videri poſsit.
„ Nam cum anno ipſo ſalutis humanæ, vt accepimus DXX.
„ Ordini ſuo initium dediſſet in Caſsino monte, momento
„ ferè temporis duodecim Monaſteria in Italia fundavit, quin
„ alias etiam colonias duxit in Galliam per Maurum, in Sici-
„ liam per Placidum, & aliò per alios. Atque hic etiam non
„ hominum tantum multitudine religionem auxit, ſed diſci-
„ plina quoque; quippe qui regulam ſcripſerit, quæ adhuc
„ extat, & viget, tanta ſapientiâ, vt in eius laudem verè eam
„ Gregorius dixerit, *diſcretione præcipuam, ſermone lucu-*
„ *lentam.* itaque vt Baſilium Oriens, ita Occidens noſter Be-
„ nedictum, tanquam religionis auctorem ac Parentem vene-
„ ratur. Ex hac autem quaſi vna radice, variæ deinde prodie-
„ re propagines variarum familiarum, quæ idem Benedicti
„ inſtitutum complexæ, nonnulla tantum reformãdo, vel ad-
„ dendo, aut leviter immutando, ab ipſo diſcreparunt. Hæc
Platus. queis paria ac gemina ſunt quæ Benedictini de S. Be-
nedicto cum San-Victorio aſſerunt, ac tantopere Hermene-
gildo diſplicent.

S. Benedictus Monachorũ Patriarcha meritò audit

11 Accinit D. Antoninus qui part. 2. tit. 15. cap. 12.
in hunc modum, de S. Benedicto loquens, diſſerit; *Sicut Ba-*
ſilius dicitur P. Monachorum in Oriente, ita etiam Bea-
tiſsimus Benedictus P. Monachorum in Occidente. Sed
expreſsius loquitur cap. 14. vbi ſic ait, *Poſt Benedictum om-*
nes Monachi Occidentis militant ſub Regula B. Benedi-
cti, & ipſum habent in Patrem, exceptis Cartuſienſibus,
qui habent ſpeciales eorum conſtitutiones. Et poſt pauca.
Quemadmodum arbor vna eſt in radice & trunco, multi-
plex

Monachorum in Occidente Dux, & Anteſignanus.

plex autem in ramis, & fructibus; qui tamen humorem & vigorem habent à radice, & trunco: ita ſtatus Monachalis in Occidente vnus eſt ab vno P. deriuans, à radice Regulæ Benedicti habens vigorem. queis gemina ac ſimilia ex Suareſio, & alijs, ſub ſuperioris Diſputationis calcem produximus.

12 Hæc San Victorio anſam (haud abs re puto) ea quæ aſſeruit aſſerendi dedere. queis ſi tu ſimilia nactus eſſes, quo, bone Deus! Hieronymianum Monachatum evexiſſes? quando vix vmbram prenſans, vſque adeò mira & inaudita de ipſo comminiſceris. Cæcus profectò ſit, & in Eccleſiaſtica Hiſtoria, ac erudita antiquitate hoſpes, & peregrinus, qui ad id culmen & faſtigium Monaſticen, Benedicto auctore, quod ante illum non habuerat, perveniſſe non videat. quod ſi minus mihi credis, Hermenegilde, vel hiſce fidem habeas, quæ ipſum numen Sponſæ ſuę Hildegardi haud gravatum eſt dicere. *Prima*, inquit, *lux diei verba Apoſtolicæ doctrinæ deſignat. Aurora initium huius converſationis, quæ primum in ſolitudinibus, & ſpelūcis poſt illam beatam doctrinam germinavit, demonſtrat. Sol autem diſcretam, & benè diſpoſitā viam in ſervo meo Benedicto declarat.* Et poſt pauca. *Quemadmodum etiam primus Moſes in lapideis tabulis ex præcepto meo aſperam & duram legem ſcribens, Iudæis dedit, ſed vt filius meus eamdem legem per dulcedinem Euangelij perforavit; ſic etiam Benedictus famulus meus per propoſitum huius Ordinis, quod ante ipſum duriſsima converſatio fuit, per dulcedinē inſpirationis Spiritus ſancti, diſcretam, & planam viam fecit.* Hæc ibi.

Artium promotores inventores earum paſsim nū cupantur.

13 Iam, ſi is qui aliquam artem ad ſummam perfectionem perduxit, eius auctor, & princeps meritò audit; eccur eius nominis gloriam ac decus invides Benedicto, qui Monaſticen ita provexit, vt nemo magis? Philoſophi ante Ariſtotelem, Geometræ ante Euclidem, Theologi ante D. Thomā plerique floruere, at nihiloſecius princeps harum ſcientiarū, in ſua quiſque arte audit. Cur non inter Monaſtices excultores Benedictus, qui in ea perpolienda & excolenda, cæteris amplius laboravit? Non itaque tam inexpiabile ſcelus San-Victorius admiſit, dum Monachorum P. omnium, Monaſticeſque Parentem, atque Auctorem, tam benè de ipſa meritum SS. Virum indigitavit.

Re-

Quid S. Tribunali in ſacræ Imaginis proſcriptione propoſitum fuerit haud curioſè indagandũ.

14 Reſtat nunc vt quæ contra obijcis breviter diluamus. Primò igitur dicimus: quid ſanctiſsimo Tribunali cauſæ fuerit Iconis illius M. Baſilij proſcribendæ nos planè neſcire; quamquam graviſsimam fuiſſe nulli dubitamus. hoc certò tamen aſſerere audemus, non eam extitiſſe quam de ſuo comminiſcitur Hermenegildus. Nũquam enim aut Baſilianis, aut Benedictinis, ita ſuos ſanctiſsimos Parentes Monaſtices auctores facere in mentem venit, vt hanc gloriam Chriſto bonorum omnium ſcaturigini ereptum irent. Hoc illi contendebant, alterum in Oriente; in Occidente alterum; inſtitutum Monaſticum ita illuſtraſſe, & promoviſſe, vt illius, ſecundùm Deum, Principes extiterint. hinc veri primæ deberentur, acriter diſputatum, ac vltra religioſæ modeſtiæ, & charitatis metas forſan eſt itum. ſed iam, Deo gratia, hic paulò inclementior nimbus reſedit; quem in caſum tuæ flabello ſcriptionis revocare niteris.

Obiectionum in Zachariæ Diploma explicatio.

15 Obiectiunculis Gallonij, plenè eſt à noſtris iam dudum occurſum, quos ſi tu legere, lectoſve intelligere potuiſſes, næ quæ obijcis in medium afferre, aut contra mutire minimè auſus eſſes. illarum tamen, quando huc nos importunè vocas, explicationem perſtringam. Hoſtienſis itaque ſive ea ſolùm attigit, quæ ad rem, quâ de agebatur, pertinebant, cætera prætermiſit; ſive in tanta ſchedarum, quibus Archivum Caſsinenſe, ſupra pleraque orbis, abundat multitudine, non in ipſum authographon, ſed in aliquam eius epitomen incidit. non enim eſt neceſſe, immò per quam difficile, vt vnus homo, omnia copioſioris alicuius Tabularij monumenta excutiat. quod te haud ſemel monuimus. quæ huius obiectionis explicatio tria tui Gallonij potiſsima argumenta pleniſsimè iugulat.

16 Quartò, ab eo quòd Zacharias quiſnam tum imperitarit, præter morem, omiſerit, ducto, verbulo reſpondemus; ideò factum quia non libuit, aut ſuccurrit. niſi fortè aliquid in medium nobis affers, vnde ei ſe additioni conſtet ſacramento obſtrinxiſſe. Quintum ab anni cum Indictione pugnâ ductum, eſt multò levius; quando in pleraque, de quibus nemo ambigit, quâ exſcriptorum negligentiâ, quâ ævi, characterum ductus abſumentis iniuriâ, eiuſmodi errores obrepſiſſe paſſim conſtat. Et verò quid facilius quàm vt pro *ſeptimo* Za-

cha-

In anñ expedti Diplomatis facile potuit error obrepere.

charlæ anno *rv ſe* temporis longinquitate evaneſcente, characteriſque *t*, in priſcis præſertim monumentis cum *r*. indiſcreta ſimilitudine fallēte, *primo* per incogitantiam in ecgraphis ſubſtitueretur? ex quo & 6. argumentum ſuopte pondere ruit. Cum enim Aguiſulphus anno Zachariæ 3. Beneventanam præfecturam inierit; nihil vetat quominus ſeptimo, hoc eſt quatuor poſt annis, eius Donationes ratas eo in Diplomate eſſe voluerit. Iam S. Ioannis in Venere Monaſterium, cuius in eo Privilegio fit mentio, ipſo recentius eſſe parum ſolidè ex Bertarij laterculo aſtruitur. cùm ſæpè ordinem in his Indiculis digerendis inverti contingat. Nam quod addis de Caſſinatis Tabularij inſtrumentis falſatis, & corruptis, tanti faciendum eſt, quanti eamdem Hiſpanienſibus impoſitam à te calumniam fieri debere, in ſuperiore velitatione luculenter docuimus.

17 Hildegardis porrò teſtimonium, eiuſque interpretatio ab Illuſtriſsimo San Victorio adducta cum ſancta Regula minimè pugnat. quamvis enim S. Benedicti ævo quatuor illa Monachorum genera extiterint, at Cœnobiticum illud, quod cæteris præfert, non in Occidente ſolùm, ſed in ipſo quoque Oriente erat rariſsimum. alioquin ſi optimis legibus communita Cœnobia, ſummaque vitæ puritate Monachi in Occidente paſsim floruiſſent ea tempeſtate; quo iure in Martyrologio Romano, Monaſticam diſciplinam *penè collapſam & extinctam* S. Benedictum reſtituiſſe, ſcriptum fuiſſet?

Quis ſtatus Monachiſmi in Occidente S.B. ævo?

18 Nam quod ad Orientem ſpectat hæc pauca ex Baronio libet adſcribere: qui ad annum Domini 529. hæc de S. Benedicto ſcripta reliquit: *Quod rurſus ad res Occidentalis Eccleſiæ pertinet, hoc ipſo anno Magnus ille Benedictus ex anguſtijs Sublacenſium montium diuino monitu egreſſus, Caſsinum petens, ad cuius montis radices erat ſita villa M. Varronis illic erecto Monaſterio, Monaſticū Ordinem mirificè propagavit.* Et nonnullis interiectis. *At quis Dei conſiliū non magnopere admiretur, dū conſiderat eodem ferè tēpore quo in Oriente Monachiſmus eſſet magna ex parte collapſus, compluribus ex his à fide Catholica ad diuerſos errores deficientibus, alijs quoque ab illo vetere inſtituto rigido, in delitias prolabentibus; eodem, inquam, tempore in Occidente inſtaurari, atque longè latè-*

Qualis etiam in Oriente tum fuerit?

Baronij teſtim. O.B. perhonorificum.

que

que diffundi obſervantiam Monaſticæ diſciplinæ, eamque adeo fœcundo germine propagari, cùm veluti ex vno ſurculo prægrandium exortæ ſint frugiferarum arborum ſylvæ, quæ vniuerſum repleverint Occidentalem Eccleſiam? Hæc Baronius, & alia quæ alið reſervamus. Itaque ſatis commoda eſt & genuina loci illius interpretatio à San Victorio adhibita. Neque verò ſanctæ Regulæ contradicit; quæ Cœnobiticum genus commendat illa quidem, at paſsim eo tempore reperiri, nullibi aſſerit. Atque hactenus de Hermenegildi cavillis dixiſſe ſufficiat.

Hermenegildi in S. Benedictum eiuſque ſanctiſsimam Regulam obiectiunculæ ac probra pleraque diſcutiuntur.

Quam methodum in noſtri Apologetici reliquijs ſequamur.

1 INGRESSI eramus ſecundam Hermenigildianæ ſatisfactionis partem, in qua tanquam in ſuo ſterquilinio mirificè exultat, ad verbum excutere. Mox ſuſcepti operis tædere nos cœpit; cum nihil, præter ſolemnia homini maledicta, ac ſæpiſsimè aliàs ad lectorum cruciatum repetitas cantiunculas, prorſus contineat. Itaque penè ſtylum abieceramus, alijs rebus fructuoſius operaturum. Ne tamen opus noſtrũ mancum, ac mutilum, in publicum prodiret, hoc temperamẽtum adhibuimus. Hominis quidem confuſiſsima veſtigia non perſequemur, ne nos videlicet noſtroſque lectores inextricabili committamus labyrintho. Neque tamen æquum erit vt impunè tot plauſtra maledictorum abeant, quæ in noſtrum Ordinem vniverſim, &, quod gravius, & atrocius multò eſt, in Sanctiſsimum Parentem, nihil provocatus, effudit. Itaque nonnulla capita ſelegimus, quæ ex hac hydra exciderem us, vnde & eius genium, & noſtrorum innocentiam æquus arbiter facilè diſpiciat. ſed ad rem iam ipſam aggrediamur.

Obiectiones Hermenegildianæ in Regulã Benedictinam.

CAPVT II.

S. Benedictũ plagij Herm. arguit.

1 PRINCIPIO Igitur id adverſus ſanctam Regulam opponit Hermenegildus, quòd nimirum ſi quid præclari

clari habet, id hinc inde corraſerit, ac compilarit eius auctor Benedictus. quare varia loca Baſilij, Auguſtini, Caſsiani, aliorumque legum Monaſticarum latorum producit, quæ in ſuam normam N. Sanctiſsimus Patriarcha derivarit. Ex quo illud infert, ſi quid laudis earum ſentētiarum auctoribus debeatur, id ad S. Benedictum, qui merum compilatorem, ac deſcriptorem egerit, minimè pertinere. quare inaniter in eius commēdatione laboraſſe Benedictinos.

2 Huic obiectioni illud reponimus inanem oppidò ac irritum laborem Hermenegildum ſumpſiſſe, qui rem, ante multa ſæcula, à Benedictinis animadverſam, & præſtitā, adeò ieiunè egerit. annus hic agitur nongenteſimus, & hoc amplius, cum Benedictus Indenſis Anianæ Abbas celebrem illam Concordiam Regularum aliarum cum noſtra elucubravit. ſed ipſum in eius Præfatione loquētem præſtat audire. *Hæc quidem*, inquit, *dicunt ignorantes B. Benedictum ſuam à cæteris aſſumpſiſſe Regulam, & veluti ex manipulis plurimis, vnum ſtrenuè contraxiſſe manipulum. Quapropter, ſiue propter eos, qui eas habentes, ignorant quibus in locis ſit earum concordia, placuit omnes ex omnibus in vnum coarctari ſententias, quæ cum B. Benedicti concordare noſcuntur Regula. &c.* quæ ſequuntur. ex quo factum eſt vt *Regula Patrum* quondam audiverit Benedictina, vt multis Clariſsimus Mabillonius N. oſtendit Præfat. ſuæ in ſæculi III. Benedictini part. 2. Neque putes racentiores Benenedictinos minus antiquis ingenuos eſſe. Nam Hæftenus Diſquiſ. Monaſt. L. 2. Tract. 2. Diſquiſ. 6. ſub finem hæc habet. *Quare autem SS. PP. Regula S. Benedicti vocetur, eam eſſe arbitror rationem, quòd S. legislator noſter præcedentium PP. Pachomij, Baſilij, Caſsiani, aliorumque veſtigia preſſerit.* Hæc ille. quare ſupervacaneus tuus, Hermenegilde, labor fuit, in eo quod vltro fatebamur tam operosè confirmando.

Sed fruſtra, ac ridiculè.

Regula Benedictina Regula PP. dicta, & quare.

3 At, San-Victorius, inquis, à nemine ſuam Benedictum Regulam mutuatum eſſe, ſed ab vna S. Spiritus vnctione hanc hauſiſſe affirmatiſsimè, ac diſſertiſsimè aſſerit. Monui ſupra Illuſtriſsimum San-Victorium ὑπερβολικῶς ſæpè, vt in concionibus fieri amat, locutum fuiſſe. Non tamen eius iſthæc hyperbole adeò abſurda, ac ridicula eſt, vt omnium riſui ac ſannis, quod tu facis, exponenda fuerit.

Obiectiuncula in San-Victorium diluta.

Benedictina Regula divino afflatu inſpirata.

4 S. Benedictum porrò non abſque peculiari numinis afflatu ſuam regulam conſcripſiſſe vſque adeò certum eſt, & à tot Magnis viris proditum, vt ſupervacaneum videatur in re tàm perſpicua confirmanda tempus prodigere. Nam, præter Hildegardis teſtimonium locupletiſsimum, quod ipſe affers, & in pravum ſenſum, qui tuus eſt mos, detorques, extat aliud perhonorificum in Synodo ad Theodonis villam coacta, anno Domini 844. vbi ſic legitur: *Per loca Monaſtica eiuſdem Ordinis proviſorem neceſſe erit diſponere, cum veſtra auctoritas eos qui vices Chriſti ſecundùm Regulam diuinitus dictatam in Monaſterijs agunt, ſtuduerit ordinari.* quo loci per *Regulam diuinitus dictatam* Benedictinam intelligi, ne Hermenegildus quidem, ſi ſibi conſtare velit, negare poteſt. Ipſe enim cum noſtris Antagoniſtis fatetur, poſt Ludovici Pij tempora, Synodumque illam celebrem ſub eius imperij initia Aquiſgrani coactam, anno Domini 817. omnia Gallicana Monaſteria, quę ſub diverſis legibus antea viverēt, in Benedictinas tandem conceſsiſſe. ſed expreſsius loquitur Synodus Duciacenſis II. an. 874. celebrata, vbi can. 7. hæc leguntur. *Hæc à ſanctis canonibus, antequam S. Spiritus per B. Benedictum,* eodem ſpiritu quo & ſacri canones *conditi ſunt, Regulam Monachor. ediderit.* hæc ibi.

Vt conſtat ex vetuſta Synodo Provinciali.

Et M. Gregorij teſtimonio, & aliorum.

5 Accinit M. Gregorius, qui in 1. lib. Reg. lib. 4. c. 42. *arctiſsimæ vitæ Magiſtrum optimum, ſummæ veritatis diſcipulum eruditum,* noſtrum SS. Patriarcham vocat. vt interim omittam S. Petrum Damianum, Bernardum, Godefridum Vindocinenſem, Bartholomæum Cryptę Ferratæ Abbatem, Auguſtinum Ciſtercienſem, S. Birgittam, Synodum Duziacenſem, Ludovicum Pium, candidum Presbyterum, Hincmarum denique Remenſem, quorum teſtimonia, omni profecto exceptione maiora, habes apud laudatum Hæftenum lib. 2. Diſquiſ. Monaſt. Tract. 3. Diſquiſ. 1. Hinc factum vt Benedictina Regula SANCTA paſsim in Concilijs, Regum ac Pontificum Diplomatis, doctiſsimorumque virorum monumentis κατ' ἐξοχὴν vocetur. vt præter Hæftenum, Yepeſium, aliosque antiquiores, nuper clariſsimi ſæculorum Benedictinorum conditores, Virque clariſsimus Philippus Baſtide in pererudita ſua Diſſertatione de *antiqua propagatione Ordinis Benedictini in Gallia* cap. 8. 1010, nube teſtimoniorum

aper-

ſpertiſsimè evincunt. quæ ſi tu, Hermenegilde, legiſſes, næ, ſi tuæ famæ ac nomini conſultum velles, irrito futilique conatu rei vſque adeò perſpicuæ convellendæ, atque in dubium revocandæ, abſtinuiſſes.

6 Si ſuam itaque Benedictus Regulam divinitus accepit, vt proximè evicimus; haud ſanè abſurdè quiſpiam aſſerat (quod San-Victorius fecit) eam ipſum à nemine mortalium accepiſſe. At, inquis, pleraque omnia in Benedictina Regula contenta, in aliorum vetuſtiorum Patrum Regulis, ac monumentis reperiuntur. haud inficias imus, Hermenegilde. ſed quid vetat quominus Spiritus S. quæ guttatim alijs PP. inſtillarat, ea confertim in *omnium iuſtorum ſpiritu pleni* legislatoris ſtylum effunderet.

Quamvis Benedictina Regula ex SS. PP. teſtimonijs excerpta, potuit nihilominus divinitus inſpirari.

7 Neque novum id ſanè aut inuſitatum Spiritui divino. Antonius ſanè Magnus ἀναλφάβητος fuiſſe perhibetur, qui tamen ſapientiæ & ſcripturarum teſtimonijs plenas litteras, & monita poſteritati tranſmiſit. Ignatius de Loyola, rudis adhuc, omniſque expers litteraturæ in Manreſano illo ſeceſſu, eximium illum, vt Ribadeneira contendit, nunquamque ſatis laudatum exercitiorum libellum conſcripſit. In quo tamen pleraque ſacrarum teſtimonia literarum extant, quæ homo latinæ linguæ ad id temporis ignarus, legiſſe non potuit. Bernardus inter quercus, & fagos ad illam ſapientiam, quam omnes miramur, rari aut nulli in medijs Academijs aſſequũtur, evectus fuit. Et, vt recentiora ante oculos ponamus Gregorius Lopezius, ille novi Orbis ſtupor, eam cùm divinarum, tùm humaniorum ſciẽtiarum notitiam, vnò numine doctore vſus, eſt conſequutus, quam tùm alia eius opera, cùm divinum illud in Apocalipſin commentariũ ſatis oſtendit. Atqui hæc in vno, quod aſsiduè verſabat, divinitatis volumine Gregorius legit, & didicit. infinitum eſſet per omnia, quæ in oculos incurrũt, arcanæ huius diſciplinæ exempla ire. quid miri ergo, ſi idem de ſummæ veritatis, vt Gregorius loquitur, Diſcipulo, ac verè Theodidacto Benedicto, San-Victorius affirmet? An quod Numen in Ignatij animum ſacræ paginæ teſtimonia, Bernardi ſacrarum ſcripturarũ intellectum genuinum, Lopeſij Humanæ iuxta ac divinæ Hiſtoriæ & ſapientiæ notitiam infudit; illorũ PP. ſcita, quæ ad ſuam ipſe Regulam aptavit, non potuit, ipſis inconſultis, M. Benedicto ſuggeſsiſſe? Nugæ. Non itaque

Quod exemplis oſtenditur.

ridi-

ridiculus, vt pertendis, San-Victorius fuit, dum SS. Patriarcham nõ ab homine, ſed ab vno Numine ſuam Regulam hauſiſſe affirmat.

8 Ac ſanè rationi admodum conſentaneum fuit, vt Regula,quæ tam latè propaganda in Eccleſia erat ad cuiuſque præſcriptum tot olim cœlorum incolæ victuri erant, non alium auctorem haberet, quàm ipſiſsimum Numen. Nam ſi Pachomij Norma brevi interitura, divinitus ipſi Angelico miniſterio dictata fuit; quanto credibilius eſt Benedictinam, quæ pro lege Monachis Occidentalibus tot ſæculorum curriculis futura erat, divinum Spiritum auctorem habuiſſe?

Et rationi cõſentaneum eſſe mõſtratur.

9 Hinc obiter colligo quàm fruſtra,& ridiculè te torqueas in eo improbando, quod idem San Victorius de S. Benedicto aſſeruerat. eius ille præcipuam ſapientiam commendarat, dignumque eſſe, qui in Eccleſiæ Doctorum album referretur, docuerat. Id tu in omnem, non Benedictinos modò, ſed ipſum quoque S. Benedictum allatrandi occaſionem intentus, inſectari, ac futilitatis revincere moliris. Res enim tota facilè hac diſtinctiuncula decidi poteſt. Nam ſi eos duntaxat in Doctorum album referendos ducis, qui in humaniorum, aut etiam divinarum rerum commẽtatione longam ætatem in medijs ſcholis contriverunt, indeque magnam ſibi ſapientiæ famam, aut facultatem, vt humanus captus eſt, compararunt; haud ſanè pro haece laurea noſtro Patriarchæ aſſerenda,tecum pugnaciter contenderimus.ſin eamdem viris verè Apoſtolicis, ac Theodidactis, qualem S. Benedictum fuiſſe nemo iure dubitet, concedendam putas, cur illum ex eorum albo expungas, nihil cauſæ eſſe video, præter tuam in ipſum, eiuſque prolem arietandi inſanam libidinem.

S Benedicto Doctoris laurea debita, ſi res ex vero, non ex vulgi & Herm. iudicio pendatur.

10 Sed vt eò, vnde huc,haud importunè puto, digreſſus ſum, me referam; demus tibi hinc inde apis inſtar ſuam Regulam decerpſiſſe S. Benedictum. nihilo ſanè hinc minus laudandus venit Sanctiſsimus Patriarcha. an quia apes (vt in propoſita ſimilitudine perſiſtam) ex varijs floribus mel ſuum in alvearia convehunt, non ipſæ conficiunt,earum artificium eſt minùs admirandum? an quia S. Thomas D. verè Angelicus dictus, cathenam illam in Evangelia, quæ Aurea meritò audit, ex varijs PP. lucubrationibus, ſententijſque hâc, illâc ſparſis contexuit, fraudi ipſi apud æquos rerum æſtimatores,

Nihil S. Benedicto laudis degeri, quod hinc, inde ſuam Regulam, apis modo, excepſerit.

& non

& nõ potius immortali gloriæ fuit?an nobilis ilteZeuxis Heracleotes minus laudis reportavit ex ea Tabula in qua Helenam pinxit, quòd quinque Virginum pulcherrimarum oris lineamenta ſibi ad operis tanti abſolutionem imitanda propoſuit, quam ſi ſuopte ipſam Marte pinxiſſet? non minus itaque gloriæ conſecutus fuerit Benedictus in ſuâ Regulâ condẽda, ſive hanc ex aliorum monumentis, non ſine numinis propitio afflatu, excerpſerit, ſive eam meditando, & commentando, eodem numine favente, conſcripſerit. Nonnulla in alijs regulis laxiora, alia rigidiora, hęc obſcuriora, illa minus noſtris regionibus apta inerant. Hæc omnia ad debitum temperamentum redegiſſe vulgaris prudentiæ, ac non magis divini cuiuſdam acuminis opus eſſe putas? Itaque fruſtra nimium es in Benedicto ſuggillando, ac deprimendo, Hermenegilde. Sol ille eſt. fumos hoſce dicteriorum, quos eius ſplendori effuſcãdo, & intercipiendo evomuiſti, ad primum ſuum exortum diſſipabit, ac pro ingenij (quam, ſpe oppidò præproperâ, devoraveras) laude, referes riſum, aut maforte iram. Atque his paucis tam multa illa, quæ tot capitibus, ne dicam voluminibus, deblateraſti, plenè planeque labefactata, atque in ventos, vnde orta, diſperſa vides.

11 Pergit porrò in ſancta Regula ab tot Summis Pontificibus, Concilijs, Patribus, non approbata ſolùm, verum tot laudibus ornata, quot nullus alius, cùm à ſacris diſceſſeris, liber expreſsit vnquam; pergit, inquam, in ea ad examen vocanda Hermenegildus. ait itaque ſe, poſtquam eam haud oſcitanter excuſsiſſet, duo, triave en ea peculiaria, in quibus ab alijs antiquiorum PP. Regulis diſcrepet reperiſſe. Primum, inquit, eſt; quòd S. Benedictus tùm coquinam, tùm menſam Abbatis, à Monaſticis diſcretas inſtituit. Id porrò ſic admordet, & vellicat Hermenegildus. Nam à ratione alienum videtur ea pręſcribere, vnde Monaſtici ruina ſtatus, abs dubio, immineat. Hinc enim, per Hoſpitalitatis ſpeciẽ, ganeæ paulatim litatur, luxuique à Monaſtica parſimonia alieno, non tam rima aut feneſtra, quam ampliſsima ianua aperitur. Adde quod Monachis haud modica Abbatis ſuggillandi inde materies ſuppetit: dum ſe duriter & reſtrictè haberi, & tractari, Abbatem porrò ſuũ lautè epulari, ac convivari vident. Pręſtaſſet proinde (cenſorio ſupercilio N. Antonius, aut redivivus Pachomius

Quid peculiare in Regula Benedictina Herm. repererit?

Quod cenſorio ſupercilio vellicat.

mius concludit) hæc in re, vti in alijs, ne ab aliorum PP. ſcita tis Benedictus diverſus abiret.

Eius impudentiæ occurritur.

12 Sed enim, mi Cato, da mihi Abbatem, qualem ſua in Regula vult Benedictus; atque huic, quod opponis, incommodo videbis occurſum. Quid enim? putaſnè Benedictum, ac ei ſimiles Abbates, ita liberales, aut verius profuſos in hoſpites fuiſſe, vt interim Monaſticæ frugalitatis non meminerint? quòd ſi qui lautius accipiendi fuerint, crediſne ita Polyxenos, & helluones fuiſſe, vt nullo profeſsionis ſuæ reſpectu, nulla ſermonum, quorum hinc ampliſsimam ſegetem hoſpitibus iuxta ac domeſticis offerrent, ratione habitâ, ſeſe mero cibiſque delicatis ingurgitarint? lōgè ab illorum moribus, ac ſanctimoniâ iſthæc ſuſpicio abeſt, Hermenegilde. Viderat Benedictus Hoſpitalitatem in ſacra pagina ſubinde inculcari. Angelos, immo Angelorum ipſum Dominum in hoſpitibus ſuſcipi legerat. Nihil ergo reliqui fecit, quominus omnis ijs exhiberetur humanitas.

Cur menſam à Monachis ſecretam Abbati aſsignaverit S. Benedictus?

13 At cur, inquis, communi Monachorum menſæ nō hoſpites adhibiti, in qua ſatis humaniter tractari poterant? en cauſa, Hermenegilde, quando ad hanc nos dicendam, tanquā in Centum-virali iudicio, adigis. ſatis animo providerat Benedictus aliquid damni, ſi Abbas ſeorſim ederet, pati poſſe diſciplinam Monaſticam. At longè gravius ipſi aliunde impēdere animadvertit, ſi in commune Monachorum Refectoriū admitterentur homines ſæculares. nulli rei æquè ſtudebat Benedictus, atque vt ab ſæculi negotijs, ſæculariūque convictu Monachos abſtraheret. quorsū ergo cotidianis epulis hoſpites adhiberet, qui Ægyptiacarum dapum memoriam refricarent?

14 Adde quòd hoſpitibus intra MonaſticumCœnaculum ſuſceptis, neceſſe erat tempus prandij iuſto prolixius evadere, ex quo non minima Monaſticæ diſciplinæ labes; dum horæ ſuis quæque exercitijs aſsignatæ per has moras inutiliter, & damnosè perirent. Hinc aut laborem manualem, cum magna rei Monaſticæ iactura omitti, aut orationem, reliquaque Monachorum exercitia, feſtinatò peragi neceſſe omninò erat.

15 Accedit quòd hoſpites de via ſæpè feſsi, lautiùs, quàm Monaſtica ferret frugalitas, erant habendi. at id in mēſa communi haud ita commodè fieri poterat. Nam aut Abba-

tem

tem iiſdem atque illi cibis paſci oportebat, ex quo locus Monachorum rumuſculis, & ſcandalo; aut ſi Monaſticis contentus eſſet, hoſpites ſuos in ruborem daret, immò ſæpè eò redigeret vt magis inde famelici abirent, quam intraſſent. Succurrit memoriæ id quod Innocentio II. Summo Pontifici, eiuſque comitatui vſuvenit apud claram-vallem. Excepti hoſpitio fuerant à M. Bernardo Noluit Summus Eccleſiæ Antiſtes ſeorſim à Monachis cibum ſumere, ſed in eodem Refectorio, iiſdemque cibis, quibus Monachi, paſci. Piſcis fors oblatus Pontifici. Pontifex repudiavit. circumlatus eſt per menſas omneis nemo ita procax inventus eſt, qui in tanta cæterorum abſtinentia, auſus fuerit contingere, nedum guſtare. atque ita plerumque fieret, ſi hoſpitibus alij cibi delicatiores, quod hoſpitalitas exigit, apponerentur, Monachis inſpectantibus. Ergo ſeorſim ac ſeparato loco Benedictus hoſpites paſci iure decrevit, ne hoſpitalitatis ſancta iura violaret. Arnald. in Vita S. Bernard. L. 2, c. 1.

16 Denique divites, aut Optimates rarò ſolent Monaſtica hoſpitia frequentare: Pauperes, quorum præcipuam rationem haberi ſua in Regula Benedictus iubet, ſępiſsimè: vt parum metuendum proinde eſſet, ne illis lautè accipiendis Monaſticæ rigor diſciplinæ laxaretur. quādo pauperculis, qui frequenter aderant, paſcendis, id quidquid erat damni, abundè penſabatur. Iam hi cibis penè Monaſticis contenti erant; quare omnis luxus, & profuſionis occaſio aberat. Pauperum rationem in ſua Regula præcipuè S. B. habuit.

17 Hanc porrò D. Benedicti ſanctionē rationi, & obſervantiæ Monaſticæ apprimè conſentaneā eſſe, Ciſtercienſis obſervantiſsimæ familiæ primi Proceres fidē abunde faciunt, qui identidem Cluniacenſibus obiectabant, quòd à Regula Benedictina in hac parte diſceſsiſſent, eius moris, ſicut & cæterarum Benedictinarum legum ipſi tenaciſsimi. quod profectò haud feciſſent, ſi impendens diſciplinæ Monaſticæ periculum; ac præſentaneam ruinā veriti fuiſſent. Quare in caſſum, Hermenegilde arrodis, quod tot taleſque viri, non minus verbo, quàm exemplo, licitum eſſe approbant. Regulæ Benedictinæ æquitas Ciſtercienſium ſuffragio approbata.

18 Sed cur, inquis, hodie plerique omnes Benedictini hanc ſui Parentis ſanctionem, ſi quidem Monaſtico inſtituto nihil officit, non obſervant? verbo dicam. aliud hodierni mores, aliud tempora noſtra poſcunt. Neque id ſanè non vidit Benedictus, qui pro temporis, loci, & circunſtantiarum

opportunitate pleraque variare ; atque immutare Abbati permiſit. Neque id vnis Benedictinis legibus vſuvenit. quàm multas Eccleſiaſticas ſanctiones partim vſus contrarius abrogavit , partim oportunioribus recentiores Pontifices mutavere? & hæc quidem pro illius Benedictinæ ſanctionis defenſione dixiſſe ſufficiat.

Aliæ aduerſus ſanctam Regulam ab Hermenegildo inſtructæ calumniæ diluuntur.

CAPVT III.

Benedictinæ Regulæ indulgentia ab Herm. vellicatur.

1 ITERVM In ius rapit Hermenegildus Benedictum. Nempè homini in interiori Thebaide palmulis, oluſculis, frigidæque innutrito, admodum liberalis, immò profuſa in cibi potuſque modo præſcribendo videtur Regula Benedictina. Nempè duo pulmentaria cocta, quæ ſuis SS. Legiſlator Monachis indulſit, mullum, rhombum, ingentemve Phaſianum fuiſſe putat. Iam libræ panis pondus, quod in ſingulos dies Monacho aſsignat, mirificè amplificat. Vini porrò menſuram adeò amplam fuiſſe contendit, vt congium, amphoram, aut ſi quid capacius, fuiſſe facilè credas, ſi eius dictis fidem adiungas. Hinc factum , ait, vt hoc velut nidore , Monachi ſeveriori diætæ innutriti , pellecti , gregatim in Benedictinum inſtitutum involarint.

Quam in cibi potuſque modo præſcribẽdo, non ſine cauſa , benigniorẽ fuiſſe haud inficiamur.

2 Hæc autem meræ putæque calumniæ ſunt; indignæ profectò quæ ab homine Chriſtiano nedum Religioſo, adverſus eam Regulam, quæ à tot Concilijs, Pontificibus, Patribus, in cœlum laudibus fertur, obijciantur. ſed , vt ad ſingula reſpondeamus, fatemur quidem Regulam noſtram in cibi potuſque menſura præſcribenda benigniorem , quam aliorum PP. regulæ forent , fuiſſe. Dum tamen hinc noſter Antagoniſtes colligit, eas perfectiores eſſe; egregiè , vt aſſolet , hallucinatur. Regula enim ad quam multorum mores dirigi debent, nõ quid hic, aut ille, ſed quid maxima pars hominum ferre queat, ſpectet oportet , ac præſcribat. alioqui ſi ſe vnum attendiſſet Benedictus, reſtrictior profectò parciorque multò foret. Ne tamen quos Chriſto lucrifacere parabat, ab ſe abalienaret, indulgentior hac in parte fuit : ratus (id quod reipſa accidit) ho-

hominès ex eius normæ præſcripto viventes, eò gradatim, ac velut ſponte ſuâ, abſtinentiæ perventuros, quò raros, vel ex Nitriæ ſolitudine, legimus perveniſſe. Huius rei præclarum nobis teſtimonium ſuppeditat Theodemarus in Epiſtola ad M. Carolum ſcripta. *Quarta inquit ibi, & ſexta feria, duo tantum reficiendis fratribus præparamus; excepto quòd plures ex Fratribus noſtris, pane tantùm his diebus, herbiſque hortenſibus veſcantur. quorum plerique etiam nec vinum bibunt.* Hic mos tenebat tum Caſsini, vndè in alia Cœnobia manavit, in quibus diu viguit.

Qua benignitate haud abuſi Benedictini.

3 Neque verò id quod durius ac moleſtius eſt, perfectius continuò eſſe, ſatis illa viſio M. Pachomio oblata patefacit: cùm enim ei preces fundenti Angelus apparuiſſet, preceſque, quas in ſingulos dies Monachi recitarent, indicaſſet; eæ paucæ admodùm Pachomio videbantur. cui Angelus reſpondit: *Has conſtitui, quas poſſent infirmiores abſque labore perficere. cæterùm qui perfecti ſunt, hac lege non indigent. apud ſe namque in proprijs conſtituti cellulis, orare nō deſinunt.* Vides Deum miniſterio Angelico Pachomio non duriora, ſed plurium viribus accommodatiora, ac dubiò procul perfectiora alijs ad obſervandum proponenda dictare: qui eidem ante præceperat: *Singulis iuxta vires ſuas edere concedas, & bibere: & neque comedere modeſtè, neque ieiunare prohibeas.* vt vel hinc agnoſcas eumdem ſpiritum eadem quæ quondam Pachomio dictarat, aliquot poſtea ſæculis inculcaſſe Benedicto.

Nō quod durius, aut ſeverius, perfectius.

4 Neque verò duo illa pulmentaria cocta, quæ ſuis SS. Patriarcha alumnis indulſit, Apicio aliquo, aut Hortenſio digna fuiſſe ducas. vilia ſatiſque parabilia fuiſſe perſuadet, cùm ipſum *pulmentarij* etymon, quod à *pultibus*, viliſsimo cibo, deducitur; tùm noſter, vel in hodierno tepôre, vſus. quænam porrò ea fuerint, haud expreſsè in ſanctæ Regulæ interpretibus reperitur. ſed enim ex pervetuſto Arlantenſis Tabularij codice, ante annos 400. deſcripto, quid in meo S. Facūdi Monaſterio, pro duobus illis pulmentarijs apponeretur, his verbis exprimitur. *Per ſingulos dies* (ait laudatus Codex cap. 14. quod eſt de Cellerario) *in refectorio tria pulmentaria fratribus apponuntur. duo videlicet à coquina, tertium ab Apotheca; excepto quòd in ſexta feria ab Apotheca duo,* &

Qualia pulmentaria B. ſuis conceſſerit?

& à coquina vnum. quæ conſuetudo ſit à Paſcha vſque ad Quadrageſsimam. In Quadrageſsima enim ab Apothecario duo, cætera verò à Cellerario miniſtrãtur. ſunt itaque Pulmentaria, aut de oleribus, aut de leguminibus, aut de pultibus, aut de porris, & huiuſmodi. Hęc ibi. Si itaque Monachi poſt 600. annos à Benedicto, cum primitivus ille ardor haud ſanè parùm intepuerat, adeò ſeverè Regulæ textum intelligebant: quid, putas, ipſo ſanctiſsimo eius Conditore vivente, & vidente, præſtitiſſe? Nec verò aliter fas eſt credere de ſpiritalis, *vitæque arctiſsimæ*, vt eum M. Gregorius vocat, *optimo Magiſtro.* quare maneat hac etiam in parte, vti in cæteris, plurimum excellere Regulam Benedictinam.

Panis libræ à S. B. præſcriptæ quantum pődus?

5 Iam libræ panis pondus à D. Benedicto præſcriptũ, non ita immane fuit, ac tu credere iubes. Fateor hac in parte in diverſas ſententias S. Regulæ interpretes abijſſe; atque ex his nonnullos maius fuiſſe putaſſe, quàm quod vni homini, abſtinentiam præſertim profeſſo, ſufficiat. ſed interpretum errores ſanctiſsimo Legiſ-latori fraudi eſſe non debent. putamus itaque libram, quam ſuis SS. Patriarcha aſsignavit pro dimenſo diurno, vulgarem, hoc eſt, duodecim vnciarum, aut paullò certè maiorem fuiſſe. movemur ex eo quòd huiuſmodi libra eſt Italiæ familiaris, nec eſt vero ſimile S. Benedictum de alijs ab ſe vno præſcriptis locuturum; quando non vni aut alteri Cœnobio, Provinciæve, ſed plurimis ſuam Regulam conſcribebat, quod ex eius contextu liquet.

Super eo ſententiæ variæ.

Vndenam ortæ?

6 Hoc pleroſque in errorem induxit, quòd varia pondera, ad quæ panes exigebantur tùm Caſsini tùm alibi reperta ſunt, quæ Romanæ libræ modum excederent. ex his enim alia tres, alia quatuor ipſas libras vulgares pependiſſe prodũtur. Hinc nonnulli crediderunt ſingulos panes quadilibres, trilibreſve, ſingulis Monachis in dies ſingulos datos fuiſſe ſed planè labuntur. Nam illi panes compendij gratia ita magni fiebant, mox in treis quatuorve Monachos dividendi, prout trilibres, quadrilibreſve erant. nec putes hoc commentum meum eſſe tuæ declinandæ obiectionis cauſa confictum. Nam Theodemar laudatus in celebri illa ſua ad Carolum M. Epiſtola mihi præivit. *Direximus quoque*, ait, *pondo quatuor librarum: ad cuius æqualitatem ponderis panis debeat fieri, qui in Quaternas quadras ſingularum librarum, iuxta*

Libra panis ſingulis Monachis ex quadrilibri pane dabatur.

ſacræ

ſacræ Regulæ Textũ poſsit diuidi. hæc Theodemarus queis nil clarius pro noſtra ſententia poteſt adduci. Itaque mirati dudum ſumus pleroſque ſanctæ Regulæ doctiſsimos interpretes hùc, poſt lectam Theodemari Epiſtolam, impegiſſe. Quocirca noſtram cogitationem ſubtimidè proponebamus, quod durum admodum videretur contra tot, tamque gravium virorum conſenſum ire. ſed nos in ea ſententia confirmavit V. C. Mabillonius noſter, in ſua pereruditа Præfatione ſæculi IIII. Benedictini p. 1. n. 153. omninò conſulendus. quippe qui hac ſuper re, vt de pleriſque alijs, doctiſsimè, pro more, diſputat.

7 Vini quoque modum ſuis ab ſanctiſsimo Patriarcha aſsignatum, modicum, aut etiam intra modum, fuiſſe, vel illud perſuadeat, quòd id Monachis indulſerit, non tam ſuapte ſponte, quàm Occidentalium imbecillitati, an inolito, & inveterato mori coactus cedere. ſed ipſum præſtat ſanctiſsimum Legiſ-latorem ſequentem audire. *Licet legamus*, inquit ſuæ Regulæ cap. 40. *Vinum omnino Monachorum non eſſe; ſed quia noſtris temporibus id Monachis perſuaderi nõ poteſt, ſaltem vel hoc conſentiamus, vt non vſque ad ſatietatem bibamus, ſed parcius.* quam obſecro, veri ſpeciem habere poteſt, hęc ſcribentem, adeo, atque tu ipſum facis, in vini modo præſcribendo prodigum fuiſſe?

Vini à S. B. conceſsi mẽſura qualis?

Quam modicam fuiſſe ipſe S. Regulæ textus perſuadet.

8 At interpretes hic, inquis, variant, vinique menſuram iuſto ampliorem faciunt. eſto. at quantò proclivius eſt, homines quantumvis doctos, & pios, multò tamen Benedicto inferiores, in errorem lapſos eſſe, quàm omnis moderationis ſpecimen SS. Patriarcham, in re tanti momenti modum non tenuiſſe? Itaque Heminam vini, quam S. P. ſuis Monachis permiſit, ſemiſextarium (Hiſpanicè *medio quartillo*) Romanum cepiſſe ducimus. id nos docuit V. C. Ioannes Mariana in ſuo erudito opuſculo de ponderibus, & menſuris cap. 16. his verbis: *Hemina*, inquit, *Latinis idem eſt, quòd cotyla Græcis, nimirum ſextarÿ dimidium.* Iam ſextarium Romanum viginti vncias pendere idem paulò antè docuerat. quare decem vini vncias ſuis Benedictus aſsignarit in ſingulos dies. ita vt ſex v.g. prandio ceſſerint, quatuor reſiduæ reſervatæ ſint cœnaturis. ducimur ex eo quòd hæc eſt vulgaris Heminæ acceptio, vt diximus. ridiculũ eſt autem credere verba à cõmuni vſu abhorrentia, aut in alio, atque vulgò vſurparentur, ſignifica-

Nec obſtant ſententiæ interpretum variæ.

Quid Hemina S. Benedicto?

Idem quod ſemiſextarius.

tu,vndè pleriſque errandi periculũ crearetur, in re tanti mõ-
menti, S.Benedictum vſurpaturũ fuiſſe. deinde quia hæc men-
ſura,vt reſtricta videatur,Monaſticæ ſobrietati, cui plurimùm
Benedictus ſtudebat, videtur ſufficere. cùm præſertim non
merum vinum, ſed aqua largiori dilutum Monachos illos bi-
biſſe, ſit veroſimillimum. denique quia hodieque pleroſque
Monachos novimus; qui intra illam, aut certè non ſuprà, à
ſanctiſsimo Legiſ-latore aſsignatam menſuram,ſe contineant.
quantò ergo credibilius eſt, aureis illis temporibus,ea,ſobrie-
tatis tenaciſsimos Monachos, contentos fuiſſe?

Quod probamus.

Vnde variæ ſententiæ ortæ?

9 Anſam pleriſque errandi dedit,quòd tùm alibi,cùm
Caſsini duo pondera inventa ſunt, quorum alterum panis, vi-
ni alterum menſuram eſſe crediderunt. vnde immodicus eva-
debat vini modus. ſed apertè falſi ſunt. Nam vtrumque ad pa-
nem ſpectabat in treis, aut quatuor dividendum, vt ſuprà in-
nuimus. Neque verò quantitatem vini, pondere, ſed menſurâ
ſuis S. Benedictus aſsignavit,poſteriſque tranſmiſit. quod vel
ex Fauſto S. Mauri ſocio,vitæque conſcriptore liquet: in quâ
ſic ait: *Proferri iuſsit pondus libræ panis, & vaſculum
æneum, vini heminam capiens, & ita nos ſiuit abire.*

Benedictinorum Caſsinatum ſobrietas qualis?

10 Idem cõſtat ex Epiſtola haud ſemel laudati Theo-
demari ad Carolum M. vbi ſic legitur: *Direximus quoque
pondo quatuor librarum, ad cuius æqualitatem ponderis
panis debeat fieri.* ac nonnullis interiectis: *Miſsimus etiam
menſuram potus, quæ prandij, & alia quæ cœnæ tempore
debeat fratribus præberi. quas duas menſuras æſtimave-
runt Maiores noſtri Heminæ menſuram eſſe.* Ex quibus
apparet panem ad pondus, potum ad menſuram Monachis da-
tum eſſe. vt manifeſtò aberrarint, qui ex duobus illis ponde-
ribus, alterum pro panis, alterum pro vini modo ſumendum
eſſe docuerunt.

Quam ſequioribus ſæculis neceſſe fuit moderari.

11 Et verò certo certius eſt diætam, quam ſuis tùm
præſcripſit Benedictus, cùm ipſi diù ſanctè obſervarunt, te-
nuiſsimam fuiſſe. Monachi certè poſteriores tantæ abſtinen-
tiæ impares fuiſſe perhibentur adeò vt Abbates nonnihil cõ-
nivere,ac devictus tenuiſsimi rigore remittere neceſſe habue-
rint.Huius rei teſtem locupletem habeo Petrum Damiani,qui
opuſc.10 cap.7.ita ſcriptum reliquit. *Apud Gallias*,inquit,
vt ſpecialis viri relatione didicimus, religioſi Cœnobiorũ

Pa-

Patres videntes pleroſque fratrum traditam à B. Benedicto menſuram refectionis excedere, nec ſe poſſe intta præſcriptum regularis diarij limitem cohibere, cautum duxerunt, vt conſtitutis quibuſque horarum officijs, & alios adhuc pſalmos apponerēt, quatenus victus remiſsioris exceſſum, augmento valeant compenſare pſalmorum. Hæc ille. tenuem admodum fuiſſe victum oportuit, qui huc Abbates, vt inquit Damianus, Religioſiſsimos, coegit deſcendere. Aliud itaque, mi P. quod arrodas in Benedictinis, eorumque Regula, quærito. tenuior enim atque ſubtilior eorum victus fuit, quam vt ipſi vægrandem iſtum tuum genuinum infigere poſsis.

12 Alia eiuſdem furfuris Hermenegildus, quò ſanctæ Regulæ luminibus officiat, opponit. Non ita otio abundamus vt ſingula diſcutere vacet. quæ præcipuè premebat noſter Antagoniſtes, & ex quîs, tanquam arcibus ſubactis, opima ſibi pollicebatur ſpolia, propoſuimus, atque haud magno ſanè molimine, puto, diſiecimus. ea cæterorum ruinam ſecum abs dubio, trahunt. Vide, lege, expende, ſi vacat, Lector candide & erudite. iniurij tibi, noſtræque cauſæ ſimus, ſi tuum integerrimum iudicium ſubire vereamur.

Hermenegildi aduerſus Benedictinos criminationes propoſitæ, ac dilutæ.

CAPVT IV.

1 POST Patrem Hermenegildus prolem aggreditur, in quam hoc intolerabilius furit, quò impunius in ipſam, quidquid in buccam veniebat, effundere licere, ſibi perſuaſit. quænam ergo vnquam fando audita ſunt crimina, quorum reos Benedictinos non agat? Leve eſt quòd tot nobis ſanctiſsimos viros, quòdque ipſum, ſi Deo placet ſanctiſsimum Parentem ereptum ierit. Id ſanè minùs in noſtrum Ordinem propenſi animi, non hoſtilis planè argumentum foret. Abſit enim vt in hoſtibus (quod haud ſemel profeſsi ſumus) numeremus, ſi qui, quibuſvis demum argumentis freti, quos nos alijs adducti pro noſtris habemus, eripere, & abiudicare moliantur. Illud querimur & queremur, Hermenegildū

Hermenegildi in Benedictinos impreſsio.

&

& paucos alios, dùm ægrè Benedictinis faciant, præiudicatáque ſententiam tueantur, nihil penſi habere quo minus ipſos maledictis inceſſant, & lacerent. Producimus teſtes? ij ſubleſtæ fidei dicuntur. Inſtrumenta proferimus? ea noſtrorum fraude ſuppoſita, aut interpollata eſſe aſſerere audent. Hoc ſi in nos iniurios eſſe, hoc ſi hoſtilem animum gerere non eſt, ecquis tandem alterius hoſtis eſſe iure dicatur? ſæpè, ac ſæpius inclamo. Si quis Gregorium, quo nihil nobis, ſecundum SS. Ducem noſtrum, charius, Benedictinum fuiſſe negat; is nobis infenſus non eſt, eum in hoſtibus noſtris minimè numeramus. Talis Magnus Baronius fuit, quem nemo, quod ſciam, Benedictinomaſtiga appellavit. Tales alij nonnulli, quos tanquam amicos ſuſpicimus. tantum abeſt vt hoc nomine hoſtium loco habeamus. At ſi quis, quo ſuam hanc opinationem præfractè defendat, noſtrum Ordinem infamare non dubitat, inſtrumẽta nos confingere dictitans, Diplomata falſare paſsim ſpargens; talem, niſi planè fatui ſumus, non poſſumus in amicis numerare.

Nonnullorum in Benedictinos furor.

2 Hoc igitur toto in ſuo opere ſibi propoſuit Hermegildus, nobis vt invidiã, & infamiam conflaret. Falſarios paſſim vocitat, dum nullum, aut oppidò rarum apud nos inſtrumentum ſincerum reperiri iactitat. Ex eo efficitur fures, ac reipublicæ tineas Benedictinos eſſe, qui tot prædia atque iura, ſubventaneis Diplomatis freti, vſurparint. Atque hæc quidem ſatis ſupra diluimus, validèque repreſsimus inconſultam hominis temeritatem.

Sed Hermenegildi prę ſertim maledictorum plauſtra.

3 At in ſecunda ſuæ, vt vocat, ſatisfactionis parte, novis pergit maledictis noſtros inceſſere, Benedictinumque nomen, quâ poteſt, inviſum reddere, alijſque inauditis criminibus onerare. vnum aut alterum attingam, & exſufflabo. nam ſingula exequi ſpiſſum, & operoſum, ac præterea inutile foret. Malè hominẽ habet, ac peſsimè vrit, quòd Benedictini ijs inſignibus Põtificijs vtuntur, quibus ſui Hieronymiani careant. Hæret hæc lateri lethalis arundo; neque eam poteſt excutere, quanquam in omne ſe latus multũ diuque verterit. Hinc creberrimi illi clamores, voceſque, locupletes ſanè teſtes animi haud leviter ſaucij. cœpit hoc animi ſui vulnus detegere nondum à quoquam noſtrûm laceſsitus in ſua Origine Hieronymiana Tract. V. cap. 9. pag. 334. & ſequentibus. haud dum cicatricem idem obduxerat poſt ſexennium, cum inſtructionem

Benedictinorum prærogativæ quã Herm. inviſæ, & ingratæ?

nem ſatisfactioni prævіam divulgavit. ibi enim cap. 9. num. 8. omnia querelis complet, necdũque dolorem poſuiſſe teſtatur. Sed illi præſertim in dicta ſatisfactione part. 1. cap. 2. n. 17. & ſequentibus habenas laxat.

4 Summa clamorum, & querelarum hæc eſt. Iſthæc Pontifices, & Eccleſiæ Principes, non Monachos decere. quare indignũ facinus culeoque dignum eſſe, quod ijs noſtri vtantur. Deinde ex epiſt. 42. D. Bernardi quibus artibus ad hæc à ſua profeſsione alieniſsima, Benedictini perreptarint, fusè declarat. Nempe ſpoliationibus Eccleſiarum, fraudibus, largitionibus, ac ſimilibus dolis, quæ omnia in iam laudata epiſtola M. Bernardus nervosè iuxta atque acriter, pro ſuo more aperit. Hinc clamorem tollit Hermenegildus, ac velut fuſis hoſtibus, Pæana canit.

Hermen. in Benedict. criminationes.

Qui abutitur Bernardi auctoritate

5 Sed enim triumphanti albiſque velut equis invecto Hermenegildo, ne quid pompę deſit, Monitor adſum, qui ſuæ homini conditionis memoriã refricem, atque hæc pauca inſuſurrem ad aurem. Profectò, mi homo, nec admodum doctus, neque verò grammatices valdè peritus es: tum Benedictinis ad inſaniam infenſus. Vide proinde ne inſigniter hallucinere, dum à te M. Bernardũ ſtare, tibi perſuades. Atrocia ſunt, atrocia, quæ in noſtros effutis ac paſsim ſpargis. Ad hæc tibi Bernardum, magnum illud modeſtiæ ſpecimen, præiviſſe arbitraris? ah! nimium, mi homo, nimium profectò fallere! in vnum aut alium ambitioſiorem Monachum, an Abbatem, illa Bernardus, quæ ex laudata eius epiſtola affers, & in tuum pravum ſenſum per ſummum ſtuporem (non enim malevolentiam dicam) detorques. zelo ſuo provectus effuderat. Tu hæc ad omnes omninò Benedictinos pertinere arbitraris? Non is Bernardus fuit, qui Sanctorum Virorum ſuo ſæculo Eccleſiam ſuę vitæ doctrinæque ſplendore illuſtrantium, PP. Veterum in divorum relatorum album, & quod caput eſt, Summorũ Eccleſiæ Antiſtitum decreta damnaret. Atqui damnaſſet, ſi quæ ex ipſo pro te allegas, ea mente dixiſſet, in quam ipſum velut obtorto collo, & renuentem trahis. in illos igitur vnos Bernardus invehitur, qui per dolum, vim, aliaſque artes pravas, inſignia illa, & privilegia impetrarant, iiſdemque ad faſtum & arrogantiam abutebantur. ſed ſingula partitè diſpiciamus.

Quàm pravè in ſuum malè ſani ſenſum trahit.

Quæ in vno aliove dicti luxore Monacho Bern. reprehenderet, in omnes omnino Benedictinos cadere Herm. contendit.

6 S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus hoc à Zacharia

Zacharias P. M. rogatu S Bonifacij Martyris pleraſque prerogativas Fuldæ concedit.

I. Fuldenſi ab ſe recens conſtructo Monaſterio Privilegium impetravit, quod inter huius Pontificis epiſtolas reperitur. „ Zacharias, inquit. Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum „ Monaſterio ab eo conſtructo, & Succeſſoribus Abbatibus „ in perpetuum. Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ ra- „ tionalibus congruunt deſiderijs; oportet vt devotio condi- „ toris piæ conſtructionis oraculo in privilegijs præſtandis „ minimè denegetur. Igitur quia poſtulaſti à nobis, quatenus „ Monaſterium Salvatoris à te conſtructum, ſitum in loco qui „ vocatur Bethonia erga ripam fluminis qua Fulda, privilegij „ Sedis Apoſtolicę infulis decoretur. vt ſub iuriſdictione ſan- „ ctæ noſtræ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſię conſtitu- „ tum, nullius alterius Eccleſiæ iuriſditionibus ſubmittatur. „ Pro qua re pijs deſiderijs faventes hac noſtra auctoritate, id „ quod expoſcitur effectui mancipemus. Et ideò omnem cu- „ iuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in præfato Monaſterio ditio- „ nem quamlibet habere hac auctoritate præter Sedem Apo- „ ſtolicam prohibemus, &c. Mutire ne modeſtiſsimus Bernar- dus auderet adverſus Fuldenſis Abbatis eiuſque Eccleſiæ tam amplum & honorificum Privilegium? ſed quem hìc accuſaret? Bonifaciumnè Apoſtolicum planè virum, Chriſtique invictiſ- ſimum Martyrem, qui eiuſmodi Privilegium ab Zacharia ob- tinuit? an ipſum potius Zachariam, qui Bonifacij adductus precibus, illud concedere non dubitavit?

Quæ nullo modo reprehédere, qua erat modeſtia, auderet M. Bernard.

Et Anſelmus Beccenſ. Monaſt. impetrat ab Vrbano

7 Anſelmus tantæ ſanctitatis ac ſapientiæ vir quantá nemo ignorat, Beccenſis Eccleſiæ exemptionem ab impotenti nonnullorum Præſulum dominatu ab Vrbano II. petijt, ac vti petierat impetravit. ſed ipſum epiſt. 33. L. 2. loquentem au- „ diamus. Eſt nova res, inquit noſtrum Monaſterium nec ad- „ huc vlla antiquitate, aut vllius Apoſtolica auctoritate aut „ Privilegio confirmatum: ſed veſtris temporibus, & veſtræ „ clemētiæ iuſsioni divinitus ſervatum. vt ergo aliquo veſtræ „ auctoritatis dono, prout veſtræ viſum fuerit religioſæ diſ- „ cretioni, ſe gaudeat honorari & cōfirmari, nulla noſtra me- „ rita obtendimus, ſed divinæ voluntati, & veſtræ pietati cō- „ mittimus. non enim ignotum eſſe puto veſtræ excellentiæ, „ quin plures Epiſcopi non tantum gaudent monaſteria pa- „ terna pietate nutrire, quam auſtera quadam dominatione, „ & propria voluntate gravare. Hæc Anſelmus. in quo nec

om-

Digitized by Google

modeſtiam; nec ſapientiam; aut prudentiam, nec verò vitæ ſanctimoniam ſanus aliquis deſiderabit.

8 Vin', Hermenegilde, antiquiora? en damus. S. Bertulfus, is qui Bobienſi Cœnobio tertius à S.Columbano præfuit Abbas, circa annum Domini 628. præter-propter, inclaruit. Is ab Honorio I. Romano Pontifice ſui Monaſterij exemptionem ab Epiſcopali iuriſ-dictione impetravit. id teſtatur apertè Ionas Monachus Bobienſis in eius vita his verbis: *Sed cum vehemens*, inquit, *æſtus quærendi longum prohiberet ſpatium, præbuit optatum munus, Priuilegia Sedis Apoſtolicæ largitus eſt, quatenus nullus Epiſcoporum in præfato Cœnobio quolibet iure dominari conaretur*. Hęc Ionas. Parco pluribus brevitatis memor. Hæc ſuffecerint exemptionum Origini ab tuis calumnijs vendicandæ.

Et eo antiquior S. Bertulfus Bobienſis Abbas.

9 Quod ſi tu, tuique ſimiles, Hermenegilde, (verba S. Petri Venerabilis audis) adhuc perſtatis, & nos malè agere „ iactatis; illum quem obtendimus (Romanum Pontificem) „ impetite, & nobis dimiſsis, de his cum ipſo agite. nos enim „ quia contraire non debemus, obedire volumus, nec de eius „ vnquam, quod nulli mortalium licitum eſt, iudicio iudica- „ re. Hoc non ſolùm Cluniacenſes obtinent, ſed & complu- „ ribus datum cernimus. & longè antè Cluniacum conditam „ multis alijs Monaſterijs ab eadem Apoſtolica Sede conceſ- „ ſum videmus. Cuius Sedis Præſules cum magni ſapientia, „ & religione fuerint, & quorumdam ex ipſis merita miracu- „ lorum quoque fulgore ſolemniter in mundo claruerint, in- „ credibile eſt, aut decipi in talibus potuiſſe, aut contra con- „ ſcientiam ſuam talia agere voluiſſe. Eo namque animo, ac „ intentione, qua noſtrorum temporum Apoſtolici, quieti „ Monachorum providentes, ea quæ diximus quampluri mis „ Monaſterijs cõtulerunt: antiquiores quoque Romanę Eccle- „ ſiæ Præſules ſimili de cauſa in multis à iugo Epiſcoporum „ libera eſſe Monaſteria decreverunt. Hæc Petrus Venerabilis, quæ ne ipſi quidem Monaſticæ modeſtiæ, atque humilitatis acerrimo vindici Bernardo, credo, diſplicerent: cùm ab eo præſertim viro ſcripta fuerint, quem ille chariſsimum habuit, quique, vt ante ex Baronij fide dictum, ſanctitate, quæ per dilectionem operatur, nihilo ipſo, quamtumvis magno, Bernardo minor fuit.

Petri Vener. pro Benedictinorum exemptionibus egregium teſtimonium. Ex epiſt. 28. lib. 1. propè med.

10 At dices: te de exemptionibus non loqui, iiſve detractum ire, quæ ob rationes à Petro Venerabili, & ab alijs allatas minus Monaſticæ modeſtiæ detrimenti, ac fors non parum commodi Regulari obſervantiæ ſartæ tectæ conſervádæ afferre poterant. ſed in Baculi, Mithræ aliorumque Pontificiorum Inſignium vſum propriè invectum eſſe; quæ cui bono Monachis modeſtiam humilitatéque profeſsis eſſe queunt?

Baculi, & Mithræ vſum in Benedictinis Herm. reprehendit.

11 Sed enim ijdem qui Monachos Epiſcopali iuriſdictioni Summi Pontifices exemere, horum ijſdem Inſignium vſum concedere voluerunt. Et tantum tibi privatus homuncio arrogare audes, vt in eorum decreta inquirere, & quod intolerabilius eſt, ea tuo calculo damnare nihil verearis? His ab Summo EcceſiæCapite ſibi conceſsis plerique Abbates noſtri ſanctimoniâ vitæ, ſapientiaque præſtantes (quales haud ſanè paucos, Deo gratia, noſter Ordo omni ævo tulit) vſi ſunt, neque ad arrogantiæ faſtuſve materiam, quod ſubinde quiritaris, abuſi. & tu horum vitiorum reos peragis, quos ſuis faſtis Eccleſia Catholica addidit, orbis vniverſus veneratur, ac ſuſpicit?

Sed iniuria.

12 Sed neſcio vnde tandem in mentem tibi venerit ſuſpicari, Pontificia Inſignia arrogantiæ, ac non magis moderationis, & modeſtiæ ſymbola eſſe? vt qui hiſce vtantur in arrogantium cenſu reponendos ducas. vt te itaque ab hac perſuaſione, reique adeò vtilis ignoratione liberem, ſimul vt à meo lectore harum dapum avido gratiam ineam, Cœleſtini III. Diploma, quo Abbati S. Facundi Inſignia Pontificia cõceſsit, non gravabor adſcribere. ex quo tùm eorum ſignificatum, cùm alia pleraque, quæ mox ſuggeram, diſcere poteris. Sed en tibi Diploma, quod inter Congregationis noſtræ Valliſ-Oletanæ Privilegia, ante annos 90. Valliſ Oleti edita, eſt 102. noſque cum ipſo Authographo, quod in Tabulario S. Facundi hodieque extat, diligenter contulimus. ſed iam ipſum ſubijciamus.

Inſignia Pontificia modeſtiæ potius, quàm arrogantiæ ſymbola.

Quod ex ſubiecto Diplomate S. Facūdino Abbati conceſſo liquet.

13 Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto „ filio Ioanni Abbati Monaſterij SS. Facundi, & Primitivi „ ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sicut Monaſterium „ tuum odoriferæ religionis fama conſtat eſſe perfuſum. & „ bonum nomen, quod divitijs præeminet vniverſis, dignoſ„ citur vbique terrarum habere, ita nos qui aliquando perſo-

nali-

„ naliter in ipſo Monaſterio fuimus, & manifeſta facie vidi-
„ mus habitantium inibi puritatem,ad honorem ipſius Eccle-
„ ſiæ magnificandum multipliciter, & augendum,grato indu-
„ cimur, & invitamur aſſenſu, maximè nos ipſis invitantibus
„ & conſulentibus fratribus noſtris,qui nos hilariter audiunt
„ bona, & iocunda de ipſo Cœnobio ſæpenumero referentes,
„ & ſatagunt intercesſione frequenti; vt ſtatum ipſius Mona-
„ ſterij S. Facundi noſtris temporibus in melius ſemper diri-
„ gere ſtudeamus. Hac igitur, dilecte in Domino Fili, conſi-
„ deratione rationis inducti, cum tu ipſe ad Sedem Apoſtoli-
„ cam in perſona propria ea de cauſa veniſſes, vt, cuius ſpe-
„ cialis filius es, Romanam viſitares Eccleſiam, & perſonam
„ noſtram, quam olim in minori officio poſitam, ipſe in mi-
„ nore tunc loco conſtitutus, in Hiſpanijs videras, præſentia
„ corporali requireres, & ſi poſſes, privilegium ipſius Mona-
„ ſterij renovari obtineres, & in melius commutari: nos ipſi
„ nobiſcum & cum fratribus deliberationem ſuſcepimus, &
„ tractatum habere, quomodo perſonam tuam & Eccleſiam
„ tibi cõmiſſam libertatum & ornamentorum privilegio de-
„ corare poſſemus. Vnde poſt innovationem privilegij;& ad-
„ iectiones atque mutationes in eo neceſſario poſitas, & alia
„ capitula per indulgentias noſtras indulta,hæc etiam quę in
„ præſenti pagina continentur, tibi & ſucceſſoribus tuis de
„ benignitate Sedis Apoſtolicæ duximus concedenda, ſtatuẽ-
„ tes, & auctoritate Apoſtolica indulgentes vt liceat tibi, &
„ alijs Abbatibus, qui pro tempore fuerint, omni appellatio-
„ ne & contradictione remota vti liberè Tunicâ,Dalmaticâ,
„ Chirothecis, Annulo, & Sandalijs, Mithra, etiam & Bacu-
„ lo, quorum vltimorum vtrũque hactenus habuiſti; ſic enim
„ creditur divinæ providentiæ complacere, vt Eccleſia veſtra
„ per nos, ſicut ei placuit, ad maiora vocatos, alia inſignia
„ obtineret per quos olim in minori officio exiſtentes vſum
„ Mithræ & Baculi non ambigitur impetraſſe. Tu verò, Fi-
„ li, ſicut providus, & diſcretus, conſidera ſicut in libro Le-
„ vitici legitur, quid huiuſmodi inſignia, & indumenta ſig-
„ nificent, & vt myſticè convoces, prout ibi legitur, Syna-
„ gogam intra ſecretarium cordis tui, congregationem ſan-
„ ctarum cogitationum vſque-quaque revolvas reſpicias quo-
„ que ad Tunicam, per quam, quia in veteri teſtamento ſo-
lum-

Inſignium Pontificiorum ſignificatus.

„ lummodò de hyacintho fiebat, Chriſtus vitam tuam Ange-
„ licam, & converſationem vult eſſe cœleſtem. Dalmaticam
„ verò, quę fimbrias habet in latere ſiniſtro pendẽtes, & nul-
„ las in dextro, te redit attentum, vt ſic per ſiniſtram, id eſt
„ præſentem vitam, quæ ſuperfluitates habet, temporaliter
„ tranſeas, quod ad dextræ, quæ libera eſt,& vita æterna,per-
„ venire valeas libertatem.Chrirothecæ quippè,quibus lineis
„ nuda manuum induuntur, ipſas manus mundas, & ab omni
„ ſorde immunes, ac nitidas eſſe requirunt. Annulus autem
„ amicum, & Vicarium illius ſponſi, & quodammodo ſpon-
„ ſum ſuæ ſponſæ, ſcilicet Eccleſiæ, debere veracem eſſe, re-
„ quirit. de quo dicitur, qui habet ſponſam ſponſus eſt, ami-
„ cus autem ſponſi, qui ſtat & audit cũ gaudio, gaudet prop-
„ ter vocem ſponſi. Legimus verò in Evangelio Chriſti diſ-
„ cipulos ſandalijs calceatos in præparationem Evangelij pa-
„ cis ab ipſo tranſmiſſos, quod innuit, te prædicationi debe-
„ re inſtare, & ad pacem habendam ſemper dare operam ef-
„ ficacem. Mithra quidem, quia fit de lino frequenti, caſtita-
„ tis candorem, munditiamque requirit habendam. Baculo
„ quoque, ſive virga vtens, quorum altero percutiuntur ſub-
„ diti, & altero ſuſtentantur, neque nimiam benignitatem,
„ neque aſperitatem habebis, ſed altero alteri diſcretè com-
„ mixto, temperamentum conficies ex vtroque. ſic ergo ijs
„ ornamentis vtaris,vt quæ ſignificant ad gloriã Ieſu-Chriſti
„ & exaltationem Eccleſiæ tibi commiſſæ,atque ſalutem ani-
„ mæ tuæ in operum exhibitione demonſtres. decernimus vt
„ nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſ-
„ ſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario
„ contraire. ſi quis verò hoc attentare præſumpſerit indigna-
„ tionem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſto-
„ lorum eius ſe noverit incurſurum. Datis Lateran. II. Idus
„ Iulij Pontificatus noſtri anno (*a*) IV.

(a) Qui fuit Chriſti 1194.

Ex appoſito Diplomate pleraque corollaria.

14 Atque hoc quidem Diploma eſt, cùm Ordini Benedictino vniverſim, tùm San-Facũdino Cœnobio ſpeciatim, perhonorificũ. Ex quo plura diſcas licet, Hermenegilde. Imprimis non arrogantia, non ambitio, aliave improba ars, ei ab Cœleſtino extorquendo cauſam dedit. id ſatis illa declarant, queis Pontifex ei concedendo ſe teſtatur adductum, & permotum fuiſſe. *Nos*, inquit,*qui aliquando perſonaliter in ipſo*

1. Non ambitu à Pontifice extortum.

ipſo Monaſterio fuimus; & manifeſta facie vidimus habitantium inibi puritatem, ad honorem ipſius Eccleſiæ magnificandum, multipliciter & augẽdum grato inducimur, & invitamur aſſenſu.

15 Habes ibidem Pontificiorum ſignificatum Inſignium, qui non ad faſtum, ſed ad modeſtiam, vitæque ſanctioris de cætero inſtituendæ argumentum trahi poteſt, & tùm Ioanni, tùm ſucceſſoribus ei arripiendæ ſtimulos addat. Habes denique Sanctiſsimi, Summique Eccleſiæ Antiſtitis horrendum fulmen, quo cùm Omnipotentis Dei, tùm Apoſtolorum eius Petri, & Pauli indignationem intentat, ac præcisè denuntiat, ſi quis ei temerè reſiſtere, & contradicere in animum inducat. An tu id facias necne, qui toties ad hunc ſcopulum impingis, qui tot ipſi Privilegio convellendo machinas admoves, ipſe videris. nos certè religioni duceremus adeò ſacro ſancta ſanctiſsimæ Sedis ſcita noſtræ cenſuræ, quod tu facis, velle ſubmittere. 2. Inſignium Pôtif. ſignificatio.

16 At plerique, dices, Benedictini Abbates his ad ædificationem ſibi ab Sũmis Pontificibus conceſsis Inſignibus, ad faſtum & inſolentiam abuſi ſunt. Bona verba, mi Pater. Nec enim tam multos, quàm ipſe dictitas, & imaginaris, qui hæc ad tàm pravos vſus detorſerint, oſtendere queas. Fac tamen nonnullos detorſiſſe. Nonnè aliquot Epiſcopi infulis ſuis, ac poteſtate ad quæſtum, & libidinem abuſi ſunt? quis tamen eá obrem, ijs omnes ad vnum privandos edixit? itaque ad meliorem quidem mentem frugemque adduci par eſt, ſi qui tales inveniuntur, ac de gradu etiam deijciendi, redigendique in ordinem tandem, ſi furere pergant, nec ad officium redire in animum inducant. At ob paucorum nequitiam, & inſolentiam, debitam illis pœnam ad omnes omninò extendere velle, hominis eſt profectò, nihil penſi habentis, quid faciat, aut dicat. Obiectio Herm. retuſa.

17 Quò autem appareat quàm immeritò Hermenegildus in Benedictinorum prærogativas ita atrociter invehatur; lubet adſcribere locum inſignem ex præclara Hiſtor. Synodi Tridentinæ V. Eminentiſs. Sfortiæ Pallavicini, qui L. 6. cap. 2. ita ſcribit. Sed paulo poſt referbuit diſſenſio. Cum „enim Montanus podagra figeretur, ipſius vice propoſuit „Cervinus, vt tres Caſsinenſes Abbates eò à Pontifice deſti- Producitur locus inſignis ex Hiſt. Synodi Trident. Quo pacto Benedictini Abbates Synodo intereſſe pe-

debcrent? controvertitur.

„ nati, admitterentur. In quo valde certatum eſt; ac demum
„ decretum, eos admittendos hoc ſolùm nomine, quòd viri
„ eſſent egregij, haberetùrque Pontificis ratio, cuius iuſſu ad-
„ venerant, dummodo nihil ipſis iuris accederet, aut demere-
„ tur. At verò cum ageretur poſtea de præſcribenda cuique ſe-
„ de, ac ratione, qua ratione intereſſet, Iacobus Naclantus, ex
„ ordine Dominicano Epiſcopus Clodienſis, quæſivit, quanam
„ forma interfuturi eſſent Synodo nuper nominati Abbates?

Infulatos adeſſe debere reſpondit C. Cervinus.

„ Reſpondit Cervinus, conſeſſuros eos quidem infulatos, ſuá-
„ que ſententiam dicturos; ſed ipſorum ſententiæ eam ratio-
„ nem habendam, quæ Patribus videretur. Sed Clodiēſis op-
„ poſuit, hoc pacto infringi, quod ſuperiori conſeſſu ſanci-
„ tum fuerat, ne illis authoritas vlla concederetur; niſi quam
„ ſtatuiſſet Synodus, vbi Patres frequentiores adeſſent. Cum
„ autem repoſuiſſet contrà Cervinus Apoſtolico privilegio
„ mithræ, pediq; honore ipſos potiri, nec eo reipſā privādos;

Cui ſe Naclantus opponit.

„ in querelas alter prorupit, huiuſmodi privilegijs Epiſcopos
„ prægravari, qui prærogativas ſuas, iam penè omnes Abba-
„ tibus communicatas cernerent. Concilium verò celebrari
„ ad reſtringendas, non ad ampliandas huiuſmodi conceſsio-
„ nes. Subiecit tunc aliquanto commotior Cervinus: Ponti-
„ fex in ſuo Diplomate Abbates advocat, nos verò exclude-
„ mus? Hinc exorta controverſia, de quibus Abbatibus loque-
„ retur Diploma; acriter ea de re altercantibus inter ſe Tho-
„ ma Campeggio Epiſcopo Feltrienſi, ac Didaco Abala Epiſ-
„ copo Aſturienſi. Montanus morbo iam liber, gnarus in æſtu
„ partium tam eſſe arduum alteram acquieſcere, vbi lis inte-
„ gra alteri adiudicatur, quàm facilè, vtrāque trahi ad media
„ conſilia, quibus vitatur à ſingulis rubor alterius alteri ſuc-

Sed in caſſum.

„ cumbentis; propoſuit, obtinuitque, vt à pleriſque Patrum
„ comprobaretur, trium Caſsinienſium Abbatum concordem
„ ſententiam pro vno duntaxat habendam ſuffragio, quippe
„ vnius integri Ordinis perſonam gerentium: ea planè ratio-
„ ne, qua ſinguli Religioſorū Ordines, per ſuum quiſque Ge-
„ neralem Præfectum vnius ſuffragij iure fruebantur. Ponti-
„ fex collaudavit Præſides, * quòd eam indicandi poteſtatem
„ in Religioſis ſubſtinuiſſent; ſimul etiam cohortatus eſt ad
„ eorum cauſam propugnandam, quippe non modo rerum
„ conditionibus opportunam, ſed rationi conſentaneam.

* Litteræ Farneſij ad Legatos 2. Ianuarij 1546. Cervini ſententiam Summus Pōtifex probat.

Quam-

Digitized by Google

18 Quamquam enim ea poteſtas ſolis Epiſcopis ordi-
„ nario iure debeatur, conſtat tamen ex privilegio per veter-
„ rimum etiam vſum Præſulibus, vel minoris notæ fuiſſe con-
„ ceſſam Vnde non in tribus poſtremis ſolùm Concilijs, Cō-
„ ſtantienſi, Florentino, ac Lateranenſi, Generales Ordinum
„ Religioſorum Præfecti, atque Abbates ea vſi; ſed in Vien-
„ nenſi in Gallia. in duobus Lugdunenſibus & in alijs quatuor
„ Lateranenſibus iuxta, ac Epiſcopi habiti ſunt. Cuius etiam
„ moris veſtigium ſatis apparet in ſeptima Orientali Synodo,
„ vbi in ſecunda Actione Monachi pariter advocantur ad ſuā
„ ſententiam proferendam: & in Actione quarta Archiman-
„ dritæ: & Hegumeni, hoc eſt, DVCTORES, vnius vel plu-
„ rium Monaſteriorum præfecturam gerentes vnà cum Epiſ-
„ copis ſua nomina decretis Fidei ſubſcribuunt. Huc accedit
„ Abbates, cum inaugurantur, obſtringere ſe iure iurando iti-
„ dem ac Epiſcopi ſolent, vt Concilio interſint, vbi à Ponti-
„ fice advocentur. In Romanæ pariter Eccleſiæ Ritualibus
„ connumerātur Abbates inter eos, qui ius ſuffragij obtinent
„ in Concilijs, additurque, id poſtea meritò ad Religioſorum
„ Summos Præſides inductum. Ex quibus liquet id quod di-
„ dicebamus huiuſmodi authoritatem, vt ad Epiſcopos ex or-
„ dinarij iuris poteſtate ea pertinet, perinde Abbatibus ex
„ privilegio veteris conſuetudinis tribuendam. Hæc ibi ex
verſione latina P. I. B. Giattini.

Ac fave: BB. prærogativis.

Queis mos vetus aſtipuletur.

Pro BB. lis deciditur.

19 Ex quibus lector æquus animadvertat, quàm teme-
rè Hermenegildus Baculi, & Mithræ vſum, aliaſque prærога-
tivas à Sede Apoſtolica B O conceſſas damnet; cum hæc om-
nia in tali conſeſſu tanti habita ſint, & quamvis à magnis vi-
ris oppugnata, tandem Synodi Præſidibus, PP. que approban-
tibus, &, quod caput eſt, Summo P. noſtræ æquitati cauſæ fa-
vente, Numineque propitio, ad extremum pro nobis lis deciſ-
ſa ac terminata fuerit. Eat nunc Hermenegildus tantorumque
virorum iudicio ſui cerebelli inſomnia obducat, ac ſententiæ
intercedat in vniverſalis Eccleſiæ comitijs latæ, noſtroque
Ordini (quidquid ipſe cum alijs infrendat ac muſsitet) tam
favorabilis & honorificæ.

20 At quid cauſæ, regeres, cur hæc prærogativa Bene-
dictinis præ alijs religioſis Ordinibus concederetur, fuit? vt
nullā afferre poſſemus, nobis pro omni ratione ſedis falli, aut

Cur Privilegia & exemptiones Benedictinis præ alijs conceſſa?

 falle-

Digitized by Google

fallere neſciæ iudicium foret. Nunc quid mihi in mentem veniat accipe, Hermenegilde. Quam multa Ordo Benedictinus Eccleſiæ Catholicę obſequia præſtiterit nemo, præter te, neſcit. Ille Angliam, Belgium, Germaniam Idololatriæ errore detentas, ſub eius iugum miſit. Ille Galliam, Italiam, Hiſpaniam noſtram, Arianâ, alijſque Hæreſibus infectas, ipſique adeò rebelles ad charisſimæ Matris gremiũ reduxit. Ille christianos mores collapſos, priſtinæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ legibus arctiùs aſtrinxit. Ille ſedibus Epiſcopos, Academijs Doctores, Orbi Magiſtros, Regibus Conſiliarios, Petri naviculæ pluſquam decumanis iactatæ fluctibus, iamque naufragium minitanti, Naucleros peritiſsimos per aliquot ſæcula ſuppeditavit. Quid miri ergo, ſi hæc, quantumvis ingentia, ſuorum laborum præmia tulerit? & hactenus quidem adverſus tuas argutias contrà Benedictinorum Inſignia Pontificia dixerimus.

B. O. in Eccleſiã merita.

21 Supereſt ne aliquid, quo Benedictinum nomen faſtus, & arrogantiæ inſimulet, & apud imperitam plebem traducat Hermenegildus? ſed homini vſque adeò otio atque ingenio abundanti, nunquam deeſſe poteſt quod dicat. Ergo in ſuæ ſatisfactionis parte 1. cap. 2. num. 18. ex eadem fideliæ Benedictinos denigrare molitur. Inquirit enim in cauſam cur ſecundũ ab Abbate, quem *Præpoſitum* Regula vocat in Priorem transformandum cenſuerint? eamque affert quæ Hermenigildiani, lepidiſsimi ſanè, capitis fœtus eſt germaniſsimus: ait itaque in cauſa fuiſſe, quòd aliorum Religioſorum cœtuum Patres, ſummoſque Prælatos *Priores* vocari animadverterãt. Hinc enim factũ autumat vt, quò Benedictinos aliorum Prælatis Ordinum antiſtare conſtaret, ſecundos ab Abbate, aliorum ſummis Pręlatis nomine ipſo, & appellatione exęquare voluerint. quam ille prodigioſam metamorphoſin, cùm arrogantiæ, tùm Regulæ tranſgreſsionis, accuſat. Regulã enim ſecundum ab Abbate, non *Priorem*, ſed Præpoſitum appellari diſſertè precipit.

Aliæ Herm. in Benedictinos calumniæ.

Quod ſecundi ab Abbate Priores apud BB. dicantur arrogantiæ tribuit Herm.

22 Miror, Hermenegilde, cur non Regulam noſtram eiuſque Conditorem ſanctiſsimum eiuſdem arrogantiæ, & levitatis accuſes, quòd ſecundos ab Abbate *Præpoſitos* dixerit. Nam *Præpoſiti* nomẽ in alijs Religioſis Ordinibus pro ſummo Monaſterij capite ſumitur. Id patet ex Regula Auguſtiniana, in qua ſic ſcribitur: *Diſtribuatur vnicuique veſtrum*

Præpoſiti nomen in quos quondam quadraret?

à Præ-

à Præpoſito veſtro victus, & tegumentum &c. vbi Præpoſiti nomine Monaſterij caput apertè deſignatur.

23 Quin & pro Epiſcopo Gregorius, Cyprianus, Auguſtinus id nomen haud ſemel vſurpant. audi hunc poſtremũ
„ ſerm. 166. de tempore. Habemus, inquit, duo quædã; vnum
„ quòd Chriſtiani ſumus propter nos eſt; quòd autem *Præ-*
„ *poſiti* ſumus, propter vos eſt. vbi ſe, qui Epiſcopus erat *Præpoſitum* dicit. age ergo, Hermenegilde, Benedictum faſtus, & arrogantiæ accuſa, qui quò ſuos Abbates non aliorum Ordinum Prælatis ſolùm, ſed ipſis etiam Epiſcopis præferret, ſecundos ab Abbate Præpoſitos appellandos duxit.

24 Eodem profectò iure Benedictinos accuſas, quòd quē Benedictus Præpoſitum vocarit, ipſi Priorem dicere maluerint. Et imprimis οὐδ' ὄναρ noſtros ſomniaſſe, vt ſuum Prępoſitum eò Priorem dicerent, quòd eo nomine aliorum Ordinum ſummi Pręfecti deſignarentur, luce clarius liquet. eſt enim ea appellatio tàm antiqua, vt nullus ordo ex ijs qui ſuos Prælatos *Priores* vocitant, cum primum vſurpari cœpit, extiterit. Auguſtiniani enim antiquiores, ſuos ſummos Prælatos non Priores, vt nuperi, ſed *Præpoſitos* appellitabant. vt Sylveſter, Vmbertus cap. 160. in Regulam S. Auguſtini, Servatius Lairuez, & Proſper Stellartius, affirmant: & ex ipſo contextu Regulæ, loco quem dedimus, & alijs apertè colligitur. Cartuſiani porrò, Dominicani, & ſi qui alij ſunt, qui hoc nomine ſuos Prælatos vocitent, recentiores multò ſunt, quàm hæc Prioris appellatio à noſtris vſurpari cœperit. Nam in primis apud Gregorium *Prioratus* vocabulum pro ſecunda ab ſummo Monaſterij capite dignitate ſumitur. Nam lib. 4. epiſt. 4. ſic Victoriam alloquitur: *Victoriam audio res Monaſterij diſtrahere vt ad Prioratus locum pertingeret, & ipſa poſt Abbatiſam interim inveniri debuiſſet.*

Apud alios religioſos cœtus eius vſus recẽtior

25 Petrus Damiani Monaſterij officia deſcribens opuſc. 13. cap. 16. cum de Abbate egiſſet, ſubiungit: *de Priore Monaſterij.* nulla *Præpoſiti* facta mentione. Lanfrancus ex Priore Beccenſi, Cadomēſique Abbate Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Angliæ Primas, ſuis in ſtatutis, ad noſtros Monachos proculdubiò ſpectantibus, eamdem identidem appellationē vſurpat. Nam c. 1. ſic ait: *Tunc iubente Abbate Prior ſonet ſignum minimum.* Et pauld poſt: *Peracto capitulo,*

Quo plerique sãctitate præſtantes vſi.

Digitized by Google

pulſata tabula, dicto ab Abbate, vel Priore Benedicite &c. Mitto plura, cum eamdem identidem vocem Lanfrancus inculcet. Sanctus Anſelmus pariter ad ſui Monaſterij *Præpoſitum* ſcribens, eum *Priorem* appellat in ipſa fronte epiſtolę VII. dum ita ſcribit: *Suis dilectiſsimis Domino Priori Baldrico &c.* quin, ſe Prioratus munus in eodem Monaſterio geſsiſſe, in eadem epiſt. teſtatur his verbis: *Sic enim vixi iã per triginta tres annos in habitu Monachico, tribus ſcilicet ſine prælatione, quindecim in Prioratu, totidẽ in Abbatia annis.* hæc Anſelmus. Hi autem tres ſummi viri, ante Religioſorum Ordinum, qui ſuos ſummos Præfectos Priores vocitant, exortum floruere. Nam Damianus, & Lanfrancus, qui coævi ſunt, circa annum 1070. Anſelmus porrò eiſdem ſuppar, eodem fere tempore, Beccenſis Cœnobij Priorẽ egit. neque eſt veriſimile, aut ex aliquo idoneo teſtimonio liquet, eos hoc nomen ad id tempus inauditum, in Benedictina Monaſteria primos invexiſſe. itaque multò illis antiquius in ijs fuerit.

Regulæ trãſgreſſionem ridiculè BB. objicit Hermen. hacce de cauſa.

26 Ex his quàm futile ſit apparet quod de Regulæ tranſgreſsione Hermenegildus inijcit. Nã vt nulla ratio ſuppeteret, quà illi huiuſmodi nomenclaturam non opponi conſtaret, tantorum virorum praxis ſatis ſuperquę, quidquid ſcrupuli ſuboriri poterat, eximeret. quis enim, niſi planè demens, Petrum Damiani, illum Eccleſiaſticæ iuxtà ac Monaſticæ rigidioris diſciplinæ accerrimum vindicem, Lanfrancum eâ ſapientiâ, vitæque ſanctimoniâ virum, Anſelmum denique Eccleſiæ columen, Monaſticæque obſervantiæ ſpecimen longè clariſsimum, quis, inquam, mentis compos levitatis, Regulæque neglectæ tales viros accuſet? Accedit quòd Ciſtercięſis Familia ſuis ab incunabulis, ſecũdos ab Abbate Priores dixit. teſtis locuples eſt D. Bernardus, qui Godefridum, qui ex Claravallenſi Præpoſito mox ad Lingonenſem Sedem promotus fuit ſuum *Priorem* epiſt. 320. diſertò appellat. idemque epiſtolam 381. Alexandro *Priori* de Fontibus mittit. ſed nimius ſum in re per ſe manifeſta declaranda.

Ciſtercienſes ſecundos ab Abbate Priores à principio appellarũt.

27 Et verò quinam ſcrupulus ſuboriri, quænam religio viris, vt obſervantiæ Monaſticæ tenaciſsimis, ſic prudentia præſtantiſsimis, inijci poterat, de re, quam ne per ſomniũ quidem, præceperat Benedictus? Nam vbi tandem ſecundum ab

Quòd nullo modo S. Regulæ adverſatur.

Digitized by Google

ab Abbate *Præpoſitum* dici ſanctiſsimus Legiſ lator iubet? vocat ille quidem eum *Præpoſitum*; at ne aliter ſui vocarent nulla lege cavit, aut interdixit. Neque verò ab Regulæ idiomate, quamvis in re adeò levi, dum *Præpoſitum Priorem* vocitarunt, Benedictini abiere. Si enim noſter Patriarcha *Priores* omnes appellat, qui cæteris in Ordine Cōgregationis antiſtant. Cum ergò inter hos præcipuus ſit *Præpoſitus*, iure ac meritò, Regulæque ſanctæ admodum conſentaneè, *Prior* is κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur. Ex quo Hermenegildianæ argutiæ inſulſitas apparet, cui condiendę vix centum modij ſalis ſufficiant.

Aliæ calumniæ ab Hermenegildo noſtris impactæ diſcutiuntur.

CAPVT V.

1 PERGIT Hermenegildus in Benedictinis inſectandis, eorumque fama laceranda mirificè exultat. Ergo non ſatis habens quæ omnium oculis ſunt expoſita, maledictis ſcommatiſque oneraſſe, interiora ſcrutatur, iiſque in lucem protrahendis nobis invidiam cōflare parat. Ait itaque fœdifragos ſanctæque Regulæ temeratores Benedictinos eſſe, qui cùm Monachos, inſtar militum in excubijs agētium, veſtitos, & cuculla tectos ſomnum capere illa decernat, ipſi hoc eius præceptum nihil morati, veſtibus monaſticis poſitis, altùm ſtertant.

Vide ſatisfactionis Hieronymianæ p. 2. cap. 18. à num. 13.

Varia Herm. in BB. criminatur.

1. Quod monaſtico habitu poſito ſomnum capiant.

2 Illud pariter vellicat, quòd cum Carnium eſum ſuis Benedictus Monachis præciſè neget, illi hac quoque ſanctione inſuperhabita, carnibus veſci nihil vereantur. quod cum loco ad oram citato innuiſſet, eiuſdem partis cap. 20. num. 10. & 11. accuratius exequitur. Summa eorum quæ ibi effutit eſt: Benedictinos, vt leviter in hoc præcepto privatim violando peccent, lethiferè nihilominus abs dubio peccare, ſi illud trāſgredi in cōmune auſi fuerint. Quare niſi ad crebras ſuas Diſpenſationes confugiant, quibus omnes Regulæ nervos inciderunt, nō poſſe vitare quin omnes ad vnum in huius legis trāſgreſsione graviſsimè peccent. Longè aliter ſe hactenus geſsiſſe &, cum Bono Deo, geſturum in poſterum Hieronymianum Ordinem, qui ſuæ præcepta Regulæ ad vnguem in commune ob-

In ſatisfactionis p. 2. cap. 7. n. 9.

2. Quod carnibus veſcantur.

obſervet, quamvis nemo putet; eius profeſſores ſub lethiferi criminis reatu ad hoc teneri.

3. Quod alios, quò ſui teporis ſocios habeant, infament.

3 Præterea cum Argaiz noſter in ſua Inſtructione Hiſtorica cap. 21. num. 10. dixiſſet, D. Franciſco Marin eam provinciam demandatam fuiſſe, vti in Regio ad Scorialẽ Cœnobio, quid in ruinis nuperi incendij reparandis inſumptum eſſet, accuratè inquireret, atque (id quod eſt longè veriſsimũ) addidiſſet, eidem ab Apoſtolico in his Regnis Nuncio iniunctum eſſe, vt de moribus & vivendi ratione eiuſdem Cœnobij Monachorum queſtionem haberet, ac ſi quid porrò correctione dignum deprehenderet, id ſeverè corrigeret, & pro poteſtate, ſi quam quis ſibi licentiam ſumpſiſſet, coerceret; id, inquam, cum Argaiz ſcripſiſſet, Religioſiſsimi Monaſterij atrocem iniuriam interpretatus, eò furiarum redactus eſt, vt litteris conſignare non dubitarit: „ Benedictinos, quò turpiſsimorum vulnerum, quibus ſcateant qualecumque demùm delinimentum querant, aliorum famam quamvis intemeratam, quâ voce, quâ ſcriptis proſcindere, ac denigrare moliri. Quòque atrox, quam noſtro Ordini inferebat, iniuria, in lectorum animis altius hæreret, homo, nempe eruditus, Semiramis Hiſtoriolam, quam noſtris accomodat, ex Iuſtino recitat. Ac ne quid temerè in Benedictinos effudiſſe diceretur, teſtem locupletem videlicet, Ludovicum Gothofredum citat, qui ſuæ Archontologię Coſmicæ lib. 3. pag. 53. aſſerat Benedictinum Ordinem eouſque paulatim à priſtina diſciplina, & obſervantia Monaſtica deſciviſſe, vt plerǫque eius ruinis ſarciendis Synodi coactæ fuerint.

Herm. calumniæ diſcutiuntur.

4 Quid dicam, Hermenegilde? totidem ne, muliercularum rixantium more, in os tibi regerã iure an iniuria? Non lubet. nec vnquam huc me tua intemperies adiget, vt Ordini religioſiſsimo, ſuique inſtituti tenaciſsimo, ſim iniurius. Iam quæ nobis obijcis, ſi tuum obijcientis animum ſpectem, ſunt illa quidem atrociſsima, & quibus ab hæretico ſtylo vix atrociora in Ordinem, quo (abſit verbo invidia) nullus in Eccleſia illuſtrior, poterant proficiſci. Hoc tamen quidquid iniuriæ eſt, tuo morbo indulgemus. Sin rem ipſam, quam opponis attendimus; levis oppidò eſt, quamque levi talitro diſcutere, ac diſsipare licet. vno itaque verbo reſpondemus, ſi quid de Regulæ ſanctæ rigore, temporis, regionum, perſona-

rum;

rum, ratione habita remiſſum eſt ; id fermè inconſulta Sede Apoſtolica factum non eſſe. quare nihil eſt quòd te ſollicitum ancipitemque illud habeat graviter ne an leviter in huiuſmodi ſanctionum omiſsione Benedictini delinquant.

5 Si qua tamen, vt fit, tam diuturni lapſu temporis, minus hodie rigide artèque, quàm olim ſoleret, obſerventur, ij fors peccarint, quorum negligentia, an ſcelere, primævus ille Benedictinæ Regulæ rigor laxatus eſt. quæ tamen hodierni Monachi citra omne ſceleris periculum (abſit modo contemptus) omittent. Putaſnè ſanctam Regulam arctius ligare Monachos, quàm Eccleſiaſtica præcepta Fideles ligent? furit qui putat. atqui mos hæc mollit, ac funditus tollit nonnunquam. audi quid vir pius & doctus, nemine ferè diſſentiente, „ de obſervatione Quadrageſsimæ dicat. Perſpicuum, inquit, „ eſt ex quam multis capitibus antiquus Quadrageſsimalis ie- „ iunij rigor, ſit mollitus, & quod lubens do, abſque culpa nūc „ quidem. Nam quamvis qui primùm laxitates invexerunt in „ tam ſanctum vſum potuerint peccatum contrahere, tamen „ ex quo vſus invaluit, non improbantibus maioribus, locus „ eſt remiſsioni abſque culpâ. Nam leges humanæ etiā Eccle- „ ſiaſticæ huic viciſsitudini ſunt obnoxiæ. Hæc ille.

Benedictini quāvis nonnihil de priſtino rigore rea iſerint à culpa immunes.

Theophilus Raynaud. de Roſa Mediana c. 7. propè finem.

6 At præſtaret, inquis, ne hæc priſtini rigoris (quod Hieronymianis accidit) remiſsio, Benedictinorum moribus obrepſiſſet. Præſtaret vtique. At non vni hic peccant Benedictini. Cæcus profectò eſt, qui quantùm omnium omnino hominum (ſi vnum aut alium ex multis millibus excerpas) hodierni mores à priſcis deſciverint, non animadvertit. Veterem memoriam replica. clerum illum cum noſtro, Monachatum cum hodierno, antiſtites cum antiſtitibus committe. vix proferre audeo quod eſt tamen longè veriſsimum. vix, inquā, vmbra illorum ſumus. ne ergo vnos Benedictinos, mi homo, eius criminis reos peragas, quod eſt illis cum tam multis cōmune.

Obiectiuncula diſſlatur.

7 Quod tamen ab hac per omnes hominum gradus & ordines graſſante peſte, Hieronymianos immunes prædicas, id me plaudente facis, gratulorque vobis hanc ſanitatem planè Athleticam, vtque porrò in longa ſæcula perennet, Deum Opt. Max. precor, & veneror. Interim illum accuſa, graviterque reprehende, qui adverſus hanc valetudinem hæc in lit-

Hieronymiani Ordinis rigor, vetuſque obſervantia commēdatur.

teras

teras miſit: *Dirán algunos*, inquit, *que no tiene mas años de antiguedad eſta Orden. nunca reñirè por eſſo. no tenga ſe a anſi. que aunque para antiguedad parecen pocos, ſon artos para vejez. oxalà no tuviera tanta; porque con ſer vna de las que ha dicho de todos ſe conſerva con mas entereza en la guarda de ſus leyes. y es mas rigurosa, y fuerte en ſus coſtumbres: cō todo ſe la hecha de ver que es vieja, y lloran ſu flaqueza, y debilidad los que la conocieron mas moza.* Hæc veſter Siguença quæ vt ille citra Religioſiſſimi Ordinis iniuriam ſcripſit, ita à me recitari perſanctè affirmo. Eò enim ſolùm affero, Hermenegilde, vt tibi approbem, ita natura comparatum eſſe, vt omnia humana in peius labantur, & ab ſui puritate originis paulatim degenerent; neque quempiam hominumOrdinem eſſe ab hac lege eximium. quare cum noſtris hoc quidquid eſt dedecoris exprobras, non tam ipſos, quàm humanam naturam accuſas.

Querciæ Herm. de Argaiz iniquę

8 Quod autem in Argaiz, &, quod eſt longè atrocius, in noſtrum Ordinem vniverſum excandeſcis, quaſi magna veſtro ſit irrogata iniuria, ex eo quòd ille, quæ antea diximus, de Scorialenſi Cœnobio in litteras miſerit, eſt planè ridiculum. Vni ne etenim mortalium Hieronymiani eſtis, in quos, non dicam crimen, quemadmodum nec ille dixit, ſed nulla vel leviſsimi criminis cadat ſuſpicio? quod ſi hæc cadere poteſt, vt ipſo Patrono veſtro Doctore Maximo ſanctiores ſitis; quid peccavit Argaiz dum rem ipſam ſimpliciter, nec lædendi animo, ſed eius, de quo agebat, commendandi, perſcripſit? quod ſi re explorata aliquam in vobis hæſiſſe culpam prodidiſſet, quamquam id ad vniverſi Ordinis, aut religioſiſsimi etiam Cœnobij iniuriam trahere eſſet ridiculum; nonnullus, tametſi levis, color prætexi poſſet iſti tuæ vſque adeò implacabili iracundiæ; ſed cum ab hoc longiſsimè abfuerit, neque quidquā, quod vobis vel minimò dedecori eſſe poſsit, ſcripto prodiderit, in tantum eam ob rem furori habenas laxare, & in verba, quæ vix ſanitatem arguant, prorumpere, quid eſt aliud quàm impotētis animi morbum prodere, teque omnium ſannis, aut miſerationi obijcere?

9 Tam reconditam illam ex Arconthologia Coſmica reformati haud ſemel Benedictini Ordinis depromptam notitiam, tibi ex animo gratulamur, atque ob tam præclarū,

recor-

reconditumque inventum immane quantum tibi debet litteraria reſpublica. Interim tamen ſic habeto, Hermenegilde. Id quod probri loco nobis obijcis,hoc decori immortali ſibi ducit Ordo Benedictinus. Nam humanum eſt labi,divinæ autem cuiuſdã virtutis poſt lapſum reſurgere. Et verò quanti noſter Ordo Eccleſiæ ſemper fuerit, vel hinc diſcas licet, cui ne periret, cariſsima parens piè anxia, tam ſæpè providerit. Atque hęc pauca adverſus plurima, quæ in noſtrum Ordinem vniverſim Hermenegildus evomuit, dixerimus.

Aliæ in certos homines Ordinis noſtri Hermenegildi calumniæ.

CAPVT VI.

1 PRODVXIMVS Ac difflavimus quæ in SS. Parentem noſtrum, eiuſque prolem vniverſim Hermenegildus effutijt. Nunc ad ea diſsipanda veniamus, quibus certorum hominum honorem proſcidit. Ac in primis illud homini ſolemne eſt, vt ſi quid in noſtris hominibus vlceroſum ſomniet, id importunæ muſcæ modo premat, id ſugat,id ad nauſeam lectoribus inculcet. ſi quid illuſtre, id ſupprimat, & ab ſibi moleſti ſplendore luminis,noctuæ more, in ſuas tenebras, tenebricoſaque latibula fugiat. Omnes omninò contemptim tractat, ac de laude honoreve ipſis debito quantum poteſt delibat. Sandobalium Tudenſem primùm, deinde Pãpilonenſem; San Victorium Almerienſem, Aurienſem, poſtremò Zamorenſem, Sylvam denique ex Accitano Aſturicenſem, Illuſtriſsimos, ac meritiſsimos Epiſcopos, Reverendiſsimos, idque raro, præcisè appellat. quæ compellatio, cæteroqui honorifica, ita hac noſtra tempeſtate apud Hiſpanos crebra vſurpatione eviluit, vt vel etiam Hermenegildo id honoris à nonnullis tribuatur,vixque paullò honoratior ſit Monachus, cui illi id quidquid eſt honoris paſsim non tribuant. Abbatiali alios dignitate fulgentes, vt Yepium, Quintanillã, nulla honoris, etiam infimis Monachis debita, præfatione, paſsim impugnat.ſed hæc levia admodum ſunt, præ ijs quibus eorum nomen, & famam paſsim lacerat, & denigrat.

Nonnullorũ BB. ab Herm. maledictis vindiciæ.

Herm. BB. nulla honoris præfatione paſsim traducit.

2 In Sandobalium præſertim furit, quem (nihil bonum

Herm. Inſtruct. Pravjæ cap. 10. n. 7.

num hominis apud eruditos nomen, nihil ſacras ; quibus ornatus erat, infulas reveritus) impoſturæ calumniæque, turpiſſimorum criminum, inſimilaſſe non ſatis habens, *rotundè ac quadratè* (verba ſunt Hermenegildi) *mentitum* eſſe affirmat.

In Sandobalium præſertim furit.

ſed quid ab homine furioſo tam impudens atroxque maledictum exculpſit? Nam graviſsimum, vniverſoque Ordini Hieronymiano ignominioſiſsimum fuiſſe par eſt, quod in talis modi, virum Deo ſacratum, præcipitium compulerit. Rem, vt eſt, accipe, mi lector, atque tali ne ſcelus ignominia dignum Sandobalius admiſerit, per te ipſe diiudica.

Cur ipſi infenſus Hermeneg.ldus?

3 Ergo Sandobalius in Fundatione S. Petri Caradignenſis fol. 35. pag. 2. hæc ſcripta reliquit. *Tuvieron*, inquit, *eſte Chronicon* (Maximi Cæſarauguſtani) *los Padres de S. Geronimo del Monaſterio de la Sisla de Toledo, que ſe lo dexò alli el Obiſpo D. Pedro Pecha, que ſe hizo Frayle de eſta Orden. Eſtimaronlo en poco aquellos Padres, y vino à manos de vn Librero, que lo gaſtò en Cartones &c.* quæ ideò Hiſpanicè, vt Sandobalius ſcripſerat, dedimus, ne eius crimen, quippiā diſsimulando, elevare velle videremur. Nunc ea ne quem, vel exterum lateant, Latinè bona fide reddemus. *Hoc*, inquit, *Chronicon* (Maximi Cæſarauguſtani) *fuit quondam apud PP. Hieronymianos Monaſlerÿ Sislenſis, quod ipſis ex hæreditate obvenit Petri Pecha, qui huic Ordini, Epiſcopatu abdicato, tandem nomen dedit. Parvi id illi PP. fecerunt, quo factum eſt vt in Biblio-pegæ manus pervenerit, qui illud libris concinnandis impendit.*

Maximi Chronicon apud Hieronymianos quondam fuit.

Quod id Sandobalius ſcripto prodiderit, in ius ab Herm. rapitur.

4 En crimen, en cauſa, cur tam atrociter Sandobalius vapulet ab Hermenegildiano ſtylo. ſed ne nos illud, vt antè dictum, minuere & elevare velle videamur, ipſum, quàm poteſt maximè, cum Hermenegildo exaggeremus. queritur ergo ſuos Sislenſes Fratres hoc Sandobalij ignominioſiſsimo mēdacio, graviſsimè læſos eſſe ; qui præ ignorantia Chronicon illud contempſiſſe, ac Biblio-pegæ tradidiſſe per ſummū ſcelus, & iniuriam dicantur. Hoc eſt Illuſtriſsimi Sandobalij vix tota Thetide eluendum ſcelus. ob hoc ſycophanta audit, ob hoc ab Sfortia Pallavicino miſeratione quam confutatione dignior dictus eſſe litteris proditur.

Illuſtriſs. Sandobalius vindicatur

5 Mirus homo, Hermenegilde, es, qui tales rixas excitas, ac de plauſtro planè convicia iacis, idque de lana ferme

capri-

caprina. In primis itaque verum necne ſit quod Sandobalius prodidit, nihil eſt opus curioſius inquirere. fac tamen falſum eſſe. Inde ne rectè inferas Illuſtriſsimum Antiſtitem ſplendidè eſſe mentitum? quantò pronius erat, religioſaque modeſtia dignius, ſuſpicari, ab impoſtore quopiam virum optimũ deceptum fuiſſe? ex quo credulitatis, in optimum quemque, candidiſsimumque cadentis vitij, non malignitatis, ab tali viro, nulla præſertim iniuria laceſsito, alieniſsimi, illum meritò arguere potuiſſes. Atque eâdem operâ, ignorantiæ ſuſpicione, quam ita abominaris, tuam familiam abſolviſſes. ſed tibi omnia præpoſterè agere mirificè arridet.

6 Sed enim Panicus planè iſte tuus metus eſt, ab ijs vtique, quæ Illuſtriſsimus Sondobalius ſcripſit. Fac enim in Sislenſi Biblio-theca Maximi Chronicon in membranâ deſcriptum latuiſſe. Fac inde extractum, libriſque concinnandis deſtinatum eſſe. quis ſanus hinc inferat: ergo Sislenſes Hieronymiani craſſa ſtupidaque ignorantia laborant, vt ipſe inferss? quid ſi quiſpiam paulò naſutior & Hiſtoriæ veteri addictus, cum id Chronicon per otium volutaſſet, indignum duxit, quòd aliquando in lucem prodiret? quid ſi Gothicis characteribus exaratum, à quopiam eorum ſignificationis ignaro, (licet alioqui quam velis docto & erudito) pro nihilo eſt habitum, & velut inutile, foras miſſum? Omnes ne Hieronymiani Gothicè ſcitis? gratulor vobis iſtam peritiam, eamque etiam vobis invideo. Profectò quamvis noſtra vetuſtiſsima Tabularia hoc characterũ genere exaratis inſtrumentis abundent, rari tamen, qui ea legere norint, inter nos inveniuntur. Hæc & ſimilia ex illo Illuſtr. Sandobalij teſtimonio colligere licebat, nõ quæ ipſe pravè colligis cum veſtrorum hominum iniuria coniuncta: à qua profectò inferendâ longiſsimè Sandobalius aberat, vt eius teſtimonium ſedato animo perpendẽti liquebit. Itaque minimè hanc tibi in virum Illuſtriſsimum debachandi vnicam cauſam fuiſſe puto. altius in animum penetravit, quod ab homine Religioſo tam irreligioſa verba extorſit. Et verò in Caroli V. hiſtoria ab ipſo quam accuratiſsimè, & fideliſsimè conſcripta, vbi te calceus premat reperiſſe me ſuſpicor. at locum deſignare nihil neceſſe eſt, quando liber eſt in manibus omnium; & verò æternum erit, quicquid ipſe cum Sfortia Italiſque omnibus, miſeratione dignum iudices.

Qui citra Hieronymitarum iniuriam illa ſcripſit.

Ad

Reynerum adulteratæ Synodi Herodfordenſis Herm. accuſat.

7 Ad Reynerum venio, quem ſæpè laceras, ac fidei violatæ ſubinde accuſas. Ergo pag. 18. *Defenſionis*, tum 548. eiuſdem voluminis, item *Inſtructionis Præviæ* cap. 6. n. 8. (toties eamdem, ne lectori oblivio ſurreperet, cantilenam inculcas) Anglicanæ Synodi falſatæ, corruptæque, hunc auctorem inſimulas. Summa accuſationis eſt, quòd quemdam Canona Concilij Herodfordienſis Egfrido Rege, Theodoro Præſide coacti, perverſè ac depravatè citat. Sic enim Reynerus legit, aut potius legendum, ſi te audimus, fingit. *Vt Epiſcopi Monachi non migrent de loco in locum, hoc eſt de Monaſterio ad Monaſterium, niſi per dimiſsionam proprij Abbatis, ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt.* Atqui, ſubijcis, hæc lectio falſa eſt, & à Reynero conficta. Nam in primis in omnibus omnino hactenus editis Actis eiuſdem Synodi ſic legitur: *Vt ipſi Monachi non migrent &c.* Non verò vt ille, per ſummam fraudem, ſuique Ordinis commendandi libidinem, ſcripſit: *Vt Epiſcopi Monachi &c.*

8 Deinde, vt exemplaria eſſent in quibus ea lectio, quam ille affert, & cæteris præfert, reperiretur, deberet corrigi vt abſurdiſsima. Nam ridiculum apparet, & ab vnis Benedictinis, quò ſuorum Abbatum fimbrias dilatēt, excogitatum, Epiſcopos eorum ditioni ſubditos aliquando fuiſſe. quãquam enim in Hij inſula id aliquãdo accidiſſe Beda tradiderit, monet tamen ordine *inuſitato* id, inauditum aliàs, factum fuiſſe. ridiculè ergò Reynerus hanc falſam iuxta ac portentoſam lectionem, præ ſui Ordinis evehendi inſano amore, incautis lectoribus obtrudit. Hæc Hermenegildianę accuſationis ſumma eſt, quam ille mirificè, de more, dilatat, & amplificat.

Sed iniquè.

9 Sed enim, ſicubi aliàs, hîc noſtri Ordinis, vnde vnde arreptâ anſa, criminandi impotens hominis libido elucet. Quod ni apertè demonſtraro, nolim meis ab lectoribus fidem in re vlla impetrare. Id vt præſtem, vera ne an verò falſa ſit lectio, quam Reynerus affert modò non diſputo. Id ſolùm hic ago, & quæro an codices nactus ſit vnde illam tametſi vitiatam, eruerit: an verò ex ſuo potius cerebro, quod Hermenegildus pertendit, loco ac vice germanæ, ſuppoſuerit?

Editio Op. Bedæ Hervegiana ann. 1563.

10 Quamvis ergo in Operibus Bedæ Coloniæ editis anno Domini 1612. & in collectione Conciliorũ, tum apud

Baronium ad annum 673. aliter atque Reynerus legit, & vt Hermenegildus ex editis hactenus eius Concilij Actis legendum contendit, is canon concipiatur; in editione tamen operum Bedæ Hervagiana anni 1563. ad verbum extat, qualem Reynerus repræſentat. conſule hanc lector. mentior ſi non ita rem habere deprehendes.

1563. Lectionem quam Reynerus affert, repræſentat.

11 In hanc porrò vnam editionem Reynerum incidiſſe ex eo maximè probabile apparet, quòd ea ſit vulgatiſsima. Nos certè in varijs noſtri Ordinis cùm publicis, tùm priuatis Bibliothecis hanc vnam vidimus; ac magnus ille librorum helluo doctiſsimus Poſſevinus, in ſuo Apparatu ſacro, hanc vnam ſe nactum eſſe, diſſertè affirmat. Neque alibi recentiorem illam editionem Coloniēſem nobis videre licuit, præterquam in ditiſsima, optimiſque voluminibus refertiſsima Bibliotheca Collegij Salmantini S. I. quare nil mirum ſi in eam Reynerus non incidit, ac antiquiorem Hervagianam ſuo in opere ſecutus fuit. hinc ſua ſponte labaſcit quicquid in virum optimum, fideique ſpectatiſsimæ temerè, pro ſuo more Hermenegildus molitur. neque neceſſe eſt (quod N. Argaiz fecit) vt hunc ad emendatiores codices in Anglicanis fors Bibliothecis repoſitos amãdemus, vnde ſuam lectionem Reynerus eruerit. quando proſtant, omniumque manibus teruntur exemplaria, vnde eam vir doctiſsimus ac candidiſsimus, abs dubio, deſumpſit.

In hanc vnam ipſum incidiſſe eſt vero ſimillimum.

12 Hæc cùm primùm commentaremur nondum videre nobis contigerat Noviſsimam Conciliorum Editionem à V. C. Philippo Labèo S. I. adornatam. In ea porrò canon Concilij Herodfordienſis iiſdem verbis, quibus à Reynero repræſentatur, κατὰ πόδα concipitur. vt deſinat tandem Hermenegildus nugari, neque paſsim in Benedictinorum criminationes, de more, proſiliat.

Concilia Labbeana correctiſsima lectionem, quam Reynerus ſequitur, repræſentãt. Et Acta SS. O. B. to. 2. pag. 1034. ad oram.

13 Neque verò adeò abſurda ac ridicula hæc lectio eſt, vt tametſi eam exemplaria repræſentarent, ab Raynerio, vt contendis corrigenda fuerit. Cum adeò contrà rationi ſit conſona, vt non abs re alteri recentiori præferri debuerit. quod vt lectori meo approbem ipſum canonē αὐτολεξεί ſubiicio. *Quartum: Vt ipſi Monachi non migrent de loco in locum, hoc eſt de Monaſterio ad Monaſterium niſi per dimiſsionem proprij Abbatis, ſed in ea permaneant obedientia,*

Quę eſt omnium probabiliſsima.

tia, quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt. hæc ibi apud Bedam L.4. Hiſtoriæ Anglicanæ cap. 5. vt in recentiori eius operum editione, Conciliorumque antiquiore ſylloge, legitur.

Et rationi conſona.

14 Hanc ego lectionem tametſi probabilem, non ita tamẽ certam atque indubiam iudico, vt Baſileanæ, ac Labbeanæ preferri debeat, nedum reijci vt abſurda ac ridicula. Nam illis temporibus Monachi Europæi, & Anglicani præſertim, qui, vt ſuprà oſtendimus, Benedictini erant, non paſsim vagabantur, ac de vno ad aliud Cœnobium pro libito tranſibant. Cum Regula, quam profitebantur, ſancta cap. 58. vni eos loco his verbis addiceret: *Suſcipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & converſione morum ſuorum &c.* Itaque ſupervacaneum videtur Monachos eius rei admonere quam ipſi per ſeſe (vigente obſervantiæ primævo rigore ab Auguſtino, & ſocijs paulò ante inducto) præſtarent cumulatiſsimè. At Epiſcopi Monachi (quos re vera fuiſſe iam iam ſubijcimus) Epiſcopali freti prerogativa, eam ſibi forſan licentiam fecerant, vt Monaſteria pro libidine mutarent, idque Abbatibus inconſultis. Hanc ergò iure ac meritò, eâ lege latâ, Anglicana illa Synodus coercendam duxit.

In Monaſterijs Benedictinis quódam Epiſcopi.

15 Quod verò contra obducit Hermenegildus, irrationabile nempè eſſe vt Eccleſiæ Principes ſuos faſces Abbatibus, privatis nempè hominibus, ſubmiſerint, id, inquam, oppidò leve eſt. quod vt cõſtet noto ex eruditiſsimo clariſsimoque viro I. Mabillonio noſtro, Præfationis ſæculi 3. Benedictini p. 1. n. 32. & ſequentibus, varios noſtrorum Monaſteriorum Epiſcopos olim fuiſſe. Nam Monaſterium Dionyſianum propè Pariſios Stephani II. conceſſu ius Monachum in Epiſcopum eligendi habuit. Conſtat id ex Diplomate quòd cum mutilum Yepeſius N. tom. 2. Sirmonduſque tom. 2. Concil. Galliæ edidiſſent, integrum repræſentat tomus 4. Act. SS. Ordinis S. Benedicti in vita S. Fulradi San-Dionyſiani Cœnobij Abbatis. eamdem prærogativam habuere Turonenſe Martinianum, Laubienenſe, & Hohenovienſe Monaſteria.

Et quare?

16 In cauſa fuit: quòd cum hæc Monaſteria ab Epiſcopali iuriſdictione abſoluta eſſent, pluresque tum Sacerdotes, cùm Eccleſias in ditione haberent, ægrè, aut nullatenus

potius

potius Epiſcopi finitimi adducebantur, vt Sacramenta Ordinis, Confirmationis &c. quæ Epiſcopalem dignitatem requirunt ovibus non ſuis conferrent. quod hodieque in S. Facundi, alijſque quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus, accidit. Hinc ad Sedem Apoſtolicam querelæ delatæ id genus privilegij expreſſere. Neque hi Epiſcopi Abbates ſemper, ſed haud raro ab his, aut Congregatione electi Monachi, ad id munus aſſumebantur. quod ex laudati Diplomatis contextu colligere licet.

17 Præterea alij dicebantur Epiſcopi, cum tamen nõ eſſent, ſed munere Evangelicæ prædicationis ſolùm fungerẽtur. Anſcharius certè S. Vvillehadum ſeptennio antequam Epiſcopalem dignitatem obtinuiſſet, Epiſcopum vocatũ eſſe, in eius vita obſervat. *Septem*, inquit, *annis prius in eadem Presbyter eſt demoratus parochia, vocatus tamen Epiſcopus &c.* idem vſuvenit Gregorio Presbytero, & Abbati Traiectenſi, idem alijs, quos, ne longum faciam, miſſos facio.

Nonnulli ante Epiſcopatum Epiſcopi dicti.

18 Ad hæc alij erant Epiſcopi Regioniarij dicti, quod certo loco ac ſedi addicti non eſſent. Hos ſimiles puto illis, quos Chorepiſcopos Græci vocitabant. quanquam autem hi malè audiſſe antiquitus videantur, quod ex epiſtola, quæ Damaſi nomine circumfertur (tamenſi non deſunt qui ſubdubitent, teſte Cabaſſutio in Notitia Eccleſiaſtica) ad Epiſcopos Numidiæ colligitur: nihilominus apud Latinos, ſæculis præſertim ſexto, & ſeptimo, in honore fuerunt, neque contemnendam ſanè operam navarunt Eccleſiæ Catholicæ, in converſione variarum gentium Idolatriæ erroribus adhuc detentarum, quæ ipſis annitentibus, fidem tandem Orthodoxam amplexatæ ſunt. Hi magnam partẽ Monachi, pręſertim Schotti, & Hyberni, erant; qui cum res & occaſio ſe dabat ex ſuis Monaſterijs prodeuntes, Idololatris convertendis incumbebant.

Epiſcopi Regionarij Græcis Chorepiſcopis ſimiles

Eccleſiæ quõdam vtiles.

19 Vides igitur pleroſque Monachos Epiſcopos in Eccleſia Latina quondam fuiſſe, qui nec Monachi eſſe, nec Abbati parere deſinebant. Hi igitur, quòd ad illum gradum, quò Monaſteriorum Abbates non pertigerant, ſe conſcendiſſe animadverterent, inflari paulatim, ſeſe eorum imperio ſubducere, Monaſteria circumcurſare, ac de vno in aliud, cum libitum eſſet, migrare cœperunt. hanc licentiam Synodus cõ-

Digitized by Google

peſcendam rata, illum canona edidit: *Vt Epiſcopi Monachi non migrent de loco ad locum &c.*

20 Neque refert quod Beda in Hij inſula Epiſcopos *ordine inuſitato* Abbati Hienſi paruiſſe monuerit. Ibi enim de Epiſcopis Ordinarijs certam ac deſtinatam Diœceſin ac Sedem habentibus, ſermo erat. Laudatus autem Canon de Regionarijs, Monaſterialibus, Nominalibus denique Epiſcopis, intelligi debet. ex quibus apparet lectionem quam Raynerus propoſuit, rationi admodum conſonam, dignamque, quæ recentiori merito prẹferatur, eſſe. Et hæc quidem calumniæ optimo Reynerio ab Hermenegildo impactę diluẽdæ ſuffecerint.

Quintanillæ vindiciæ.

21 Ad Quintanillam venio cuius ſuccintam Digreſſionem de Veteri Monachatu Benedictino eius *Tabernaculo fœderis* inſertam vægrandi *ſatisfactionis Hieronymianæ* volumine inſectatus eſt Hermenegildus. Atque ad argumentũ, quod quidem opus prẹfert, abundè reſpondimus in noſtro Opuſculo. Convicia autem, & dicteria, quę in virum probum, iuxta ac doctum evomuit, quamvis nil laceſsitus, ferè vtramque paginam faciunt in eius lucubratione vaſtiſsima. Quare ſi ſingula colligere, nedum refutare, conſilium eſſet, in immenſam hęc noſtra lucubratiuncula molem abiret. vnũ proinde aut aliud ſolùm attingam, quo lector noſter ſpecimen habeat, caninę Hermenegildi facundiæ.

Cui Latinæ linguæ imperitiam Herm. obducit.

22 Obijcit itaque illi in primis homo γραμματικώτατος, latinæ linguæ imperitiam, qui alicubi ſui operis ſcripſerit; ſuum laborem à viris doctis huius Academiæ *incaſſum reputatum eſſe, & iniquum.* qua in re noſter Priſcianus duplex peccatum detegit ferula dignum. primũ quòd τὸ *incaſſum* labori appoſuerit inſtar adiectivi; cum tamen viri illi docti, quos laudat, *in caſſum* hoc eſt inutiliter, ipſum in Hermenegildi opere oppugnando laboraturum eſſe, dicere voluerint. alterum quòd pro *labore improbo*, *laborem iniquum* poſuerit. cum tamẽ ad Virgilianum illud. *Labor omnia vincit improbus* alludere voluerit. Et verò, addit, licet parum ex legibus grammatices id Quintanilla dixerit, verum nihilominus, quanquam per incogitantiam, & imprudentiam, dixiſſe. re enim vera iniquum & contra fas omne eius laborem fuiſſe, quo ſibi veritatem opprimere, ſi poſſet, ſin minus, illi tenebras offundere, propoſitum habuerit.

Sed

23 Sed enim qui ad frivola hæc, & puerilia inſectanda digreditur, quàm ſolidis, quæ admordeat, deſtituatur, plus ſatis oſtendit. Verbo igitur reſpondemus, non eum Quintanillam fuiſſe, qui *τὸ incaſſum* cum labore, vti adiectivum minimè coniugi debere, aut poſſe, neſciret. ſed is fuit lapſus typothetæ, aut amanuenſis, quam culpam ſi auctores librorũ luere debent, næ miſerrima eorum conditio eſt: quando vix liber prodit, quin eiuſcemodi mendis ſit refertus. At illud omnes lepôres ſuperat, in eo præſertim qui ignoratæ alium grammatices reum peragis; quòd *τὸ incaſſum* in duas partes diſpeſcis, quarum prior propoſitio *in* ſit, accuſandi caſum, quem ſequi putas, regens. Sed niſi tu, redivivus ſcilicèt Nebriſenſis, aliter ſancis, immanè quantùm in grammaticos canonas peccas. Nam *τὸ incaſſum*, vnica eſt dictio adverbialis, non duplex ab *in*, & *caſſu*, vt ridiculè aſſeris, coaleſcens.

Cuius potius recuſandus Herm.

24 Quòd autem ſuum laborem *iniquum* viſum fuiſſe Salmantinis Academicis Quintanilla refert; conſilio dixit, nõ per imprudentiam, vt putas, homini excidit. Iniquus itaque, hoc eſt non par, nõ æquus eius viribus labor ille eſt viſus iuxta Virgilianum illud (ne te vnum in hoc Poeta contritum, ac retorridum gloriere) *pugna congreſſus iniqua*; hoc eſt vt vir doctus explicat, *pugna iniqua, non æqua, non par.* Hoc ergo illi docti viri ſibi voluerunt, nõ eum eſſe Quintanillam, qui tecum committi, ac in arenam quaſi cum pari certaturus, deſcendere deberet. Non verò, vt tu te ſomnias, *improbum*, hoc eſt magnum, tali in pugili ſuperando futurum, dicere voluerunt. quanquam haud ſanè levis eſt, cum tot verborũ mõſtris, hallucinationum portentis, dicteriorum plauſtris, ſubinde congredi, atque contendere.

Cur ſuum laborẽ iniquum dixerit Quintanilla?

25 A Grammatica ad alias ſcientias, omnium homo ſcilicet peritiſsimus, gradum facit. Cumque nihil admodum quod arroderet offendiſſet, etiam laſcivientium iuvenum ruſuſculos aucupatur. Fors fuit vt in Academicis congreſsibus inter eos Quintanilla ſederet, quorum nomina, ordine recenſita, ſcholaſtico ioco, ex amphibologia ducto, anſam dedere. Id Hermenegildus, qui nullum non Benedictinorum nævum obſervitat, ac traducit, tanquam è cortina redditum reſponſum, arripuit. Ex eo effectum vult eum hominem ignarum, omniumque diſciplinarum expertem fuiſſe.

Putidum Herm. ſcomma in Quintanillam.

Digitized by Google

26 Sed enim hæc ſunt prorſus ridicula. Quintanilla, quod omnes huius Academiæ Profeſſores optimè norunt, vir fuit impensè doctus, omnibuſque diſciplinis cùm divinis, tùm humanis excultus. Græcè, Latinè, Hebraicè, haud vulgariter ſcivit. Manſuetiores Muſas cum laude excoluit, neque ſanè vulgarem ſacrarum litterarum multa lectione, diutinoque ſtudio, collegit notitiam. Hæ dotes evicere vt iſthæc Academia (quod rarò ſolet, nec vnquam, niſi cum viris ſpectatiſsimæ doctrinæ, factum deprehendetur) illum perhonorifico accitu ſancto Facundo vſque, vbi magna cum laude Abbatem agebat, honeſtiſsimis conditionibus propoſitis, ad ſe evocaret Hebraicas litteras publicè profeſſurum. Eius precibus non cedere inhumanum ratus, huc appulit, magnamque ætatis partem in provincia ſibi commiſſa adminiſtranda ingenti totius Academiæ applauſu conſumpſit. Hæc vel pueri norunt Salmanticæ. vt ſupervacaneum ſit verba prodigere in re adeò clara. Quod ſi fuere quibus minus doctus Quintanilla viſus ſit, ij fermè pueri ſunt, aut qui doctrinam & ſcientiam omnem vnis circumſcribūt diſputationibus ſcholaſticis. Hi fors cum minus illis deditum (quanquam ne harum quidem expertem fuiſſe, haud rara ſpecimina etiam in his data, ſatis arguunt) hominem animadverterent, haud ita vulgò doctum putabant: ſed enim maturo iudicio viris, quique vt multùm tribuant concertationibus ſcholaſticis, aliarum nihilominus rerum peritiam, & eruditionem omnigenā, haud ſanè minoris faciunt; his, inquam, venerationi Quintanilla ſemper fuit, nec eius hodienum meminere ſine laude. Faceſſant proinde Hermenegildi ſcommata in eum virum directa, cui ne ſexcenti quidem Hermenegildi, in mortario probè cōtuſi, queant æquiparari.

Cui multiplex eius eruditio opponitur.

Approbata calculo Academiæ Salmanticæ.

Nec obſtat quod in concertationibus Scholaſticis minùs verſatus fuerit.

27 Neque verò Yepeſio, viri probitate famaque deterritus, parcendum ſibi duxit. quin potius, arreptâ vnde vnde anſa, illum ſubinde lacerat, ac convitijs proſcindit. divinare eum inquit, ſeu potiùs hariolari in ſua hiſtoria, nihilque habere penſi, dum ſuum Ordinem in cœlum vſque laudibus ferat, hominibuſque illuſtribus ad ipſum minimè ſpectantibus, velut furtivis coloribus ornet, ſeu dedecoret verius. Hinc ſi quem Monachum ante, nedum poſt Benedictum natum, vocari apud quemvis demum auctorem animadvertat, è veſtigio hunc ſuo Ordini mordicus aſſerere; Benedictinum cucullum homi-

Poſtrema in Yepeſium impreſsio Hermenegildi.

Cui pleraque obiectat.

homini, quo iure, quâ iniuria, inijcere, ſuiſque audacter ac-cenſere.

28 Sed quàm levia ac futilia iſthæc ſint parumque viri verè magni famam lædant, nemo in vetere Hiſtoria Eccleſiaſtica paullò doctior, ac verſatior, neſcit. Quò autem ſcias quîcum res tibi, Hermenegilde, ſit, hæc pauca ſubijcere eſt viſum. Nos certè hæc de illo aſſerere ingenuè poſſumus, ipſa potius rei veritate adducti, quam privato vlli affectui litantes, à prima ætate ſeſe pietati impensè addixit, quam per longam vitam eximiè coluit, & vbique præſetulit. Philoſophiæ, ac Theologiæ abſoluto, non ſine laude, curriculo, ſeſe Eccleſiaſticæ (Monaſticæ præſertim) Hiſtoriæ volutandæ totum dedidit. Hæc multorum annorum Yepeſio vnica cura fuit à qua non pleræque occupationes, muniaque in ipſum à noſtris ſuper alijs alia congeſta hominem abſtraxerunt.

Sed putidè, & ridiculè.

Vt ex eius veriſſimo elogio, quod apponimus liquet

29 Et initio quidem de Ordinis noſtri condendâ hiſtoria, rei difficultate, operiſque vaſtitate deterritus, ne cogitavit quidem. illud tamen præ oculis ſemper habuit, vt ſi quid inter legendum, quod ad nos ſpectaret, inveniret, id accuratè & cum fide enotaret atque excerperet, communicandum cum Venerabi Viro, Apoſtolicoque Concionatore Fr. Ioanne de Caſtañiza, cui ea provincia à noſtra Vallis-Oletana Cōgregatione demandata erat. Cùm hic porrò, in ipſo ætatis flore magni operis molitioni immortuus ad meliorem (vt par eſt credere) vitam evocatus eſſet, vnus Yepeſius inventus inter noſtros eſt, qui Herculeo planè oneri pro dignitate ſuccederet. Grandi itaque iam natu (quippè qui Oveti, Salmanticæ, Coriæ Abbatē iam dudum digniſsimum egerat) id opus quod iuveniles lacertos expoſceret, optimus iuxta ac eruditiſsimus ſenex aggreſſus fuit. At virium corporis imbecillitatem ſatis abundèque penſabat iudicij maturitas, iugiſque tot per annos, Eccleſiaſticorum monimentorum pervolutatio &, quod caput eſt, hiſtoricus planè hominis genius. Quàm ab omnibus paratus ad ſuam Yepeſius hiſtoriam conſcribendam acceſſerit, vel hinc diſcas licet. Audivi ex eo (a) qui ab ipſius Amanuenſis, & in munere ſucceſſoris ore accepit, modeſtiſſimum ſenem aliquando ſanctè teſtatum eſſe, ſe totam illam vim librorum (oſtendebat autem ſuam omnibus ferè hiſtoricis Eccleſiaſticis refertiſsimam Bibliothecam) per otium vo-

Hiſtoriam Eccleſiaſticam præſertim, diu volutat.

Ac enotat, ſi quid invenia., ſpectans ad O B. cum Caſtaniza communicandum.

Quando Hiſtoriam O B. quibuſque auſpicijs aggreſſus ſit?

(a) Is fuit V. E. nunc S. R. E. Cardinalis de Aguirre.

 lutaſſe,

lutaſſe, enotaſſeque haud ſigniter, antequam Benedictinis Annalibus manum admoveret: ac ne ſic quidem admoturum addebat, niſi ijs, quorum voluntati reſiſtere nefas eſſet, aliter viſum eſſet.

Quanto plauſu evulgavit.

30 Tam fauſtis avibus cęptum opus, nihilo infelicioribus eſt abſolutum: quod vbi in lucem prodijt, non à noſtris ſolùm hominibus, ſed ab omnibus omninò veteris hiſtoriæ conſultis, & amantibus magnis acclamationibus exceptum fuit. Extat apud me epiſtola authographa P. Salazarij de Mendoza (qualis, Superi, viri, quàmque veteris Hiſtoriæ, noſtratis præſertim, periti!) digniſsima profectò, quæ hîc ad verbum inſereretur. Abſtineo tamē promiſſæ brevitatis memor. At eius exordium cum Yepeſio ipſi privatim, tum noſtro Ordini in commune perhonorificum, nefas eſſet omittere. id proinde ſubijcimus, ex Hiſpano idiomate Latinè ad verbum ferè expreſſum. *Simulatque*, inquit, *Chronicum Benedictinum à Te recèns editum in meam Bibliothecam admiſi, ad RR. P. Ordinis veſtri Generalem, quicum mihi arcta pervetuſque coniunctio eſt, litteras dedi, quibus litteris monebam ſummæ vt felicitati verteret, quòd ſe rerū apud vos potiente, id diuulgatum eſſet. Idem toti veſtro Ordini pro teſtimonio dicerem, ſi quidem frequens adeſſet, vti huic* (b) *vrbi palam & frequenti concione edixi; quæ mea verba gratanter & attentè excepit, quippè ad quam adeò ex proximo veſtri Ordinis decora, quorum tanta quondā pars fuit, ſpectant. Ingenti illi rubori eſt nullas ſibi eius Ordinis reliquias hodie ſupereſſe, qui tanto ipſi olim ſplēdori fuit, & verò etiamnū multò maiori eſſet. Vrge proinde R. A. P. reliquorum voluminum editionem, atque ſic habeto: ea omnium votis flagrantiſsimis expeti, eoque loco & numero apud doctos futura tibi perſuadeas, quo tria recens edita fuere.* Hæc doctiſsimus Salazarius. Nec plures addo, qui paſsim, cum inſigni eius nominis laude, Yepeſij meminerunt.

Salazarij V. C. de Hiſt. Hiepeſij B. elogium.

Quod Latinè cū fide apponimus.

(b) Toletum intellige vbi hæ litteræ datę, ac nota obiter, quiſnā eius vrbis ſit ſenſus de veteri in ipſa culto Monachatu Benedictino.

31 Et verò ita ſe rem habere illud invicto argumento eſt: quòd vix vlla tum privata cum publica Bibliotheca in Hiſpania ſit, quæ operi quantumvis ſumptuoſo, perhonorificum in ſe locum non fecerit. Nec minori verò apud exteros plauſu exceptum fuit; nam Itali, Galli, Germani, id in vernacu-

Idem Hiſpaniæ totius, ac exterorum ſenſus de Hiſtor. Hiepeſij præſtantia.

naculam ſuam linguam certatim converterunt, nec defuit qui illud ex integro Latinum facere aggreſſus fuerit.

32 Nec immeritò ſanè tanti Yepeſij monumenta apud omnes fuere, cùm omnes docti ac pij hiſtorici partes cumulatiſsimè impleverit. Veritatis homini cura prima, à qua nunquam eum tranſverſum rapit privatus affectus. Hinc ſæpè Ordini noſtro abiudicat, quos extranei liberali, aut prodigâ potius manu dederunt. Quæ ambigua ſunt lectoris iudicio permittit, quæ certa affirmat, quæ falſa porrò invictè refellit. Si cuius eſt ſententia oppugnanda, id quàm poteſt moderatiſsimè præſtat. Nemo ita Ordini noſtro iniquus, aut iniurius fuit, vt verbum aculeatius, aut amarulentius ab homine modeſtiſsimo expreſſerit. Pias meditationes in loco admiſcet, quò nempe quos religiôſæ pietatis in pectore fovebat igniculos, in aliorum animis iuxta accenderet. Et iure.

33 Fuit ad hæc Yepeſio Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ notitia exquiſitiſsima, Chronologiæ peritia minimè vulgaris, veterum Diplomatum, & Gothicorum characterum mirifica, ac recondita ſcientia. Hinc tot Hiſtoriæ Hiſpanicæ ab alijs corruptæ, ipſo preferente facem, feliciter correctæ. Illud palmare eſt, quod characteris illius X˜, de quo ſuprà fusè egimus, qui tantam noſtratem in hiſtoriam caliginem invexit, ita vim explicavit, numerumque quadragenarium deſignare adeò liquò oſtendit, nemo vt poſt tantum ab eo lumen illatum, (ſi hinc noctuas aliquot excipias) ad hunc tot naufragijs infamē ſcopulum impegerit. Quanquam enim princeps, quod quidem ſciam, Garibayus eius ſignificatum detexit, non ea tamen ſubiecit exempla, in quibus eruditorum animi conquieſcerent. At N. Yepeſius eam nubem exemplorum in medium protulit, cui vel pervicaciſsimi, ſuorumque placitorum pugnaciſsimi defenſores, non cedere minimè potuerint. Hic fuit Yepeſius quàvis non ſuis coloribus graphicè depictus; ſed rudi oppido penicillo vix adumbratus. Talem igitur tantūque virum Hermenegildus exagitat, qui nobis repentè ex Oeconomo, domeſticarumque ratiuncularum ſtrenuiſsimo putatore, Hiſtoricus prodijt. Ex queis plus ſatis apparet, quanti fieri debeant, quæ in talem virum morbo potiùs, quàm certa animi deſtinatione, ac iudicio deblatterat.

In eo exquiſitiſſima Eccleſiaſticæ Hiſt. & Chronologiæ peritia.

34 Neque verò Sandobalius, cuius ſuprà vindicias dedimus,

Illuſtriſs. Sandobalij vindiciæ.

dimus, illaudatus abire debet; qui ab Hermenegildo & congerronibus indignis modis, contra omne fas & ius, paſsim accipitur. Sacræ, vt nihil aliud, quibus fulgebat, infulæ, immunem eum & eximium ab eorum petulantia prȩſtare debuerāt. Sed homines, quibus nihil ſacri, nihil ſancti eſt quod, dum ſuis præiudicijs indulgeant, temerare non audeant, id parum curant. Hinc ipſum citra ambages *mētiri*, quod vix ſcurræ, aut de infima plebe homuncioni opprobrari vix poteſt, Hermenegildus procaciter affirmat. quo iure, iam diximus. Addit ipſum ab Sfortia auctorem miſeratione, quàm impugnatione digniorem, dictum. Sed enim homo, quamvis cæteroqui magnus, ſed Italus & Hiſpano nomini infeſtus, vix ab vno Hermenegildo eique ſimilibus, ſui dicti fidem impetret. Quanto ſincerus de ipſo cenſuit D. Nicolaus Anton. Hiſpanæ Bibliothecæ Author chariſsimus? à quo veritas, non partium ſtudiū, aut ambitio, perhonorificum de tanto Viro teſtimonium expreſsit; quod non gravabimur hîc ſubijcere.

Eius elogium ex V. C. D. N Anton. Bibliotheca Hiſpana depromptum.

35 Prudentius, inquit, de Sandobal Pinciæ, vt fertur,
„ natus. Benedicti Patriarchæ inſtituto nomē dedit in S. Ma-
„ riæ de Naxera Regio & ampliſsimo huius familiæ Mona-
„ ſterio. Cuius Ord. munera quædam geſsit creatus etiam
„ Theologus M. Hiſtoricæ autem rei ſtudio allectus, quò in-
„ vitabat eum VV. inſtrumētorum Theſaurus quem divitem
„ imprimis & copioſum tabularia Monaſteriorum iſtius fa-
„ miliæ antiquiſsimorum continent, in eam curam ſe totum
„ ferè impendit, vt rerum & hominum oblivione iam quaſi
„ ſepultorum memoriam pro virili ſua è tenebris ſuſcitaret,
„ quod propoſitum magna intentione animi vrgere nunquam
„ deſtitit, in publicum expoſitis quampluribus huius rei te-
„ ſtimonijs adeò vt Philippus III. Rex idoneum ante alios eū
„ æſtimaverit, cui deſcribendarum Regum noſtrorum, rerum
„ pace belloque geſtarum, continuandæque Floriani Docam-
„ pi & Ambroſij Moralis Hiſtoriæ DC. fere annor. ſupple-
„ mento, munus iniungeret. ſed hac dignitate mactum eiuſ-
„ dem Regis nutu Paulus V. Pont. Max. ad Pontificales ho-
„ nores evexit; primumque Tudenſi Eccleſiæ die Martij X.
„ anno 1608. deinde hinc translatum Pampilonenſi XVII.
„ Februar. 1612. Antiſtitem dedit. Amplexamur hodie nos
„ viri docti ac. diligētis non vulgarem induſtriam, in relictis

ab

„ ab eo Hiſtoricis lucubrationibus, quibus planè antiquis gẽ-
„ tis noſtræ rebus non exiguum lumen accenſum fuiſſe rectè
„ ſentientium animis iam diu ſedet. Hæc ille non minus ele-
gantér, quàm verè.

36 Et verò Sandobalius is fuit cui debet & æternùm debebit Hiſtoria Hiſpanica. A puero penè omnia vetera inſtrumenta excutere homini cura fuit Nullum (præfiſcinè dixerim) ab omni retrò memoriâ Hiſpania noſtra tulit, quem, in hac duntaxat parte, parem habuerit. quot ille veteris memoriæ Reliquias hinc inde collegit, enotavit, excripſit? per ipſum plerique Reges, ſacri Antiſtites, ſancti homines, nobiliſsimi Heroes, quos ex hominum memoria temporis iniuria obliteraverat, penituſque deleverat, & obruerat oblivio, vivunt. Fateor equidem eius monumenta minùs vulgo accepta eſſe rerum talium incapaci, cuius palato plus multò ſapiunt leves hiſtoriolæ, immò & anicularum narratiunculæ. ſed maturo & ſubacto iudicio viris nil Sandobalij lucubrationibus pretioſius; ex quibus ſua hominibus tempora, ſuis homines temporibus reddere, brevi, Hiſtoriam è chao & veluti πανσπερμία quadam in ordinem digerere ac reducere, harum rerum inteligentibus, quibus iſthæc per otium excutere nõ datur, liceat. Ibit igitur in ſæcula Sandobalij nomen, cuius luminibus, nihilo magis quam ſolari nubeculæ, Hermenegildianæ offuciæ, calumniæ, ſarcaſmi, maledicta officiunt.

Cura in VV. Monumentis excutiendis, & à pulvere ſituque vindicandis inſignis.

37 Et hæc quidem de Hermenegildi in nonnullos Benedictinos privatim iactis ſcommatis dixerimus. Illud autem quale eſt, (quod vniverſum Ordinẽ in commune petit) quòd ad vnum omnes noſtros, vt vt ſapiẽtiæ, ſanctimoniæ, candoris, probitatis, infularum ſacrarum prærogativâ inſignes, omni iure teſtimonij, in re ad ſuam familiam ſpectãte, ſpoliari debere pertendit? quid iniquius? quid à ratione & humanitate alienius? Ethnicis, Hæreticis, Græcis, Latinis, Barbaris, vel nugaciſsimis apellis Iudæis, in rebus ad ſuam Rempublicam ſpectantibus creditur. Religioſorum, & in his ſanctiſsimorum, veritatiſque, vel in cauſa prapria, tenaciſsimorum hominum teſtimonium, contemptim, per ſummam iniuriam & flagitium, reijcietur?

Hermeneg. contra omnia humanitatis iura, omni iure teſtimonij pro ſua familia dicendi ſpoliatos vult. BB.

38 Quantùm hæc Hermenegildi iniquitas, & veſana perverſitas à priſtina reverentia Monaſtico ſtatui exhibitâ, ablu-

Quibus quondam vel in cauſa propria plena fides, iureiurando præmiſſo.

abludit, & diſcedit? vide ſis Mabillon N. de Re Diplom. L. 3. cap. 4. nn. 4. & 6. vbi multis probat Notitias à MM. conſcriptas, in primariorum defectu inſtrumentorum in iudicijs quondam valuiſſe. Quin Monachorum, etiam in propria cauſa, teſtimonium admiſſum olim fuiſſe, multis laudabilis illius moris exemplis productis, oſtendit. Omitti ſine piaculo non poteſt canon ſecundus Synodi Legionenſis habitę ſub Alfonſo V. æra 1050 id eſt an. 1012. quem is adducit, & ad noſtrá Hiſpaniam præcipuè ſpectat. Eius vltima verba, quæ ad rem noſtram præſertim faciunt, afferemus, prout illa, in ſua eruditiſsima Notitia Synoptica Concil. Hiſpan. N. Eminentiſs. & ſapientiſs. Cardin. d' Aguirre pag. 188. repræſentat: ſunt autem huiuſmodi. *Si autem teſtamentum non inveniatur, & tamen Miniſtri Eccleſiæ iuramēto teſtentur bona illa, de quibus quæſtio eſt, ad illam legitimè ſpectare, firmetur pariter poſſeſsio &c.* quæ in laudatæ Synodi Actis, tum L' Abbæus tom 9. Concil. cùm Tamayus de Salazar ad diē Martij XXIII. ex Ms. Loayſæ, & ſi alijs verbis, eâdem tamen ſententia protulere.

Quod vel ab ipſis exigere pro piaculo quondam fuit.

39 Quid quod piaculi inſtar antiquitus habebatur, ſi ſimplici Monachorum teſtimonio in cauſa propria non ſatis fidei haberetur, & ab ipſis iuramentum exigeretur? Conſule ſis Acta Ord. S.B. ſæculi V. pag. 752. in Vita S. Oſvvaldi cap. 20. vbi hæc ſummatim extant. Cum quidam Alfnothus litem ſuper quadā poſſeſsione Monachis intēdiſſet, atque ab Æthnoto Monaſterij Proviſore ius iurandum exigeret, nec is renueret. *Aldermannus* (Actorum verba ſunt) *vir probatæ prudentiæ & diſcretionis, viros profeſsionis Monaſticæ coram poteſtate ſæculari iuramentum præſtare debere abiudicans prorupit in medium; ſe Rameſenſis Eccleſiæ Advocatum, ſe poſſeſsionum eius tutorem, ſe fraternæ donationis & fidei teſtem, ad ſe huius iuratoriæ cautionis exhibitionem pertinere allegans. videntes omnes conſtantiā viri & fidelitatem cognoſcentes, propter reverentiā tam ſublimis perſonæ, & propter clareſcentia veritatis indicia, præſtandæ iurationis neceſsitatem exemerunt præfati Alfnothi pro falſa calumnia &c.*

40 Nec prætereundum id, quod apud Yopeſium legitur in hiſtor. Hyrachenſi tom. 3. ſcripturâ 28. & 29. ſed hu-

ius

Digitized by Google

ius verba dabimus, quæ noſtris Hypercriticis rubori meritò fuerint. Ergo ſic, inter alia, ait Sanctius VII. Navarræ Rex. *Si verò*, inquit, *ganatum veſtrum cum quolibet* extraneo miſtum fuerit,& hac de cauſa vobis illud dare noluerit, mando in ſola fide vnius Monachi, vel fratris *veſtri Ordinis*, ſine alio ſacramento, *donet vobis* quantum dixeritis eſſe veſtrum. mando itaque vt ſi aliquis pro calumnia, vel qualibet alia re vos inquietaverit, & ad iudicium pertraxerit, in ſola veritate vnius Monachi, vel fratris *veſtri* ſine iuramento & ſine teſtibus,cauſa veſtra & iudicium veſtrum *definiatur*. hæc pijſsimus Rex. Eat nunc Hermenegildus &,quando in re maioris proculdubio momenti, Monachorum iuramento, immò ſimplici dicto vnius quondam Monachi,aut etiam fratris Cōverſi ſtari ſolebat; in re etſi gravi, illâ abs dubio leviori,non vnius aut alterius, ſed omnium omninò, quantavis prærogativa inſignium, teſtimonium ſtolidè contemnat, & faſtidiosè repudiet.

Quare ipſiset iam iniuratis pl.na fides olim adiuncta.

41 Sed iam ad metam propero,ac receptui cano. Neque enim neceſſe eſt Argaiz,quanquam ſubinde Hermenegildiano ſtylo confoſſum, noſtro vindicare. ſtrenue ille ſuam cauſam egit, nec impunè Hermenegildo fuit τον μακαρίτην provocaſſe.

Operis noſtri cōcluſio.

42 Mirabere fortaſsè, lector,quod quatuor Hermenegildi ingentis molis voluminibus hanc, haud ſanè longam,lucubratiunculam oppoſuerimus; ſuſpicabereque nos per ſocordiam, aut imbecillitatem, pleraque præterijſſe, aut diſsimulaſſe. Sed ſi bonas horas malè collocare in animum inducis, adi, conſule hominem. Animadvertes profectò nihil nos ferè intactum omiſiſſe,veremurque ne noſtram potius accuſes prolixitatem. Concilium Coyancenſe, Sancij Maioris Diploma, Legerenſium Monachorum dolus an fraus, Chronica recèns edita Dextri, Maximi, Luitprandi, Privilegia & inſtrumenta à noſtris corrupta & falſata,in noſtros calumniæ, ac dicteria; hęc, inquam,aliaque huiuſmodi vtramque in opere vaſtiſsimo paginam faciunt. Hoc ſaxum volvit,hoc verſat ac reverſat Siſyphus redivivus. His nugis diutius conſutandis oculos, tempus,chartam fruſtrà comburerem?

Cuius brevitatis ratio ſubiſigitur.

(?)

DIS-

DISSERTATIO R. A. P. DANIELIS PAPEBROCHI. S.I. TOM. II. Act. SS. menſis Aprilis præmiſſa, quæ nobis adverſari videtur, accuratè diſcutitur.

Quid ſibi V. C. Papebrochius in ſuo opuſculo propoſuerit?

1 HÆC Ante aliquot menſes elucubraveram, cum in tomi 2. Act. SS. menſis Aprilis Propylæum, ab R. P. Daniele Papebrochio S.I. compoſitum, incidi. In eo varias regulas, quas ex diutino evolvendorum vſu Diplomatum didicerit, ſe cum lectoribus communicaturū profitetur, quæ verorum ab falſis ſecernendi tot ſint velut amuſſes, ad quas ſuas lucubrationes impoſterum exigant, qui ſubinde labi, & falli, & ad hunc multorum naufragijs infamem ſcopulum, offendere nolint; in quem ipſe, minus ante in hac palęſtra exercitatus, haud ſemel inciderit. Id præſtat varijs Diplomatis proferendis, ex Benedictinorum præſertim Archivis, quæ multis coniecturis falſitatis redarguit; quas ille tot regulas eſſe vult ad quas tanquam ad lydium lapidem de cætero omnia Privilegia explorentur. Huius ſuę methodi in Diplomate quodam Dagoberti I. Horreenſi Benedictinarum Virginum Parthenoni, vt creditum eſt hactenus, conceſſo, periculum facit. Cuius figmentum multis ſibi, ac validiſsimis argumentis viſus eſt detexiſſe. Primò, quia in eo Irmina ipſius Dagoberti Nantildiſque filia dicitur; quæ tamen non hunc, ſed ſecundum eius nominis, abs dubio, parentem habuerit. alioquin plura abſurda devorentur neceſſe eſt, quæ ipſe fusè deducit.

Dagoberti I. Diploma falſitatis arguitur.

Quod aliquot argumentis probare nititur.

2 Secundò, quia eius ſubſcriptio manifeſtò vitioſa eſt, quod vel Maſenius huius Diplomatis acerrimus vindex negare non audet; quippè quæ multa abſurda, ἀσύστατα quę contineat. Notatur enim annus Chriſti 646. Regni Dagoberti ſecundus, indictio IV. quæ nimiùm quantum à vero diſcrepant. nam quod Maſſenius ait hāc ſubſcriptionem aliquot ab expedito Diplomate annis additam eſſe; futile diverticulum eſt, deberent ſiquidem, ſi ſe res ita haberet, aliqua additionis

veſtigia apparere. puta diverſitas characterum; atramentum, quippe recentius, multò vividius. quin vetus ſubſcriptio inducta eſſet, vel abraſa (non enim eſt veriſimile abſque ſubſcriptione primitus expeditum) quorum nihil apparet. Itaque hoc Privilegium pro ſpurio dubio, procul habendum. Vnde hic canon vniverſalis emergit. *Quoties alicuius ſubſcriptio Diplomatis à vero anno, die, menſeve diſcrepat, pro fictitio habetor*: non eſt ſiquidem veriſimile, in verorum ſubſcriptionibus in horum quoquam deſignando aberratum eſſe.

1 Regula quam P. Papebrochius pro Diplomatis explorandis præſcribit.

3 Quò verò huius Diplomatis commentum manifeſtius appareat, illud cum alio Dagoberti I. S. Maximi Trevirenſis Cœnobio conceſſo, de quo nullum dubium, nulla ſuſpicio eſt, committit; non tam vt purpura, quod dicitur, iuxta purpuram, quam vt viliſsimus cento iuxta illam deprehendatur, & innoteſcat. Hoc autem inter vtrumque palmare diſcrimen obſervat. quod S. Maximiani germani ſtylus ab Horreenſis ſtylo, & formulis, toto, quod aiunt, cœlo diſſentit. Suſpicatur itaque ad Henricianorum exemplar Diplomatum hoc confictum, & conformatum eſſe. quod nonnullis Henrici III. Diplomatis prolatis, ſibi eviciſſe, ac demonſtraſſe videtur. Id autem vel imprimis in falſati eius ſuſpicionem trahit, quod in eius limine cernitur. nam ab *Sanctæ*, & *Individuæ Trinitatis* invocatione incipit; cum tamen quæ ante M. Carolum expedita Diplomata germana extant, aliter, ab invocatione nimirum *Patris*, & *Filij*, & *Spiritus Sancti*, vt in San-Maximiano, & alijs, cernere licet, auſpicentur. Immò quæ ſub illa formula Carolo M. imputantur notha, & cōmentitia eſſe contendit. Cum expreſſa *Patris*, *Filij*, *Sanctique Spiritus* invocatio, vſque ad Ludovicum Pium Caroli filium obtinuerit. Idque ſe ex pluribus, quæ Caroli M. nomine ſubornata circumferuntur, in queis *Sancta Trinitas* ſine vlla perſonarum expreſsione invocetur, compertum, & exploratum habere. Eorum enim, ne vnum quidem legitimum eſſe alijs indubijs argumentis ſe deprehendiſſe.

Quantum Dagoberti Diploma ſpurium ab alio germano differat?

Invocatio, quam præfert illud Diploma ab illius ævi more aliena.

4 Præterea Indictionem huic Horreenſi Diplomati, præter illorum temporum morem, additam, eius fucum, ac fallaciam detegere. Hæc enim, ait, putandorum temporum ratio, vſque ad Caroli M. ævum Gallis Principibus inuſitata fuit;

Indictio quando nā in Gallia cœpta vſurpari?

fuit: tumque demum ab illo vſurpari eſt cœpta; cum ad Imperium evectus, Imperatorum Romanorum, qui eam adhibuerant, morem tenendum ſibi duxit.

A.C. quando primum in Gallia cęptus adhiberi in publicis inſtrum.

5 Neque veró minus huius Diplomatis fictionem prodit, haud dum illis temporibus apponi ſolitus, Chriſti Domini annus deſignatus. Putat enim ante annum 726. nunquā in Gallijs Æram chriſtianam in publicarum ſubſcriptione chartarum, adhibitam eſſe. Itaque, ſi nihil aliud obſtaret, ſe haud gravatè Ratiſponenſis Synodi Acta pro ſynceris habiturum, quamvis anno Chriſti 742. (id quod nonnemini ſuſpectum eſſe poterat) conſignentur. Sed quia in his Carolomanus Epiſcoporum conventui præſidere, legeſque Eccleſiaſticas, quod Regiam poteſtatem excedit, tuliſſe, aut confirmaſſe proditur, ſe ea pro apocryphis, & confictis habere. Nihiló ſanè minùs quàm alia Concilij Sueſſonenſis, quæ Pipino Rege promulgata feruntur, ad res purè item Eccleſiaſticas pertinentia.

Quaſdam Synodos pro confictis Papebr. habet, & qua de cauſa?

Alia falſitatis nota pluralis pro ſingulari vſurpatus.

6 Iam & illud adverſus huius Diplomatis fidem haud ſanè parum facit, quod in eo plurali numero loquens Dagobertus inducitur. quæ loquendi formula recentior eſt, nec vllum ſincerum Diploma quin ſingularem adhibeat (quod ex San-Maximiano, & alijs pleriſque liquet) proferri poteſt. Accedit quod ſigillum Horreēſe, à San Maxiniano magnopere differens, eius pariter falſitatem prodit. Neque minùs eius fidem elevat tùm Mono-grammatici ſigni quadrati (de quo fusè cap. 4. toto diſputat; eius ortus progreſſus, variaſque mutationes accuratè notans) poſt Caroli M. tempora vſurpari cœpti, appoſitio; cùm characterum forma longè ab Dagoberti ævo aliena & Henriciano familiariſsima. Addit variorum Diplomatum, veterumque librorum diverſis ſæculis conſcriptorum ad vivum expreſſa fragmenta. Ex quibus, quæ, quibus temporibus invaluerit ſcribendi forma, conſtare queat, vt cum his, quæ illo ævo expedita feruntur Diplomata, componantur; indeque quæ notha, quæ germana ſint poſsit innoteſcere.

Vvilhemi de Diplomatis diſcernendis iudicium.

7 Caput 5. Alexādri Vvilthemij, in Diplomatis evolvendis verſatiſsimi viri, de re hac tota iudicium affert; quod in pauca contractum, eſt huiuſmodi. Principio, quò ſuam ſententiam, magno abs dubio ijs, quorum ſua Diplomata ſarta

tecta

ſecta ſervari intereſt, dolori futuram, molliat, aſſerit: quamquam ea Diplomata falſitatis revincantur, robur nihilominus ſuum, & pondus, ſicut antea hac habuere, impoſterum in publicis iudicijs habitura. Putat enim, quamquam vera, atque authographa ipſa adeò non ſint, non tamen ſine Principis auctoritate, privato alicuius dolo, & ſcelere conficta: ſed in eorum quæ perierant locum, Principe ſciente, & conſentiente, ſuffecta fuiſſe. itaque pro veris, & germanis habenda eſſe. quod aliquot, quæ non eſt operæ apponere, productis exemplis, ſibi videtur eviciſſe.

Diplomata etiam ſuppoſita ſuum robur non amittere aſſerit.

8 In hunc itaque modum Horreenſe Diploma à Philippo IIII. Galliæ Rege confirmatum, ad Dagobertini, quod temporum iniuria perierat, imitationem conditum putat. Cenſet enim primò Virgines Horreenſes cum ad ipſas Philippus inviſeret, vti carie, & vetuſtate confectum, aliove caſu amiſſum Dagoberti I. Diploma confirmaret, enixè petijſſe. Regem porrò earum precibus adductum, dupliciter Dagoberti Privilegio robur addidiſſe. primò facta poteſtate, vt in eius aboliti locum, aliud ſufficeretur. Deinde eodem Privilegio, alij ab ſe recens conceſſo, ad verbum inſerendo. hinc factum credit, vt Notariorum imperitia, & audacia nonnulla ab Dagoberti I. ævo, ab ipſoque conceſsis Diplomatis prorſus aliena, addiderit. quale eſt inter alia illud: *Vſque ad fontem S. Vmberti.* Cum is fons, aliquot annis, ne dicam ſæculis, ab expedito Diplomate id nominis invenerit. Hæc ferè Vvilthemius.

Quod exemplo probat.

9 Ac cæterà quidem eius ſententia P. Papebrochio mirificè probatur, in eo autem ab eo omnino diſſentit, quod Diplomata, quæ ille ab Regibus confirmata nec tam conficta, quàm ſuffecta eſſe putat, ipſe qui pro ingenito ſibi candore ſcapham ſcapham appellare didicerit, omni verborum circuitu remoto, à Monachis conficta eſſe dicit. Deinde cap. VI. qui Horreenſe Diploma fabricatum, vndeque, quibus ſcatet, errores hauſti ſint, fuſius explicat. Septimò porrò ad examen pleraſque Lobienſes, & Cameracenſes chartas vocat, quas in ſua ſcrupuloſiſsima trutina minus habere deprehenſas, damnat, & reijcit. Octavò autem alijs quamplurimis improbatis, in tot confingendorum Diplomatum cauſam, ac velut fontem digitum intendit.

In quo à Vvilthemio, Papebroch. diſſentiat?

Cen-

Cenſet igitur ſub annum Domini circiter milleſimum; cum Eccleſia tot ſeditionibus, inteſtiniſque diſcidijs conflictaretur, ac plerique in Eccleſiaſtica, ac Monaſtica bona impudentius involarent, Monachos, quò ſe ſuaque adverſus iniquiſsimam vim, & rapacitatem tuerentur, hanc condêdorum Diplomatum, piam, vt putabant, fraudem excogitaſſe. Ita enim nec alicui iniuria fiebat; & ipſi ſua bona, in rapaciſsimorum alioqui hominum prędam ceſſura, ab eorum avaritia vindicabant. Interim tamen id mali ſequebatur, quòd dum Monachi ſcioli partim ſua induſtriâ, aliorum partim ignorãtiâ freti, ad eorum fictionem Diplomatũ aggrederentur, multa paſsim abſurda, & cum ab rerum natura, tum ab Hiſtorica fide, veraque Chronologia aliena ſuſciperent. His initijs orta peſtis, pleraque corripuit, pulcherrimumque Hiſtoriæ corpus nævis, & fabellis inanibus infecit. Hoc pleriſque Regum Summorumque Pontificum Diplomatis, in queis fœdiſsimos prochroniſmos, metachroniſmos, pluraque alia abſurda notat, prolatis, demonſtrare contendit. Denique concludit, ſe vnius Galliæ, Belgij, Germanię Privilegia hactenus excuſsiſſe. quod ſi ad ſuum lapidem lydium, qui in dies, vt fit ipſo vſu niteſcat, pluresque, ac plures fucos detegat, Angliæ, Hiſpaniæ, Italiæ Diplomata exploret, ſe non ambigere quin pleraque pro ſinceris, & legitimis ante hac habita, nihilominus falſa, adulterinaque eſſe deprehendat. quin maiorem in modum dolet, ſe minus in hac palęſtra exercitatum, ea prioribus tomis admiſiſſe, quæ modo vſu provectior, & cautior effectus, ſcripta nollet; ac damnare adeò, & retractare neceſſe habeat. Hæc ferè P. Papebrochius in ſui Propylæi Antiquarij 2. Aprilis tomo præfixi parte primâ.

Quandonam Diplomata falſari cœpta, & qua de cauſa?

Quæ has adulterationes mala cõſequuta?

10 Quia verò doctus P. cum ibi, tum ſæpè aliàs candorem mirificum, ſtudiumque veritatis eruendæ præſefert, æqui bonique credo, faciet, ſi nos quid de hoc ipſius iudicio iudicemus, candidè proferamus. Nec enim plus puto, ipſi in Benedictinorum privata tabularia licere debet, quam nobis in id opus quod publici iuris iam diu fecit.

De Papebrochij iudicio quid ſentiamus?

11 Principio igitur non poſſumus non cùm aliorum, qui in hoc opus ſuas ſymbolas contulere, tum ipſius Papebrochij, qui in eo perpoliendo ſtrenuè laboravit, pietatis plenam induſtriã plurimum commendare. Opus enim Eccleſiæ, dubio pro-

Operis Act. SS. inſcripti commẽdatio.

procul, vtiliſsimum atque honorificentiſsimum, nullâ laboris, nulla immanium impenſarum habita ratione, magnis animis aggreſsi ſunt, nec ſequiore eventu, Deo, vt par eſt, credere, eorum pijſsimis incœptis favente, hactenus proſequuntur. Pleraque enim (fatendum eſt) Sanctorum Acta circumferebantur partim apertè falſa, partim tenebris denſiſsimis obſita, quæ ab doctiſsimis Patribus admota falce, iuxta & face, egere videbantur. Sed enim verendum haud abs re eſt, ne nimia iſthæc ſeveritas in rigorem, & intolerabile faſtidium degeneret. Sanè vt belluini ſtomachi eſt quidvis citra delectũ vorare, atque concoquere, ita nimis delicati, & faſtidioſi, nonnulla, quòd pallatò minùs arrideant, improbare paſsim, atque reſpuere. Nos certè pleraque in his Actis inter reiectanea conijci animadvertimus, quæ cur indigna vita ſint, quæ probis accenſeantur, haud ſatis intelligere poſſumus. vnum aut alterum ſubijciam, ex quo de alijs ęquus, & eruditus arbiter coniecturam faciet.

Quis in VV. Monimentis admittendis, aut reſpuendis modus adhibendus.

12 Occurrunt autem primo loco ad diem 18. Aprilis S. Eleutherij res geſtæ, quæ quamquam nonnulla ad credendum difficilia prima fronte contineant, re tamen æqua lance expenſa, non video cur inter apocrypha adeò ſeverè, atque præcisè referantur. nam quòd Adrianus pœnis inferendis adeſſe in ijs dicitur, quod Imperatoriam dedecere maieſtatem videatur, non eſt cur P. Papebrochio falſitatis ſuſpicionem afferat. Cum eius mores, & ingenium æſtimanti ea res admodum credibilis videatur. Sanè ipſum ad inſaniam curioſum, nec à Magicis alienum artibus, hiſtorici prodiderunt. quid miri ergo, ſi quę prodigia Eleutherium patrare auditione acceperat, ijs ipſe ſpectator intereſſe voluerit? aliquantò profectò levius, & infra Imperatoriam Maieſtatem videatur cum Philoſophis, aut Sophiſtis manus conſerere; quod tamen ab Adriano factitatum plerique memorant.

Adriani Imper. ingenium.

13 Nihilo magis ignis ſupplicium irrito quater conatu repetitum, & vſurpatum Actorum vanitatem redarguit. Explorare nempè ethnici ſæpè volebant, an vis, & efficacitas Magicarum, vt credebant, artium, tandem laſſaretur. alioquin non minus ſtultè ad alia ſupplicia ſeſe converterent. Cùm quę vis prędatricem ignis naturam hebetare poterat, eamdem in cetera tormenta æquè valituram credere deberent. At ni-

Idem tormentum aliquoties repetitum non ſatis Actorum falſitatem arguit.

hilominus alia ſuper alia (quæ eorum erat cæcitas ; & pertinacia) ſubinde in caſſum admoviſſe, omnes hiſtorici conſenſu tradunt. Cur ergo ignis quater adhibitus incredibilis, adeoque fabuloſus, P. Papebrochio videatur?

Nec alia in his memorata.

14 Iam quòd in ijs Actis, equis præter morem in obſervatis diſcerpendus ſanctus Martyr permiſſus legatur, haud ſanè fabuloſa videri debent. Potuerunt enim obſervatores deſignari, qui equorum pernicitatem non aſſecuti, quò tandem evaſerint, numine præſertim belluas ſtimulâte, ſuumque Athletam protegente ignorarent. Illud ſanè difficilius, quod de Leonibus, & Pardis, quorum minimè ferax Italia eſt, mentio inijcitur: quaſi in illis ſylvis ad quas equi ſanctum Martyrem deportaverant, ei feritate poſitâ, obſecuti ſint, inque eam, quam homines exuiſſe viderentur, humanitatem migraverint. Sed quemadmodum is, quem confinxiſſe fabellam Papebrochius putat, ijs Italiam belluis carere ignorabat, quid ni veræ ſcriptor Hiſtoriæ iuxtà neſciverit?

Obiectiuncula difflata.

15 Sed enim omnibus, inquies, ſe interfuiſſe, per ſe omnia ſpectâſſe, huius hiſtoriæ, an fabellæ, Auctores teſtantur. Ita ſanè. ſed quemadmodum plerique alij, qui ſui temporis hiſtoriam ſcribunt. Qui, quamvis res ſibi notas, quaſque magnam partem oculis vſurparint, ſe tradere profiteantur, nō eſt tamen neceſſe, aut vero ſimile, eos omnibus interfuiſſe. ſatis abundeque eſt, ſi pleraque ex ijs, quæ litteris conſignant, viderint, alia à vulgatiore fama hauſerint. Fieri ſanè potuit, vt vrſi, aliæque feræ, quarum ſylvæ Italicæ feraces ſunt, id obſequij, quod legitur, ſanctiſsimo Martyri præſtiterint. Hinc Leonibus quoque & Pardis, quos non in Italia naſci, ſed aliũde importari neſcirent, id quoque imputatum. Quãquam fieri quoque potuit, vt cum vrſos, aliaſque Italiæ familiares feras horum Actorum auctores nominaverint; Leones, & Pardi, vt fit, ab Interpollatore neſcio quo, importunè ſint additi.

Alij ſcrupuli amoti.

16 Scrupulus porrò, quem Papebrochio multitudo militum ad vnum hominem conprehendendum miſſa iniecit, levis oppidò eſt, quemque cohors integra cum Principum famulitio, Chriſtum Dominũ captura, ab Iudæis miſſa facile eximat. Neque clibanus, præter morem in Amphiteatro accēſus, fabulam reſipit. alioquin quoties aliquod ſuppliciũ inuſitatum vſurpatum traditur, fabulis accenſebitur, quod nemo dixerit.

No-

17 Nodus ille de ætate Antiæ Eleutherij Parētis, cùm ipſum ederet, nimis ingraveſcente, ſeu gravi verius, paullò eſt difficilior; non tamen inſolubilis. Hanc ſacris noſtris imbutam à Paulò Apoſtolo in Actis hiſce legitur. Id accidiſſe potuit anno æræ chriſtianæ 67. quo Magnus Petavius ſanctos Apoſtolos paſſos putat. quod ſi Baronij ſententia magis arridet, qui Pauli necem biennio poſteriorem facit, anno 69. potuerit eveniſſe. Deinde noſtræ fidei elementis ſexennis, vel octuennis potuit imbui: nā ea ætate plerique, hodieque pueri eadem probè ſciunt : neque porrò eſt neceſſe, vt ab ea Paulus argumentis fidem extorſerit; cum Acta ſolum tradant, eam *in corpore ipſum vidiſſe.* Nata ergo fuerit anno Domini 61. aut circiter. Eleutherius porrò anno Chriſti 131. vt Papebrochij ratio eſt, viginti natus annos, potuit agonem ſuum conſummaſſe. Itaque anno Domini 110. natus fuerit. poſuimus Antiam, nihil his Actis refragantibus, anno Chriſti 61. naſci potuiſſe. Ergo 50. præter-propter annos nata, ipſum enixa fuerit. quæ ætas, etſi gravis puerperio eſt, non tamen incredibilis. Ariſtoteles certè, & Plinius, etſi rarò, nonnunquam tamen quinquagenarias fœminas memorant peperiſſe. nos certè haud ignobilem matronam novimus, quæ quinquaginta amplius annos nata, maſculam prolem peperit, & vitalem certè, quippe quæ hodie poſt 50. circiter annum, ſupereſt. Lemnius autem L. 4. cap. 24. de natura occulta miraculorum, ait ſe noviſſe fœminam, quæ 55. annorum pepererit. Itaque nec Antiæ quidem, cùm Eleutherium peperit, ætas, Actorum falſitatem revincit.

Antia quamvis ſenior Eleutherij mater eſſe potuit.

*Vide ſis I. Schēchium, qui ſexagennarias, & ſeptuagenarias quaſdam fœminas peperiſſe aſſerit. p. m. 538. l. 3. tit. Aetas concipiendi, obſerv. 1. & 2.

18 Epiſcopatus autem in iuventæ flore tali viro collatus nullo modo eſt incredibilis; in quo morum maturitas, quam præcipue illi Patres ſpectabant, annorū numerum abundè penſabat. Itaque vt initio dicebam, non video cur tam à vero aliena hæc S. viri Acta, viſa ſint Papebrochio, vt ea in apochryphorum numerum retulerit. Verius ſanè erat, ſi qua abſurda in ijs occurrebant, ea ceteris admiſsis, reijcere. alioquin verendum eſt, ne quiſquam illi ad aurem ſcitum illud Alexandri inſuſurret μισῶ κηπωρὸν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα ἐκριζῶν. *Olitorem ego odi, qui olera ſtirpitus evellit.*

19 Sed pergo. Acta Synodi Ratiſponenſis commentitia ideò putat, quòd Carolomannus Frācorum Dux in ijs dica-

Nonnullarum Synod. Acta fictitia à Papebr. ducta.

tur, *per conſilium Sacerdotum, Religioſorum, & Optimatum ſuorum ordinaſſe per ciuitates Epiſcopos, & conſtituiſſe ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium &c.* quæ cũ poteſtatem, inquit, ſæcularẽ excedant, & Principem Laicum faciant Convẽtui Eccleſiaſtico præſidere, eaque ordinare, quę ad Monaſticam diſciplinam, & Clericalem ſpectant, abſit vt pro veris, & genuinis habeantur. Nihilò ſanè magis quàm Acta Synodi Sueſſonienſis, quæ promulgare fingitur Pipinus Francorum Rex circa eamdem materiam, & alia merè Eccleſiaſtica.

Sed ſine cauſa.

20 Sed profectò haud ſatis ſolido argumento iſtius Synodi Acta inter notha, & ſpuria reijciuntur. alioquin innumera alia ab omnibus pro veris hactenus habita in eumdem ordinem redigentur. Nihil vulgatius illis Decretis Concilij Aquiſgranenſis ſub Ludovico Imper. coacti; quæ, quod ipſius nomine edita ſunt. *Ludovici Capitula appellantur.* de his *Sigibertus ad annum Domini* 820. *hæc habet. Aquiſgrani generali conventu habito per Diſpoſitionem Ludovici Epiſcoporumque, & Abbatũ aliqua capitula ad vſus Regularium Monachorum addita ſunt. &c.* En Ludovicus cũ Epiſcopis, quæ ad rem Eccleſiaſticam ſpectabant, diſpoſuiſſe traditur. Quod, ſi Sigibertus ſuſpectus tibi eſt, habes hęc apud Anonymum quidem, ſed perſpectæ fidei ſcriptorem, qui hæc inter alia in vita Ludovici ait. *Imperator,* inquit, *generalẽ habuit conventum Aquiſgrani, in quo quantum fervoris circa diuinum cultum in arca pectoris geſtaret, tanto adniſu declaravit. Congregatis enim Epiſcopis, nobiliſsimoque ſanctæ Eccleſiæ Clero, fecit componi, ordinarique librum Canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius Ordinis perfectio continetur. Sicut recluſus ipſe fatetur, in quo etiam iuſsit inſeri cibi, potus, atque omnium neceſſariorum ſummam &c.* quæ ſequuntur, nec eſt opus, quando in Notis Synodi Aquiſgranenſis extant tranſcribere. Vides Imperatorem ea quæ ad Eccleſiæ regimen ſpectabant accuratè præſcribere. neque tamen his Actis vllus, quod ſciamus, hactenus diem dixit. Cur ergo Ratiſponenſia illa reijciantur?

Quod exemplis oſtenſum.
1. Ludovici Pij.

21 Neque deſunt alia exempla, quæ, ne longum faciam, omitto. hæc tamen duo ex media Hiſtoria noſtrate de-

ſumpſi

ſumpta ſubnectere eſt viſum. Coiancæ in Diœceſi Ovetenſi, Ferdinandi Magni Caſtellæ,& LegionisRegis inſtinctu,Epiſcoporum Provincialium Synodus coacta fuit, de qua non ſemel ſupra diximus. Eius Decreta extant apud Baronium tomo 11.ad annum Domini 1050.quæ ſic incipiunt. *Decreta Ferdinandi Regis, & Sanciæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium eiuſdem regni optimatum Æra* 1088. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, *Ego Ferdinandus Rex, & Sancia Regina ad reſtaurationem noſtræ chriſtianitatis fecimus Concilium in Caſtro Coyaca, in Diœceſi ſcilicèt Ovetenſi, cum Epiſcopis, & Abbatibus, & totius regni optimatibus*. Et recenſitis Epiſcopis,qui Synodo interfuere, ita incipit. *In primo igitur titulo ſtatuimus, vt vnuſquiſque Epiſcopus Eccleſiarum miniſterium in ſuis Clericis ordinatè teneat, &c.* pluribuſque conſtitutionibus eiuſmodi prolatis ita demùm concludit. *Qui igitur hanc noſtram conſtitutionem fregerit, Rex, Comes, Vicecomes, Maiorinus, Sago, tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis Ordo, ſit excommunicatus, & à conſortio Sanctorum ſegregatus, & perpetuò damnatus, & dignitate ſua tẽporali ſit privatus*. Ex queis apparet Ferdinandum Regem non ſolùm leges Eccleſiaſticas ſuo nomine promulgaſſe, ſed pœnas etiam earum violatoribus, etiam Eccleſiaſticis, quod regiam poteſtatem excedit, conſtituiſſe.

22 Idem cernere licet in Sancio Maiore, & eius filio Ramiro, quos nonnulla Eccleſiaſtica conſtat ordinaſſe. ſed priorem in quodam Diplomate, quo nil verius,& germanius, Onnienſi celeberrimo Cœnobio conceſſo, loquentem audiamus. *Dum nullo meo merito* (*inter alia inquit*) *ſed ſolo gratuito bono, & miſericordia Dei ad regni gubernacula perveni, regimen, & curam, ſollicitudinem, & vigilantiam tam Eccleſiaſticarum rerum, quàm ſæcularium mihi eſſe commiſſam intellexi &c.* Tum Ordinem Monaſticum, qui à priſtino rigore paulatim deſciverat, ab ſe inſtauratum memorat, aliaque addit, quæ non tam Regiam, quàm Eccleſiaſticam poteſtatem reſipiunt. quæ omnia, ſi cui vacat, aut lubet, per otium videre eſt apud noſtrum Hiepium in Appendice 5. tomi ſcriptura 45.

Necnon Sancij Maioris.

DISSERTATIO R. A. P. DANIELIS PAPEBROCHI. S.I. TOM. II. Act. SS. menſis Aprilis præmiſſa, quæ nobis adverſari videtur, accuratè diſcutitur.

Quid ſibi V. C. Papebrochius in ſuo opyſço propoſuerit?

1 HÆC Ante aliquot menſes elucubraveram, cum in tomi 2. Act. SS. menſis Aprilis Propylæum, ab R. P. Daniele Papebrochio S.I. compoſitum, incidi. In eo varias regulas, quas ex diutino evolvendorum vſu Diplomatum didicerit, ſe cum lectoribus communicaturũ profitetur, quæ verorum ab falſis ſecernendi tot ſint velut amuſſes, ad quas ſuas lucubrationes impoſterum exigant, qui ſubinde labi, & falli, & ad hunc multorum naufragijs infamem ſcopulum, offendere nolint; in quem ipſe, minus ante in hac palçſtra exercitatus, haud ſemel inciderit. Id præſtat varijs Diplomatis proferendis, ex Benedictinorum præſertim Archivis, quæ multis coniecturis falſitatis redarguit; quas ille tot regulas eſſe vult ad quas tanquam ad lydium lapidem de cætero omnia Privilegia explorentur. Huius ſuç methodi in Diplomate quodam Dagoberti I. Horreenſi Benedictinarum Virginum Parthenoni, vt creditum eſt hactenus, conceſſo, periculum facit. Cuius figmentum multis ſibi, ac validiſsimis argumentis viſus eſt deteχiſſe. Primò, quia in eo Irmina ipſius Dagoberti Nantildiſque filia dicitur; quæ tamen non hunc, ſed ſecundum eius nominis, abs dubio, parentem habuerit. alioquin plura abſurda devorentur neceſſe eſt, quæ ipſe fusè deducit.

Dagoberti I. Diploma falſitatis arguitur.

Quod aliquot argumentis probare nititur.

2 Secundò, quia eius ſubſcriptio manifeſtò vitioſa eſt, quod vel Maſenius huius Diplomatis acerrimus vindex negare non audet; quippè quæ multa abſurda, ἀσύστατα quę contineat. Notatur enim annus Chriſti 646. Regni Dagoberti ſecundus, indictio IV. quæ nimiùm quantum à vero diſcrepant. nam quod Maſſenius ait hãc ſubſcriptionem aliquot ab expedito Diplomate annis additam eſſe; futile diverticulum eſt, deberent ſiquidem, ſi ſe res ita haberet, aliqua additionis

veſti-

Digitized by Google

veſtigia apparere. puta diverſitas characterum ; atramentum, quippe recentius, multò vividius. quin vetus ſubſcriptio inducta eſſet, vel abraſa (non enim eſt veriſimile abſque ſubſcriptione primitus expeditum) quorum nihil apparet. Itaque hoc Privilegium pro ſpurio dubio , procul habendum. Vnde hic canon vniverſalis emergit. *Quoties alicuius ſubſcriptio Diplomatis à vero anno, die , menſeve diſcrepat, pro fictitio habetor*: non eſt ſiquidem veriſimile,in verorum ſubſcriptionibus in horum quoquam deſignando aberratum eſſe.

1 Regula quam P. Papebrochius pro Diplomatis explorandis præſcribit.

3 Quò verò huius Diplomatis commentum manifeſtius appareat, illud cum alio Dagoberti I. S. Maximi Trevirenſis Cœnobio conceſſo, de quo nullum dubium , nulla ſuſpicio eſt, committit; non tam vt purpura, quod dicitur,iuxta purpuram, quam vt vilisſimus cento iuxta illam deprehendatur, & innoteſcat.Hoc autem inter vtrumque palmare diſcrimen obſervat. quod S. Maximiani germani ſtylus ab Horreenſis ſtylo, & formulis, toto, quod aiunt , cœlo diſſentit. Suſpicatur itaque ad Henricianorum exemplar Diplomatum hoc confictum, & conformatum eſſe. quod nonnullis Henrici III. Diplomatis prolatis, ſibi eviciſſe , ac demonſtraſſe videtur. Id autem vel imprimis in falſati eius ſuſpicionem trahit, quod in eius limine cernitur. nam ab *Sanctæ* , & *Individuæ Trinitatis* invocatione incipit ; cum tamen quæ ante M. Carolum expedita Diplomata germana extant, aliter, ab invocatione nimirum *Patris* , & *Filij* , & *Spiritus Sancti*, vt in San-Maximiano, & alijs, cernere licet, auſpicentur.Immò quæ ſub illa formula Carolo M imputantur notha,& commentitia eſſe contendit Cum expreſſa *Patris*, *Filij*, *Sanctique Spiritus* invocatio, vſque ad Ludovicum Pium Caroli filium obtinuerit. Idque ſe ex pluribus,quæ Caroli M. nomine ſubornata circumferuntur , in queis *Sancta Trinitas* ſine vlla perſonarum expresſione invocetur,compertum,& exploratum habere. Eorum enim, ne vnum quidem legitimum eſſe alijs indubijs argumentis ſe deprehendiſſe.

Quantum Dagoberti Diploma ſpurium ab alio germano differat?

Invocatio, quam præfert illud Diploma ab illius ævi more aliena.

4 Præterea Indictionem huic Horreenſi Diplomati, præter illorum temporum morem , additam , eius fucum, ac fallaciam detegere. Hæc enim, ait, putandorum temporum ratio, vſque ad Caroli M. ævum Gallis Principibus inuſitata fuit;

Indictio quandonā in Gallia cœpta vſurpari?

fuit: tumque demum ab illo vſurpari eſt cœpta, cum ad Imperium evectus, Imperatorum Romanorum, qui eam adhibuerant, morem tenendum ſibi duxit.

A.C. quando primum in Gallia cęptus adhiberi in publicis inſtrum.

5 Neque verò minus huius Diplomatis fictionem prodit, haud dum illis temporibus apponi ſolitus, Chriſti Domini annus deſignatus. Putat enim ante annum 726. nunquã in Gallijs Æram chriſtianam in publicarum ſubſcriptione chartarum, adhibitam eſſe. Itaque, ſi nihil aliud obſtaret, ſe haud gravatè Ratiſponenſis Synodi Acta pro ſynceris habiturum, quamvis anno Chriſti 742. (id quod nonnemini ſuſpectum eſſe poterat) conſignentur. Sed quia in his Carolomanus Epiſcoporum conventui præſidere, legeſque Eccleſiaſticas, quod Regiam poteſtatem excedit, tuliſſe, aut confirmaſſe proditur, ſe ea pro apocryphis & confictis habere. Nihilò ſanè minùs quàm alia Concilij Sueſſonenſis, quæ Pipino Rege promulgata feruntur, ad res purè item Eccleſiaſticas pertinentia.

Quaſdam Synodos pro confictis Papebr. habet, & qua de cauſa?

6 Iam & illud adverſus huius Diplomatis fidem haud ſanè parum facit, quod in eo plurali numero loquens Dagobertus inducitur. quæ loquendi formula recentior eſt, nec vllum ſincerum Diploma quin ſingularem adhibeat (quod ex San-Maximiano, & alijs pleriſque liquet) proferri poteſt. Accedit quòd ſigillum Horreẽſe, à San Maxiniano magnopere differens, eius pariter falſitatem prodit. Neque minùs eius fidem elevat tùm Mono-grammatici ſigni quadrati (de quo fusè cap. 4. toto diſputat; eius ortus progreſſus, variaſque mutationes accuratè notans) poſt Caroli M. tempora vſurpari cœpti, appoſitio; cùm characterum forma longè ab Dagoberti ævo aliena & Henriciano familiariſsima. Addit variorum Diplomatum, veterumque librorum diverſis ſæculis conſcriptorum ad vivum expreſſa fragmenta. Ex quibus, quæ, quibus temporibus invaluerit ſcribendi forma, conſtare queat, vt cum his, quæ illo ævo expedita feruntur Diplomata, componantur; indeque quæ notha, quæ germana ſint poſsit innoteſcere.

Alia falſitatis nota pluralis pro ſingulari vſurpatus.

7 Caput 5. Alexãdri Vvilthemij, in Diplomatis evolvendis verſatiſsimi viri, de re hac tota iudicium affert; quod in pauca contractum, eſt huiuſmodi. Principio, quò ſuam ſententiam, magno abs dubio ijs, quorum ſua Diplomata ſarta

Vvilthemi de Diplomatis diſcernendis iudicium.

Digitized by Google

ſecta ſervari intereſt, dolori futuram, molliat, aſſerit : quamquam ea Diplomata falſitatis revincantur, robur nihilominus ſuum, & pondus, ſicut antea hac habuere, impoſterum in publicis iudicijs habitura. Putat enim, quamquam vera, atque authographa ipſa adeò non ſint, non tamen ſine Principis auctoritate, privato alicuius dolo, & ſcelere conficta: ſed in eorum quæ perierant locum, Principe ſciente, & conſentiente, ſuffecta fuiſſe. itaque pro veris, & germanis habenda eſſe. quod aliquot, quæ non eſt operæ apponere, productis exemplis, ſibi videtur eviciſſe.

Diplomata e.ã ſ. ppoſita ſuum robur non amittere aſſerit.

8 In hunc itaque modum Horreenſe Diploma à Philippo IIII. Galliæ Rege confirmatum, ad Dagobertini, quod temporum iniuria perierat, imitationem conditum putat. Cenſet enim primò Virgines Horreenſes cum ad ipſas Philippus inviſeret, vti carie, & vetuſtate confectum, aliove caſu amiſſum Dagoberti I. Diploma confirmaret, enixè petijſſe. Regem porrò earum precibus adductum, dupliciter Dagoberti Privilegio robur addidiſſe. primò facta poteſtate, vt in eius aboliti locum, aliud ſufficeretur. Deinde eodem Privilegio, alij ab ſe recens conceſſo, ad verbum inſerendo. hinc factum credit, vt Notariorum imperitia, & audacia nonnulla ab Dagoberti I. ævo, ab ipſoque conceſsis Diplomatis prorſus aliena, addiderit. quale eſt inter alia illud: *Vſque ad fontem S. Vmberti.* Cum is fons, aliquot annis, ne dicam ſæculis, ab expedito Diplomate id nominis invenerit. Hæc ferè Vvilthemius.

Quod exemplo probat.

9 Ac cæterà quidem eius ſententia P. Papebrochio mirificè probatur, in eo autem ab eo omnino diſſentit, quod Diplomata, quæ ille ab Regibus confirmata nec tam conficta, quàm ſuffecta eſſe putat, ipſe qui pro ingenito ſibi candore ſcapham ſcapham appellare didicerit, omni verborum circuitu remoto, à Monachis conficta eſſe dicit. Deinde cap. VI. qui Horreenſe Diploma fabricatum, vndeque, quibus ſcatet, errores hauſti ſint, fuſius explicat. Septimò porrò ad examen pleraſque Lobienſes, & Cameracenſes chartas vocat, quas in ſua ſcrupuloſiſsima trutina minus habere deprehenſas, damnat, & reijcit. Octavò autem alijs quamplurimis improbatis, in tot confingendorum Diplomatum cauſam, ac velut fontem digitum intendit.

In quo à Vvilthemio Papebroch. diſſentiat.

Cen-

Digitized by Google

Cenſet igitur ſub annum Domini circiter milleſimum, cum Eccleſia tot ſeditionibus, inteſtiniſque diſcidijs confliɛtaretur, ac plerique in Eccleſiaſtica, ac Monaſtica bona impudentius involarent, Monachos, quò ſe ſuaque adverſus iniquiſsimam vim, & rapacitatem tuerentur, hanc condĕdorum Diplomatum, piam, vt putabant, fraudem excogitaſſe. Ita enim nec alicui iniuria fiebat; & ipſi ſua bona, in rapaciſsimorum alioqui hominum prędam ceſſura, ab eorum avaritia vindicabant. Interim tamen id mali ſequebatur, quòd dum Monachi ſcioli partim ſua induſtriâ, aliorum partim ignorãtiâ freti, ad eorum fictionem Diplomatũ aggrederentur, multa paſsim abſurda, & cum ab rerum natura, tum ab Hiſtorica fide, veraque Chronologia aliena ſuſciperent. His initijs orta peſtis, pleraque corripuit, pulcherrimumque Hiſtoriæ corpus nævis, & fabellis inanibus infecit. Hoc pleriſque Regum Summorumque Pontificum Diplomatis, in queis fœdiſsimos prochroniſmos, metachroniſmos, pluraque alia abſurda notat, prolatis, demonſtrare contendit. Denique concludit, ſe vnius Galliæ, Belgij, Germaniç Privilegia hactenus excuſsiſſe. quod ſi ad ſuum lapidem lydium, qui in dies, vt fit ipſo vſu niteſcat, pluresque, ac plures fucos detegat, Angliæ, Hiſpaniæ, Italiæ Diplomata exploret, ſe non ambigere quin pleraque pro ſinceris, & legitimis ante hac habita, nihilominus falſa, adulterinaque eſſe deprehendat. quin maiorem in modum dolet, ſe minus in hac palęſtra exercitatum, ea prioribus tomis admiſiſſe, quæ modo vſu provectior, & cautior effectus, ſcripta nollet; ac damnare adeò, & retractare neceſſe habeat. Hæc ferè P. Papebrochius in ſui Propylæi Antiquarij 2. Aprilis tomo præfixi parte primâ.

Quandonam Diplomata falſari cœpta, & qua de cauſa?

Quæ has adulterationes mala cõſequuta?

10 Quia verò doctus P. cum ibi, tum ſæpè aliàs candorem mirificum, ſtudiumque veritatis eruendæ præſefert, æqui bonique credo, faciet, ſi nos quid de hoc ipſius iudicio iudicemus, candidè proferamus. Nec enim plus puto, ipſi in Benedictinorum privata tabularia licere debet, quam nobis in id opus quod publici iuris iam diu fecit.

De Papebrochij iudicio quid ſentiamus?

11 Principio igitur non poſſumus non cùm aliorum, qui in hoc opus ſuas ſymbolas contulere, tum ipſius Papebrochij, qui in eo perpoliendo ſtrenuè laboravit, pietatis plenam induſtriã plurimum commendare. Opus enim Eccleſiæ, dubio

Operis Act. SS. inſcripti commẽdatio.

procul, vtiliſsimum atque honorificentiſsimum, nullâ laboris, nulla immanium impenſarum habita ratione, magnis animis aggreſsi ſunt, nec ſequiore eventu, Deo, vt par eſt, credere, eorum pijſsimis incœptis favente, hactenus proſequuntur. Pleraque enim (fatendum eſt) Sanctorum Acta circumferebantur partim apertè falſa, partim tenebris denſiſsimis obſita, quæ ab doctiſsimis Patribus admota falce, iuxta & face, egere videbantur. Sed enim verendum haud abs re eſt, ne nimia iſthæc ſeveritas in rigorem, & intolerabile faſtidium degeneret. Sanè vt belluini ſtomachi eſt quidvis citra delectũ vorare, atque concoquere, ita nimis delicati, & faſtidioſi, nonnulla, quòd pallatò minùs arrideant, improbare paſsim, atque reſpuere. Nos certè pleraque in his Actis inter reiectanea conijci animadvertimus, quæ cur indigna vita ſint, quæ probis accenſeantur, haud ſatis intelligere poſſumus. vnum aut alterum ſubijciam, ex quo de alijs ęquus, & eruditus arbiter coniecturam faciet.

Quis in VV. Monimentis admittendis, aut reſpuendis modus adhibendus.

12 Occurrunt autem primo loco ad diem 18. Aprilis S. Eleutherij res geſtæ, quæ quamquam nonnulla ad credendum difficilia prima fronte contineant, re tamen æqua lance expenſa, non video cur inter apocrypha adeò ſeverè, atque præcisè referantur. nam quòd Adrianus pœnis inferendis adeſſe in ijs dicitur, quod Imperatoriam dedecere maieſtatem videatur, non eſt cur P. Papebrochio falſitatis ſuſpicionem afferat. Cum eius mores, & ingenium æſtimanti ea res admodum credibilis videatur. Sanè ipſum ad inſaniam curioſum, nec à Magicis alienum artibus, hiſtorici prodiderunt. quid miri ergo, ſi quę prodigia Eleutherium patrare auditione acceperat, ijs ipſe ſpectator intereſſe voluerit? aliquantò profectò levius, & infra Imperatoriam Maieſtatem videatur cum Philoſophis, aut Sophiſtis manus conſerere; quod tamen ab Adriano factitatum plerique memorant.

Adriani Imper. ingenium.

13 Nibilo magis ignis ſupplicium irrito quater conatu repetitum, & vſurpatum Actorum vanitatem redarguit. Explorare nempè ethnici ſæpè volebant, an vis, & efficacitas Magicarum, vt credebant, artium, tandem laſſaretur. alioquin non minus ſtultè ad alia ſupplicia ſeſe converterent. Cùm quę vis prędatricem ignis naturam hebetare poterat, eamdem in cetera tormenta æquè valituram credere deberent. At nihilo-

Idem tormentum aliquoties repetitum non ſatis Actorum falſitatem arguit.

Digitized by Google

hilominus alia ſuper alia (quæ eorum erat cæcitas ; & pertinacia) ſubinde in caſſum admoviſſe, omnes hiſtorici conſenſu tradunt. Cur ergo ignis quater adhibitus incredibilis, adeoque fabuloſus, P. Papebrochio videatur?

Nec alia in his memorata.

14 Iam quod in ijs Actis, equis præter morem in obſervatis diſcerpendus ſanctus Martyr permiſſus legatur, haud ſanè fabuloſa videri debent. Potuerunt enim obſervatores deſignari, qui equorum pernicitatem non aſſecuti, quo tandem evaſerint, numine præſertim belluas ſtimulante, ſuumque Athletam protegente ignorarent. Illud ſanè difficilius, quod de Leonibus, & Pardis, quorum minimè ferax Italia eſt mentio inijcitur : quaſi in illis ſylvis ad quas equi ſanctum Martyrem deportaverant, ei feritate poſitâ, obſecuti ſint, inque eam, quam homines exuiſſe viderentur, humanitatem migraverint. Sed quemadmodum is, quem confinxiſſe fabellam Papebrochius putat, ijs Italiam belluis carere ignorabat, quidni veræ ſcriptor Hiſtoriæ iuxtà neſciverit?

Obiectiuncula diſſlata.

15 Sed enim omnibus, inquies, ſe interfuiſſe, per ſe omnia ſpectaſſe, huius hiſtoriæ, an fabellæ, Auctores teſtantur. Ita ſanè. ſed quemadmodum plerique alij, qui ſui temporis hiſtoriam ſcribunt. Qui, quamvis res ſibi notas, quaſque magnam partem oculis vſurparint, ſe tradere profiteantur, nō eſt tamen neceſſe, aut vero ſimile, eos omnibus interfuiſſe. ſatis abundeque eſt, ſi pleraque ex ijs, quæ litteris conſignant, viderint, alia à vulgatiore fama hauſerint. Fieri ſanè potuit, vt vrſi, aliæque feræ, quarum ſylvæ Italicæ feraces ſunt, id obſequij, quod legitur, ſanctiſsimo Martyri præſtiterint. Hinc Leonibus quoque & Pardis, quos non in Italia naſci, ſed aliūde importari neſcirent, id quoque imputatum. Quāquam fieri quoque potuit, vt cum vrſos, aliaſque Italiæ familiares feras horum Actorum auctores nominaverint ; Leones, & Pardi, vt fit, ab Interpollatore neſcio quo, importunè ſint additi.

Alij ſcrupuli amoti.

16 Scrupulus porrò, quem Papebrochio multitudo militum ad vnum hominem conprehendendum miſſa iniecit, levis oppidò eſt, quemque cohors integra cum Principum famulitio, Chriſtum Dominū captura, ab Iudæis miſſa facile eximat. Neque clibanus, præter morem in Amphiteatro accēſus, fabulam reſipit. alioquin quoties aliquod ſupplicīū inuſitatum vſurpatum traditur, fabulis accenſebitur, quod nemo dixerit.

No-

Antia quamvis ſenior Eleutherij mater eſſe potuit.

17 Nodus ille de ætate Antiæ Eleutherij Parëtis, cùm ipſum ederet, nimis ingraveſcente, ſeu gravi verius, paullò eſt difficilior; non tamen inſolubilis. Hanc ſacris noſtris imbutam à Paulo Apoſtolo in Actis hiſce legitur. Id accidiſſe potuit anno æræ chriſtianæ 67. quo Magnus Petavius ſanctos Apoſtolos paſſos putat. quod ſi Baronij ſententia magis arridet, qui Pauli necem biennio poſteriorem facit, anno 69. potuerit eveniſſe. Deinde noſtræ fidei elementis ſexennis, vel octuennis potuit imbui. nã ea ætate plerique, hodieque pueri eadem probè ſciunt: neque porrò eſt neceſſe, vt ab ea Paulus argumentis fidem extorſerit; cum Acta ſolum tradant, eam *in corpore ipſum vidiſſe*. Nata ergo fuerit anno Domini 61. aut circiter. Eleutherius porrò anno Chriſti 131. vt Papebrochij ratio eſt, viginti natus annos, potuit agonem ſuum conſummaſſe. Itaque anno Domini 110. natus fuerit. poſuimus Antiam, nihil his Actis refragantibus, anno Chriſti 61. naſci potuiſſe. Ergo 50. præter-propter annos nata, ipſum enixa fuerit. quæ ætas, etſi gravis puerperio eſt, non tamen incredibilis. Ariſtoteles certè, & Plinius, etſi rarò, nonnunquam tamen quinquagenarias fœminas memorant peperiſſe. nos certè haud ignobilem matronam novimus, quæ quinquaginta amplius annos nata, maſculam prolem peperit, & vitalem certè, quippe quæ hodie poſt 50. circiter annum, ſupereſt. Lemnius autem L. 4. cap. 24. de natura occulta miraculorum, ait ſe noviſſe fœminam, quæ 55. annorum pepererit. Itaque nec Antiæ quidem, cùm Eleutherium peperit, ætas, Actorum falſitatem revincit.

*Vide ſis I. Schẽchium, qui ſexagennarias, & ſeptuagenarias quaſdam fœminas peperiſſe aſſerit. p. m. 538. l. 3. tit. Aetas concipiendi, obſerv. 1. & 2.

18 Epiſcopatus autem in iuventæ flore tali viro collatus nullo modo eſt incredibilis; in quo morum maturitas, quam præcipue illi Patres ſpectabant, annorũ numerum abundè penſabat. Itaque vt initio dicebam, non video cur tam à vero aliena hæc S. viri Acta, viſa ſint Papebrochio, vt ea in apochryphorum numerum retulerit. Verius ſanè erat, ſi qua abſurda in ijs occurrebant, ea ceteris admiſsis, reijcere. alioquin verendum eſt, ne quiſquam illi ad aurem ſcitum illud Alexandri inſuſurret *μισῶ κηπωρὸν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα ἐκριζῶν. Olitorem ego odi, qui olera ſtirpitus evellit.*

19 Sed pergo. Acta Synodi Ratiſponenſis commentitia ideò putat, quòd Carolomannus Frãcorum Dux in ijs dicatur,

ſumpta ſubnectere eſt viſum. Coiancæ in Diœceſi Ovetenſi, Ferdinandi Magni Caſtellæ,& LegionisRegis inſtinctu,Epiſcoporum Provincialium Synodus coacta fuit, de qua non ſemel ſupra diximus. Eius Decreta extant apud Baronium tomo 11.ad annum Domini 1050.quæ ſic incipiunt. *Decreta Ferdinandi Regis, & Sanciæ Reginæ, & omnium Epiſcoporum in diebus eorum in Hiſpania degentium, & omnium eiuſdem regni optimatum Æra* 1088. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, *Ego Ferdinandus Rex, & Sancia Regina ad reſtaurationem noſtræ chriſtianitatis fecimus Concilium in Caſtro Coyaca, in Diœceſi ſcilicèt Ovetenſi, cum Epiſcopis, & Abbatibus, & totius regni optimatibus.* Et recenſitis Epiſcopis,qui Synodo interfuere, ita incipit. *In primo igitur titulo ſtatuimus, vt vnuſquiſque Epiſcopus Eccleſiarum miniſterium in ſuis Clericis ordinatè teneat, &c.* pluribuſque conſtitutionibus eiuſmodi prolatis ita demùm concludit. *Qui igitur hanc noſtram conſtitutionem fregerit, Rex, Comes, Vicecomes, Maiorinus, Sago, tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis Ordo, ſit excommunicatus, & à conſortio Sanctorum ſegregatus, & perpetuò damnatus, & dignitate ſua tẽporali ſit privatus.* Ex queis apparet Ferdinandum Regem non ſolùm leges Eccleſiaſticas ſuo nomine promulgaſſe, ſed pœnas etiam earum violatoribus, etiam Eccleſiaſticis, quod regiam poteſtatem excedit, conſtituiſſe.

22 Idem cernere licet in Sancio Maiore, & eius filio Ramiro, quos nonnulla Eccleſiaſtica conſtat ordinaſſe. ſed priorem in quodam Diplomate, quo nil verius,& germanius, Onnienſi celeberrimo Cœnobio conceſſo, loquentem audiamus. *Dum nullo meo merito (inter alia inquit) ſed ſolo gratuito bono, & miſericordia Dei ad regni gubernacula perveni, regimen, & curam, ſollicitudinem, & vigilantiam tam Eccleſiaſticarum rerum, quàm ſæcularium mihi eſſe commiſſam intellexi &c.* Tum Ordinem Monaſticum, qui à priſtino rigore paulatim deſciverat, ab ſe inſtauratum memorat, aliaque addit, quæ non tam Regiam, quàm Eccleſiaſticam poteſtatem reſipiunt. quæ omnia, ſi cui vacat, aut lubet, per otium videre eſt apud noſtrum Hiepium in Appendice 5. tomi ſcriptura 45.

Necnon Sancij Maioris.

Digitized by Google

23 Ranimirus porrò Rex, Aragoniæ Princeps, inter Eccleſiæ Præſules ſententiam rogatur, eaque quæ ab illis fuerant decreta confirmat. Sic enim Hieronymus Blancaſius memoriæ prodit ex vetuſto, ac venerandæ antiquitatis Codice Pinnatenſi. *Reſidente*, ait Codex laudatus, *glorioſo Principe Ranimiro vna cum venerabilibus Epiſcopis &c. Sanctius Aragonenſis Epiſcopus exorſus eſt loqui. Pro diſciplina, & ordine Eccleſiaſtico cum diligenti cura ac prouidentia tractemus, ſi placet Domino Ranimiro Regi, ac Epiſcopis, Abbatibuſque aſtantibus, necnõ etiam Monachis, ac vniverſis Clericis, ea, quæ ad ordinationis tenorem pertinent iuxtà diuinæ legis præcepta, & Nicænorum canonũ conſtituta: ac cum adiutorio Domini in omnem æuum manſura ſolidemus; ſicut eſt prædeſtinatum, & conſtitutum ab inclyto Rege Sanctio totius Heſperiæ Domino.* Et nonnullis interpoſitis, additur. *Ranimirus Rex ſtans in medio Concilij dixit: ego laudo, & corroboro decreta genitoris mei Sanctij, & huic veſtræ Definitioni ſubſcribo.* Vbi vides Ranimirũ ea confirmare, quæ Epiſcopi decreverant; quod eſt proculdubio ſupra Regiam poteſtatem, nec hodie in hoc lumine litterarum, Theologiæque progreſſu fieret. Iam Decretum illud Gundemari celeberrimum nemo falſitatis damnavit, licèt in eo Rex cætera pijſs. pleraque ad R.p. Eccleſiaſticam ſpectantia decernat, quod nõ Regiam poteſtatem redolet, ſed Pontificiam.

Et Ranimiri Aragoniæ Monarch.

24 Sed cur, inquies, Reges tam pios, & abs dubio catholicos, in alienam meſſem manum immiſiſſe credamus? Modò non diſputamus de iure, ſed *de facto*, quod dicitur. Ita factum ex indubitatis inſtrumentis comperimus. quo iure ipſi viderint. quamquam non ipſis, cur ita fieret. cauſam defuiſſe eſt admodum vero ſimile. Nam eorum partim. non niſi Summis Pontificibus annuentibus, immò iniungentibus, aliquid tale agitaſſe conſtat apertiſsimè. De Ludovico certè Pio nullum Capitulorum, quæ vocant, vnquam ab eo publicatũ, quod non ante auctoritate Apoſtolicâ munitum fuiſſet, Benedictus Levita eorum Collector diſſertè tradit. De Sanctio Maiore nullum eſt dubium; qui ſuo in Diplomate ita ſcriptum, & teſtatum reliquit. *Vt ergo*, ait, *inconvulſa, & ſtabilis in perpetuum permaneat huius Congregationis ordinatio, aucto-*

Qua de cauſa Principes ſæculares rebus Eccleſiaſticis ſe immiſcuerint?

rita-

Digitized by Google

vitate, & iuſsione Domini Papæ, & omnium in noſtro Regno degẽtium Epiſcoporum voluntate, muniuimus eam Regali, & Pontificali Priuilegio. hæc ille.

25 De cæteris, quamquam non conſtat idem piè credere licet. quod ſi fortè prætermiſſum eſt, id illorum potius ſimplicitati, & ruditati temporum, quam noſtris obtendere non licet, quàm malitiæ imputandum. Videbant nimirum, ac dolebant pijſsimi Principes Diſciplinam Eccleſiaſticam paullatim collabi. ei ruinæ ſiſtendæ Provincialium Epiſcoporum (præſentiſsimum eius peſtis remedium) Synodos cogebant. Illi quod è re Eccleſiaſtica, morumque ad Chriſti Domini leges exactorum reformatione eſſe putabant, in ipſis decernebant. Credebant Chriſtianiſsimi Monarchæ, iuxta & ſacri Antiſtites, ea decreta, apud imperitam plebem præſertim, plus põderis habitura, ſi Eccleſiaſtico Regium imperium accederet. Hinc leges tanquam ab ipſis latæ promulgabantur. Ignorantia proinde hîc nõnulla forſitan, nulla in ſedem Apoſtolicam, quam ex animo reverebantur, iniuria, rebelliove intervenerit.

26 Haud abſimili facilitate Glaſtonienſis capellæ argẽteæ recepta Hiſtoria repudiatur. quâ in re admirationi nobis eſt eruditi Patris intempeſtiva admiratio. Sed rem ad calculos revocemus, quò quàm ipſi ſine cauſa in eam inſumpta ſumma incredibilis videatur, appareat. Id igitur opus argenti 2800. auri 755. pondo cum Marcis 60. ſtetiſſe memoratur. Sed quiſnam cuiuſvis *pondo* valor veroſimiliùs fuerit videamus. Id fiet, ſi quot libræ Romanæ in vaſa ſingula, cæteramque ſuppellectilem inſumi potuerint perpendamus. In Calicẽ ergò cum Patina 10. in ampullas, ſive vrceolos altaris 13. in peluim 8. auri pondo expenſa fuiſſe, locuples author Stous apud Raynerum noſtrum tractat. 1. ſect. 1. § 12. fol. 44. aſſerit. Non igitur ita immane τοῦ *pondo* pondus fuit, atque P. Papebrochius ſuſpicatur. alioquin quî calix, qui vrceoli, qui cætera, quæ ibi nominantur, in altaris miniſterium poterant vſurpari? Milonas, aut Hercules fuiſſe oporteret, qui poſſent tam ponderoſa inter ſacrificandum commodè tractare. Ponamus ergo calicem cum patina quatuor libras Romanas pepẽdiſſe. quamquam in eo ſat liberales, ac penè prodigi ſumus; quando rara hodieque, in hac argenti, & auri copia, hoc põdere

Glaſtonienſis capellæ Hiſtoria à Papebroch. impugnatur.

Pondo quid?

Sed ſine cauſa.

dere reperiuntur. Eſto tamen. Itaque X pondo quatuor libris Romanis reſpondebunt. hoc eſt vncijs 48. vt ſingula *pondo* vix quinque vncijs conſtiterint. Itaque in vniverſum argenti 14,000. auri porrò 3,775. vnciarum ſumma conflabitur. quæ, quamvis ſatis ampla, non eſt tamen ita prodigioſa,& incredibilis, vt non in vtraque Saxonia Britannica, ſed nec in tota Heptarchia, vt P. Papebrochius loquitur, eſſe potuiſſe aſſeratur. Hodiè ſanè in Europa non dicam Reges, non Proceres, ſed vel privatæ fortunæ plerique homines eam auri, argentique vim ſatis commodè queant repræſentare. Vt proinde incredibile non ſit ab Rege, quantumvis per bella exhauſto ærario, neque in tanta, quanta eſt hodiè, auri argentique copiâ, tantumdem in id ſacellum profuſum divitiarum. Quare haud ſatis valido argumento ea Hiſtoria ad anicularum fabellas relegatur.

Si cui hæc ſumma incredibilis videtur; conſulat Lipſ. centur. Miſcell. Epiſt. 27 vbi mirabiliora reperiet, & in ijs Crucē Auream 600. librar.

27 Sed iam ad noſtra Diplomata, quorum gratia hæc adduximus, redeamus. Nam facilitas iſta in Sanctorum, probe alioqui nothæ geſtis improbandis, homini cæteroqui erudi-tiſsimo, intolerabile faſtidium, & quorumvis, quæ tetrico ipſius palato minus arrident, nauſeam attulit. quare hæc pauca de multis in ſpecimen adduximus, nè minùs cautus lector omnia Papebrochij ſcita pro oraculis habeat.

Criticorum noſtri ſæculi nimiū faſtidium, & præpoſteri ſcrupuli culpantur.

28 Quamquam licentia, quam ſibi in Diplomatis paſſim falſitatis damnandi vſurpat eſt multò maior. Illud autem vehementius miramur, cur qui ad tam ſeveram, ne quid gravius dicam, trutinam illa exigit, è tot millibus tam pauca dānavit. nobis non magis certum eſt ſolem illum, cum ſudum eſt, meridie lucere, quam pleraſque ex ijs regulis, ad quas Diplomata explorari vult, à rei veritate toto cœlo aberrare.

Nimius eſt Papebroch. in Diplomatis repudiandis.

29 Quod antequam oſtendo, illud Lectores monitos velim, me nullo præiudicio, nullo in noſtri Ordinis res privato affectu ductum, aut occupatum, ſed vnius veritatis vindicandæ gratia, hanc provinciam ſuſcepiſſe; quam libentius, ſi ſuſcepti operis ratio pateretur, detrectarem. Nam illud nemini, qui quanti PP. Societatis faciamus, probè norit, in dubium venire poteſt: nos tot nominibus illuſtre opus, eiuſque auctores clariſsimos pro eo ac decet, venerari atque ſuſpicere; nec aliquot in tam pulchro corpore nævis detegendis, aut affingendis, eius luminibus officere conari. Noſtra ſolùm Di-

Quid nobis propoſitum fuerit in Propylæi auctore impugnando?

plo-

Digitized by Google

plomata defenſum imus, nec iniuriam inferre volumus, ſed impendens periculum propulſare. Hæc præfati ad rem iam ipſam cominùs aggrediamur.

30 Principiò igitur, quò noſter candor appareat; vnum aut alterum inter tot Diplomatum myriadas ſubleſtæ fidei reperiri, haud præfractè negaverim. Ea nimirum cõditio eſt rerum humanarum, vt in quovis ordine, aut genere hominum ſint nonnulli, qui figmentis, ac mendacijs liberaliùs indulgeant. cui, ſi noſtros homines exemptos velimus, næ privato affectui, non veritati litare nos velle, iure ac meritò videamur. Sin perrarò Diplomata falſata eſſe aſſeruerim, nihil, arbitror, iniquum, nihil, quod iure culpari queat, poſtulavero. Cum enim ita natura comparatum ſit, vt rarò admodum his fraudibus, vtcumque præſani vafrique homines vtantur: quæ iſthæc, malùm, iniquitas eſt, vt eius ſceleris, quod in homines, etiã improbos, vix cadit, ſacros Deoque dicatos, reos identidem peragamus? Idque leviſsimis ſæpè de cauſis, quòdque præiudicatis noſtris opinionibus (quas ex illis corrigi, aut funditus ex animo evelli verius erat), quæ illis Diplomatis continentur, officere, & adverſari videantur.

Vnum aut alterũ Diploma adulteratum eſſe haud gravatè fatemur.

Id paſsim factum conſtanter negamus.

31 Prima ergo regula, quam præſcribit: nimirum vt ea Diplomata, quæ ab ea Invocatione, quæ cum expedirentur, erat potiſsimum recepta, & vſitata; v g. à nomine *Patris & Filij, & Spiritus ſancti*, aut, quod recentiùs multò eſt, ab nomine *ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis*, non incipiunt, pro nothis, & fictitijs habeantur, ea inquam regula ſæpiſsimè fallit. Interdum enim Antiqui illi, prout libitum erat, ſicut hodieque accidit, hac in parte variabant. Infinitum eſſet, ſi quæ occurrunt omnia huc advocarem. nonnulla tamen afferam, quæ noſtram aſſertionem, vel pervicaciſsimo cuivis, approbare poſsint. In primis autẽ ad rem noſtram faciunt, tria Siſnandi Irienſis Epiſcopi Diplomata, quæ in Appendice tomi 4. noſter Hiepius affert. horum primum, quod inter laudatæ Appendicis ſcripturas eſt XI. ſic orditur. *Sub Chriſti nomine nos Siſnandus Dei gratia Epiſcopus cum omnem Congregationem S. Iacobi facimus tibi Guto Abbati, & Fratribus tuis, & omnibus ſucceſſoribus tuis hanc ſcripturam Donationis &c.* expeditum eſt autem hoc Diploma æra 951. hoc eſt anno Domini 913.

Prima Papebroc Regula reiecta.

Exemplis in contrariũ productis

1. Siſnandi Epiſcopi.

Scrip-

32 Scripturæ porrò XIII. eiuſdem Appendicis & Siſnandi, tale eſt initium. *In nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti Amen. Ego Siſnandus diuino nutu Irienſis Epiſcopus, & Eccleſiæ S. Iacobi Sacerdos, in honorem D. noſtri Ieſu Chriſti, & honore glorioſi Martyris Sebaſtiani, ædificamus Eccleſiam ſub vmbraculo de alis, & ſub protectione B. Iacobi &c.*

33 Tertium eiuſdem Siſnandi Privilegium ſic incipit. *In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Domino ſancto, glorioſoque Dei Martyri, ac Triumphatori Sebaſtiano, cui Baſilica fundata eſt, ad radicem montis, qui ab antiquis vocatus eſt mons Sacer, & exiguus, ac puſillus ſervorum Domini famulus Siſnandus, ac ſi indignus Epiſcopus in Domino ſempiternam ſalutem amen &c.* Conceſſum eſt autem hoc Privilegium Kal Septembris, æra 951. vides itaque tria eiuſdem Præſulis Diplomata, eaque intra biennium expedita, quæ (contra atque P. Papebrochius fieri poſſe putat) in invocationis formula variant.

2. Ordonij II. Regis Hiſpaniæ.

34 Ne autem hunc in privatis forte ſcripturis, in publicis, & ab Regibus conceſsis Diplomatis alium morem, invaluiſſe cauſetur, alia tria ex eiuſdem Appendice tomi Ordonij II. Privilegia in medium proferamus. Igitur Scriptura X. ſic auſpicatur. *In Chriſti nomine. Ego Ordonius Rex cum coniuge mea Regina Domina Geluira vobis Domino Guto Abbati Monaſterij S. Martini de Pignario cum omni Congregatione eiuſdem Monaſterij tecum perſiſtentium ſalutem, &c.* Datum eſt autem Æra 950.

35 Scriptura XX. ſic incipit. *In nomine Patris, & Filij, ſimulque ex ambobus procedentis Spiritus ſancti, Ego humilis, & omnium ſervorum Domini vltimus, & tamen Dei gratia Ordonius Rex vobis Fratri Senoniani Abbati &c. XII.* Kal. *Novembris. Æra 961. anno fæliciter regni noſtri nono.*

36 Aliud eiuſdem Ordonij eſt apud eumdem Yepium tomo III. ſub finem ſcriptura X. cuius exordium eſt huiuſmodi. *In nomine Domini incipit inventarium agnitionis, ſiue teſtamentum confirmationis de Monaſterio, quod vocitant de Samanos Eccleſiæ S. Iuliani facto à Principe Domino Ordonio Rex Magnus ſervus Domini Adefonſi Prin-*

Principis &c. facta ſcriptura dotis, vel teſtamenti, ac donationis à Principe Domino Ordonio Rege pio in Concilio Epiſcoporum, atque Orthodoxorum quorum ſubter: : confirmationes habētur ſignaculo ſub diei Kal. Auguſt. Æra 960. vbi eamdem varietatem animadvertis. Neque plura, tœdij vitandi cauſa, affero. alioquin Diplomatum ab iiſdē Principibus, hac in parte variantium, profectorum, volumen integrum conficere poſſem.

Inditio nonnullis Diplomatis præter morem adhibita, ea falſitatis non arguit.

37 Nihilo firmior eſt ſecunda Regula, quæ monet ne pro veris ea Diplomatà habeantur, quæ ante Magni Caroli tempora *Inditionem* adſcriptam habent. Multò ſanè ſerius, aut potius nunquàm, noſtra in Hiſpania inditionum vſus invaluit, & tamen in nonnullis ſinceriſsimis Diplomatis, extra ordinem reperiuntur. Cur non idem in Gallia contigerit? Aderat forſan ſciolus aliquis, &, vt illis temporibus, computi gnarus. artis ſuæ ſpecimen dare volebat. Suggerebat notario vt Inditionem adderet. parebat ille, quòd ita robur Diplomati, vt pluribus notis inſignito, addi putabat. Cur ergo illi fraudi erit, quòd fidei magis faciendæ fuit additum? ſed exemplis, quibus, niſi obſtinare adverſus veritatem lubet, ſtādum omninò eſt, rem evincamus. Ergo P. Ioſephus Moret S. I. in ſuo erudito opere *Hiſtoricarum inveſtigationum* rerum Navarrçarum fol. 606. ex Tabulario Eccleſiæ Palentinæ hoc cuiuſdam Privilegij fragmentum affert, *Anno Incarnationis Domini* 1037. *Indict.* 3. *Ego Sanctius Rex divina ordinante clementia, & vxor mea Regina Domna Maior, & Chriſti ancilla in climate occiduo Heſperiæ, Eccleſiæ Romanæ præſidēte Papa Benedicto, &c. factum eſt hoc teſtamentum XII. Kal. Ianuar. Æra MLXXV.* Inditio, annus Chriſti, Pontifex Romanus, omnia præter morem, & vſum illius ævi, addita: & nihilominus Diploma, ſi quod aliud, authenticum eſt, & germanum. Quamquàm non me latet in annum Domini mendum irrepſiſſe. neque enim Sanctius Maior (qui anno Chriſti 1035. obijt) ad 1037. vitam produxit. quod vel Inditio ſatis indicat, quæ in hunc, non in illum annum quadrat. id autem exscriptoris vitio imputandum. cum enim, neſcio quo caſu, authographon intercidiſſet, apographon, in quod mendum irrepſit, ſolummodò manſit. quod antè nos laudatus Moretus notavit.

Quod exemplis monſtratur.

Huic

38 Huic geminum, & ſimillimum eſt aliud, quod Sanctius IV. Rex Aragoniæ conceſsit. extat apud Hieronymum Blancaſium in eius vita, quod ex Pinnatenſis Cœnobij Taburio ſe deprompſiſſe teſtatur. eius ſubſcriptio talis eſt. *Facta charta Æra MCXXVIII. Oct. idus Maij in S. Ioanne, anno tertio Pontificatus domini Vrbani ſecundi Papæ anno ab Incarnatione Domini* 1090. *Indictione* 13. *regnante Rege Ildefonſo in Toleto, & in Caſtella, & in Gallicia: me autem Rege Sanctio regnante in Aragonia &c.*

39 Tertium his addam, quod eſt præcipuum inter omnia, quæ Alfonſus VI. ſuo Archimonaſterio S. Facundi conceſsit, cuius clauſula eſt huiuſcemodi. *Textus atque tenor conceſsionis iſtius deſcriptus eſt octavo idus Maij. Æra* 1118. *Ego Ildefonſus Rex vna cum coniuge mea Regina Conſtantia, hoc regale teſtamentum propria manuum deſignatione ad notitiam futurorum confirmamus, atque roboramus anno dominicæ Incarnation s* 1080. *indictione* 4. *anno octavo Gregorij ſeptimi Papæ.*

40 Neque pluris fieri debet, quod de anno Incarnationis Chriſti ante annum 727. minimè vſurpato, inijcit. Nam in Hiſpania celebris illa epocha *Æræ*, tum in publicis, tum in privatis ſcripturis vſurpabatur ad annum Domini 1383. cum ab Ioanne eius nominis I. in publicis comicijs eius vſus antiquatus, & in eius locum Æra Chriſti ſuffecta fuit. Attamen, vt ex paulò antè adductis Privilegijs, & alijs innumeris conſtat, haud ſemel annis Domini publica inſtrumenta conſignata ſunt. nec in re perſpicua, & confeſſa verba perdere oportet. Illud mirabilius, quod cum Æra ſimpliciter appoſita, Hiſpanicam ferè ſemper, communem, & chriſtianam totis 38. annis antevertentem, deſignet, & exprimat; aliquoties tamen pro anno Dominicæ Incarnationis ſumpta eſt. Sanè Concilium Pinnatenſe, de quo ſuprà diximus, Ranimiro I. Aragoniæ Rege habitum, hanc ſubſcriptionem habet. *Data eſt ſententia ſeptimo Kal. Iulij æra* 1062. quo loci Æram pro anno Domini ſumptam eſſe Yepius noſter, Blancaſius, & omnes Hiſpanicæ Hiſtoriæ, vel leviter periti, conſentiunt. alioquin, ſi ab annis Æræ 1062. detrahas, vt fieri conſuevit, 38. annus Domini 1024. reliquus erit. quo anno, & ſequentibus novem circiter, non Ranimirus, ſed eius P. Sanctius,

Annus Chriſti ſinceris Diplomatis præter morē haud raro additus.

Aera nudè appoſita aliquãdo pro Epocha chriſtiana.

cùm

cùm Aragoniæ, tum bonæ parti ceteræ Hiſpaniæ imperitabat. itaque Æra ibi, præter ſolitum, pro anno Incarnationis eſt vſurpata.

41 Quin & dies Lunæ, tametſi rarò, non tamen nunquam eſt additus. Eſt apud eumdem Blancaſium in Ranimiro I. ſyngraphæ Dotalis fragmentum tùm anno Domini, cùm die Lunæ, vtroque præter morem, conſignatum. *Anno*, inquit Rex, *Incarnationis* 1036. XXII. Auguſti, Luna 25. *Ego Ranimirus proles Sanctionis Regis accipio vxorem Giſbertam filiam Comitis Bernardi Rogerij, & Comitiſſæ matris eius Garſindæ &c.* in celebri quoque Tabulario S. Æmiliani extat memoria Gundiſalvi viri nobilis, eiuſque cōiugis Leguncíæ, qui anno Domini 1079. Aprilis die 24. Luna 19. ſe ſuaque *in manibus*, inquiunt, *Abbatis Belaſconis* Monaſterio dicto dedidere. Vide Sandobalium noſtrum in Hiſtoria Æmilianenſi §. 69. Ad hæc, & alia ſi P. Papebrochius animum adverteret, haud ita *abſurdam*, *prodigioſam*, *Lunaticam denique* illam Dagoberti Diplomatis, quam numero 14. cap. 1. affert, ſubſcriptionem eſſe, tam incunctanter pronunciaſſet.

Quota Luna eſſet nonnullis Diplomatis indicatum.

Vide Clariſs. Mabillon. L. 2. de re Diplomatica cap. XXIV. num. IV.

42 Huic ſimile extat aliud, idemque celeberrimum S. Petri Montenſis Diploma ab Ordonio II. conceſſum, quod Lunæ quoque diem adſcriptam habet. id apud Yepium & Sādobalium noſtros in eius Cœnobij Hiſtoria integrum extat. Subſcriptio porrò, quæ ad rem noſtram facit, talis eſt. *Facta chartula teſtamenti IIIII. Kal. Maij ſub æra 936. Luna* 14. Illud tamen obiter notarim; perperam tum Yepium, cum Sandobalium diem V. Maij (hoc enim pacto ſæpè veteres illi Hiſpani Kalendas, Nonas, Idus capiebant) ex notis IIIII. deſcripſiſſe. nunquam enim ita numerus quintus in veteribus illis Diplomatis, ſicut nec hodie, notabatur. Putamus ergo ita in veteri authographo ſcriptum eſſe VIII. ita vt non quinta, ſed dies octava illis notis deſignaretur. Evanuiſſe porrò, vt gracilius, in charactere u atramentum, quod eius crura inter ſe committebat. Quamquam alioquin antiqui illi numeri ita inter ſe connectuntur, atque implicantur, vt difficillimum ſit non aliquando in ijs excribendis, veriſque repræſentandis labi. Ne quis porrò noſtra nos ſomnia pro oraculis venditare autumet, ſciat nos in hanc ſententiam inductos ex verſione eiuſ-

Hiepeſij, & Sandobalij lapſus.

eiuſdem Diplomatis antè 360. annos; cum idem ab Sanctio III. Caſtellæ, & Legionis Rege cõfirmaretur, facta. eius porrò ſubſcriptio ita concepta eſt. *Fecha la carta de eſte eſtrumẽto ocho dias andados de Mayo, en la era de* (a) *936. Luna catorce &c.* vbi vides Privilegij interpretẽ non IIII. vt cum Sandobalio Yepius, ſed VIII. hoc eſt octo, legiſſe. Cui noſtrę coniecturæ haud parum favet dies Lunæ appoſitus. nam eo anno fuit Cyclus Lunæ Nicænus 6. Luna porrò 13. ſive 14. vt ex veteri, Nicænoque Kalendario elicitur, diem octavam, non quintam Maij, vt Yepius, & Sandobalius legêre, eo anno occupavit. Patet ergo, quod aſſerebamus, lunas quoque à priſcis illis, ſuis in Diplomatis conſignandis, adhibitas, & vſurpatas, etſi raró, aliquando tamen fuiſſe.

(a) A. C. 898.

Sed aliud rei maximè notabilis illuſtrius multo exemplum lubet adiungere. In Idatij Chronico tam à Sandobalio N. quàm à P. Sirmondo correctiùs edito, anno Maiorani I. qui abs dubio Chriſti fuit 457. hæc inſunt. *Theudoricus adverſis ſibi nũcijs territus mox poſt dies Paſchæ, quod fuit quinto* Kel. *April. de Emerita egreditur &c.* quem in locum proculdubio error obrepſit, ob cauſam dictam. Nec enim is annus, nec alius ex proximis tam poſtea quàm retrò, Paſcha habuit Martij 28. ſeu quinto Kal. April. (qui enim maximè illi anno hinc inde vicini, Paſcha habuerunt 28. Martij, ſunt ante quidem 392. quo nodũ Maioranus natus fuerat; poſt verò 465. quo iam idem in vivis eſſe deſierat, à Ricimere anno 461. occiſus) itaque qui Chronicon Idatij exeripſit, pro II. id eſt ſecundo, V. id eſt quinto Kal. legit. quod ad vnguem congruit. Nam re vera annus 457. Pacha habuit 31. Martij, ſive II. hoc eſt ſecundo Kal. April. planè vt Idatius accuratiſsimus Chronographus ſcribit. Id cum nos, ipſo inconſulto, notaſſemus, mox à P. Petavio L. 13. de Doct. Temp. pag. 795. ad ann. Periodi Iulianæ 5170. Chriſti 457. ſub finem animadverſum deprehẽdimus. Quare vero verius eſt quod aſſeruimus. cuius rei lectorem hîc ſeriò admonendum duximus; cum haud ſemel hac cautela vſi, ex inexplicabilibus alioqui ſalebris, ac numerorum mæandris facilè emerſerimus.

* Cautela in priſcis monumentis adhibenda notatu digniſsima.

5.

43 Characterem quod attinet, illud vniverſim pronũciare non dubitarim, nimis debile, & imbecillum eſſe argumentum, quod ab eius forma petitur. Sanè vno, eodemque tem-

Argumentum à characterũ, queis ſcripta ſunt Diplo-

tempore; quot ferè capita, totidem characteris formulas non minus inter ſe, quàm à Gothicis, ſive Longobardicis diſcrepantes videmus. Et verò qui Diploma aliquod confingere, ac ſimulare moliretur, niſi planè ſtupidus eſſet, aliquod ſibi eius ævi, cuius erat quod exprimere & obtrudere volebat, ad imitandum proponere poſſet. Itaque neque quòd eius temporis, quo expeditum præfertur, ſcripturæ imaginem referat, auctoritatem ipſi Diplomati conciliat, ſicut è contrario, quòd aliquantulum ab ea deflectat, eamdem illi non abrogat. Nos certè aliquot Privilegia, de quorum fide non magis quam de luce meridiana dubitare poſſumus, inſpeximus, quæ Henriciani ævi, qualem P. Papebrochius proponit, ſcribendi rationem ad vivum exprimunt. Ea tamen ducentis, minimum annis ea tempora præceſſerunt. Quin & alia ijſdem temporibus conceſſa, & expedita legimus, quæ nihilo minus tum ab illis, cum inter ſeſe mutuo differant, quàm, quæ noſtrâ tempeſtate ſcribuntur, ab vtriſque diſſentiunt. Neque tamen negaverim tantum aliquando diſcrimen characterum poſſe intercedere, vt aliud ævum arguat, quàm quod præfertur. Sed id perrarò accidit; nulluſque ita deſipit, vt ævi noſtri elegantem ſcripturã pro mera Gothica, aut Longobardica venditet. Itaque, quod dicebam, haud ſatis nothi, an germani inſtrumenti firmum ſignum eſt, quod ab characterum ſimilitudine, vel differentia acceſſitur.

plomata, variegate ductum, haud ſatis firmum.

44 Neque plus roboris habet aliud, quod ab appoſitione pluralis numeri illo ævo inuſitata, petit. Nos magnã quidem partem, vetera illa monumenta ſingulari numero cõcepta deprehendimus. Interim tamen pluralem quoque numerum non in diverſis ſolùm, ſed quod mirabilius accidat, in vno eodemque adhibitum animadvertimus. Ex innumeris, quæ occurrunt, hæc pauca in ſpecimen ſubiungo. Extat apud Yepium in Appendice tomo 4. ſcript. 13. Siſnandi Irienſis Epiſcopi Diploma, de quo ſuprà docuimus, partim ſingulari numero, plurali partim conceptum. ſic enim incipit. *In nòmine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filÿ, & Spiritus ſancti amen. Ego Siſnandus diuino nutu Irienſis Epiſcopus, & Eccesiæ ſancti Iacobi Sacerdos Apoſtolicus in honorem Domini noſtrı IeſuChriſti, & honore gloſioſi Martyris Sebaſtiani ædificamus Eccleſiam ſub vmbra*

Nec firmius eſt quod ab vnius numeri pro alio acceptione ſumitur

Quod exemplis oſtenditur.

braculo de alis, & ſub protectione B. Iacobi, & noſtri Pontificatus, labore noſtro, & expenſa noſtra &c. ſub finem ſingulari numero vſus ita confirmat. *Ego Siſnandus Irienſis Epiſcopus, & miniſter Apoſtolicus hoc teſtamẽtum confirmo, & roboro.*

45 Extat ibidem eiuſdem aliud vbi vterque pariter numerus adhibetur. Poſt ſolemnem itaque invacationem ſic loquitur idem Antiſtes. *Multis quidem manet notiſsimum, & quòd diuina clementia adiuti, dum eſſemus ſub vmbraculo, in loco Apoſtolico S. Iacobi, aduenit nobis mente devota, vt conſtrueremus, atque ædificaremus monaſterium in ſæpe dicto loco &c.* ad extremum ita cõfirmat. *Sub Chriſti nomine Siſnandus Dei gratia Epiſcopus in hunc teſtamentum à nobis factum confirmo.* Ordonius quoque II. Legionenſis Rex in quodam Diplomate, quod eſt apud Yepium in Appendice 4. tomi, ſcriptura 20. ſic, præter morem alijs Privilegijs familiarem, pluraliter loquitur. *Hæc non noſtro merito, ſed altiſsimi pietatis dono obinde providentes, ſalubre animæ conſilium, vt & hic erepti permaneamus à malo, & æterni metuendique iuditij, non cum hædis ad ſiniſtram, ſed cum electis mereamur conlætari ad dextram, evenit nobis, vt tibi Senoniani, vel cæteris fratribus tuis facerem ſcripturæ teſtamentum &c.* Mox his verbis ſuum Diploma conſignat: *facta ſcriptura teſtamenti ſub die XII. Kal. Novembris, æra 961.* anno feliciter regni noſtri nono commorantibus in Dei nomine in Caſtello Naxara, anno Incarnationis Domini 923. *Ordonius Sereniſſimus Princeps hunc teſtamentum manu propria confirmamus.*

Infinitum eſſet, ſi ſingula Privilegia afferre velim, in quis à conſueto more in hac vel illa circumſtantia receditur. Itaque adducta fidei faciẽdæ ſuffecerint; nec diuturniore opus eſt mora in re perſpicua, & evidenti.

Nonnullis P. Papebrochij obiectionibus occurritur.

Obiectiuncula propoſita.

AT Obijciet nobis P. Papebrochius multa, quæ antequam ad alia gradum promovemus, neceſſe eſt diluamus. Dicet enim primò, nos quod aiunt, *prin-*

principium petere, qui rem controverſam non minus dubiæ fidei Diplomatum auctoritate decidi velimus. quid enim ſi ipſe, quæ allegamus omnia, & plura, quæ omittimus, falſa iuxta, & corrupta eſſe mordicus aſſerat?

3 Sed hæc obiectio tanti viri doctrina, & probitate eſt prorſus indigna, nec proinde ſeriò ab ipſo eam nobis oppoſitum iri putamus. Quis enim ſibi perſuadeat Gallos, Anglos, Italos, Belgas, Germanos, Hiſpanos Monachos, in falſandorum Diplomatum turpiſsimum facinus paſsim conſpiraſſe? quare eiuſmodi effugium nihilo minori riſu, an ira excipi debet, atque ſi quis contenderet quotquot ad novum, occiduumque orbem proficiſcuntur in Lima, Mexico, aliave vrbe confingenda, Europæiſque earum regionum ignaris obtrudenda conſpiraſſe. Eòque magis, quod, qui in illas regiones traijciunt magnam partem ex promiſcua hominum fæce ſunt, ob idque opportuniores mendacio: Monachi porrò qui his fraudibus, & adulterationibus adeò liberaliter indulgeant, rari reperiantur. Niſi fortè Hæreticis gratificari libeat, Monachiſque affingere, quæ, ne in extremæ quidem improbitatis homines cadunt.

Et diluta.

3 At regeret Papebrochius nonnulla conficta, & falſata fuiſſe tam certum eſſe, vt eorum ſuppoſitio, ac falſitas meridiana luce ſit clarior. Ea porrò anſam præbere, quo eã fraudem in plura alia manaſſe credatur.

Obijcitur nonnulla adulterata perſpicuè fuiſſe.

Eſto ſanè. Vnum aut aliud Privilegium ſuppoſitum eſſe demus. Quæ, malùm, iſta collectio eſt: ergo in pleraque omnia, aut magnam certè eorum partem, idem dolus, eadem fraus invaluit? An quia homines nonunquam, immò ſæpiſsimè, mẽtiuntur, rectè quis colligat, perraro veritatem, paſsim vigere, atque regnare mendacium? atqui ſi ad Papebrochianam trutinam vetera omnia cùm noſtra, tùm aliarũ Eccleſiarum Diplomata exigantur, vix centeſimum quodque, quin aliquo vitio, aut etiam pluribus laboret deprehendetur. Quo ſemel admiſſo omnis Hiſpanica Hiſtoria, & Chronologia, quæ hinc magna ex parte ſumpta fuit, nutet, aut corruat potius, neceſſe eſt. Quin prædia, quæ ſatis opima noſtris Cęnobijs poſt tot ſæculorum curricula, Deo gratia, ſuperſunt, ad alios, ſi ſuperis placet, pertinebunt. quando vnicum ius, quo iſthæc poſsidemus, vnis his Diplomatis continetur. Sed huius abſurditatem

Sed perperam inde, pleraque eãdem labem paſſa eſſe conficitur.

rei ſatis ſuprà oſtendimus, cùm eadem ab Hermenegildianis calumnijs vindicaremus.

4 Obijciet ſecundò: vtcumque in Hiſpania noſtra illa formularum, temporiſque characterum apponendorum varietas, & inconſtantia viguerit, in Gallia tamen, Belgio, Germania, mirificum cõſenſum ſemper fuiſſe, vt quæ ab vſitatis formulis abeant, falſitatis ſint ſuſpectiſsima Itaque, vt detur aliquot inſtrumenta in Hiſpania ab vſitatis, & contritis vulgò formulis diſsidentia, ſincera eſſe, non ex eo effici Gallicana, Germana, Belgica ijs ſimilia, non eſſe adulterata, & confiĉta.

Alia obiectio.

Sed hoc leve nimis eſt. Nam in Hiſpania, vt ſuprà ſatis innuimus, eædem, ſimileſque formulæ, non minus atque in alijs nationibus vulgò tenuere: à quibus tamen, vt vidimus, eſt quandoque receſſum. Itaque, niſi aliunde Diplomatis falſitas ſeſe prodat, non eſt cur ob hanc diverſitatem, nothis acceſeatur.

Cui facilè occurritur.

5 At inquit, ſe quæcumque ab illis formulis abirent, falſa, & ſpuria eſſe omnia in dubijs argumẽtis deprehendiſſe, cum eorum partim alijs Diplomatis ſpectatæ fidei, partim receptiſsimis Hiſtorijs, veræque Chronologiæ apertiſsimè refragentur, In alijs enim, eorum, qui aut multò antè diem ſuũ obierant, aut qui nondum nati, nedum noti erant, ſubſcriptiones, aut memoriæ reperiuntur. In alijs Reges qui aut nunquam fuere, certè, quo tempore illa Diplomata expedita ſunt, minimè imperitabant, velut in ſcenam, & theatrum producuntur, aliaque huiuſmodi monſtra, fabuliſque ſimilia, quæ nemo niſi planè fatuus deglutiat, & cõcoquat, paſsim in oculos incurrunt. quare non ſine cauſa illa ſe Diplomata, ſeu Diplomatum verius ludibria, reijciſſe.

3. obiectio.

6 Non negamus, ſi qua Privilegia ea abſurda continere deprehendantur, quin nothis, & falſatis acceſeri debeant. Hoc tamen contendimus, eas notas, quas P. Papebrochius, velut tot diſcernendorum Diplomatum lydios lapides, appoſuit, nimio plus fallere, nulloque proinde modo admittendas eſſe. Illud præterea addimus, abſurda illa, ridicula, & Hiſtoriæ verę diſſentanea, perrarò illis Privilegijs cõtineri. vt proinde cautè pedetentimque reijci debeant.

Cui occurritur.

7 Neque verò quòd receptis vulgo Hiſtorijs contradicant ſuſpecta eſſe, quinimò ex his illæ corrigi, & emendari de-

Digitized by Google

debent. Cum his potius quàm illis fidem habendam eſſe, ratio prorſus invicta perſuadeat. facilius enim multò eſt Hiſtoricum, quàm Principem, de rebus præſertim inſtantibus agentem, labi, & decipi. Exemplum in paucis nobile Aragonica Hiſtoria nobis ſuppeditat. receptiſsimum in ea erat, & ab clariſsimis eius Scriptoribus conſenſu traditum, Innicum inter Ariſtam, & Sanctium eum, qui ab rebus præclarè geſtis Maioris nomen invenit, nullum alium Regem interceſsiſſe. Adeò altas in omnium animis ea opinio radices egerat vt vir in primis gravis, & circumſpectus Hieronymus Surita in ſuo Indiculo pronunciare non dubitarit. *Qui tres alios*, inquit, *Reges, vt ſuperiorum Regum tempora inter ſe cohærcant inter Innicum Ariſtam, & Sanctium hunc Maiorem comminiſci auſus fuerit, nempe Fortunium, Sanctium, atque Garſeam, & veluti in ſcenam immiſerit, atque produxerit, ſtuporis, ac quodammodo amentiæ vetuſtiſsimos quoſque rerum Scriptores, qui tot ſæculis in Hiſpania viguerunt, coarguens, quaſi tres Principes, qui regnū adepti fuerant, aut obliuione, aut ignorantia prætermiſerint; næ ille communi ſenſu carere videri poteſt. Ante hæc certè tempora, ne fando quidem, eſt auditum, vt quiſpiam qui ſe res vetuſtas perſcrutari profiteretur, in ea verſaretur ignoratione, vt intra trecentos proximos annos tres Principes domeſticos, atque vt ita loquar, vernaculos, qui ſummæ rerum præfuerint, ignarus, atque imprudens dereliquerit, atque de ſtatu regni deiecerit. Adde tot vetuſtiſsimorum, & graviſsimorum Scriptorum conſenſum, quem qui diuellere conetur, ſucceſsiones, vitas, atque obitus Regum, qui iure ciuili certi, atque conſtantes & ducuntur, & habentur, & rerum geſtarum ordinem perturbarit, ac vetuſtati, cuius magnam eſſe vim apparei, inſignem notam inflixerit.* Hæc Surita. quibus nihil potuit exaggeratius pronūtiari. ex quibus plus ſatis liquet, quàm altè tum ipſe, cum omnes ferè Hiſtorici, ſententiam illam in animum demiſiſſent.

Hiſtoriæ ex Diplomatis, nō Diplomata ex illis plerumque corrigenda.

Quod illuſtri exēplo oſtenditur.

Innicū inter Ariſtam, & Sanctium Maiorē tres Principes interiectos Zurita negabat, fretus Hiſtoricorum conſenſu.

8 At nihilo ſecius non deſtitere viri docti Blancaſius, & alij Diplomatis producendis illam falſitatis convincere; in tantum vt idem ille Surita, qui tam mordicus eām defenderat, eorum vi preſſus manus tandem dederit, ac tùm alios, cùm

At Diplomatum fides cum à ſententia tandem deiecit.

Digitized by Google

ſe ad id temporis in errore verſatos eſſe,ſit ingenuè profeſſus,
ac manu propria firmatam ſuam profeſsionem ad poſterorum
memoriam tranſmiſerit. Ea vis, id pondus Diplomatum Regiorum
eſt, vt tam altè inſitas ac quodammodò innatas hominum
animis ſententias funditus evellere, & extirpare valeat.
Non itaque quòd à receptis vulgò hiſtorijs Diplomata diſsideant
notha, & commentitia cenſenda ſunt; quòd non hæc
illis, ſed illæ his, quò veræ haberi poſsint,congruere debeāt,
& conſentire.

Obijcitur nōnulla Diplomata alijs refragari.

9 At aliquot, inquit,Diplomata alijs incorruptæ omnino
fidei contradicunt. Si qua talia reperiantur (cuiuſmodi
nullum, quantùm memoria repeto, Papebrochius ſua in Diatriba
produxit) ea haud ſanè præfractè defenderimus; ſed
vtriſque per otium expenſis, ſecundùm id, cui plura veritatis
indicia ſuffragentur, ſententiam pronunciabimus. ea tamen
lege, vt ita ſeſe conficiant, & mutuò elidant,nulla vt ratione
in concordiam redigi poſsint. alioquin nonnullorum præcipitem
temeritatem, qui, quæ in ſpeciem pugnant, inconſultè
damnare ſolent, non poſſumus non vehementius obiurgare;
qui ſi rem per otium, & vt eius gravitas poſcit, expenderent;
næ cautiores inferendis ſententijs, tardioreſque ad pleraque
falſitatis damnanda paulatim evaderent. Præſtaret ſanè in ijs
conciliandis, & ad conſenſum, ſi quidem eum admittant, reducendis,
ingenij vires ac nervos omnes intendere, quàm ad
ea paſsim repudianda ita promptos, & faciles ſe præbere.

Quid tunc agendum?

Hiſtorię plerumque ab æqualibus conſcriptæ Diplomata falſitatis arguūt haud ſemel.

10 Sed nōnullę,inquit,Hiſtoriæ ſunt,quas,quippè à coævis,
ſummæque fidei Hiſtoriographis conſcriptas, nemo, niſi
planè fatuus, aut ſtultè ridiculus reijciat.Hæ tamen ſæpè cum
iſtiuſmodi Diplomatis velut ex diametro pugnant. cur ergo
non illa improbentur, & reijciantur?

Nō id vſque quaque verum.

11 Non ita multa P. Papebrochius produxit,aut impoſterùm
productùrum ſperamus, quæ talis notæ hiſtorijs ſeſe opponāt,
& contradicant. quòd ſi qua talia ſunt, non iccircò ea temerè
falſitatis dānaverimus. Accidit haud ſemel, vt qui res ſui ævi
litteris prodere aggreditur,aliquot poſt annis, ex quo acciderunt,
eas in commentaria referat. nōnullæ, vt fit, ex his oblivioni
traduntur;aliæ ex vulgi rumoribus hauſtę litteris mandantur.
Quid prohibet in his interdum, quamvis circumſpectiſsimum,
& accuratiſsimum Hiſtoricum,labi, & errare? Legimus

gimus nos, & riſimus interdum, noſtri ævi Hiſtorias quamvis à viris probis, & accuratione ſumma vſis conſcriptas, mēdaciolis reſperſas. an non aliquot eiuſmodi priſcis illis obrepere potuerint? quod non ita facilè in Diplomatis vſuvenit; vbi res ferè præſentes, eæque non ab vno, aut alio, ſed à pleriſque, iiſque ſummæ fidei, & integritatis viris, produntur. quare multis partibus horum auctoritas illorum auctoritati præſtat, & antecellit. vt niſi de eorum falſitate, & ſuppoſitione luce meridiana clarius conſtet, cuiuſvis demùm privati teſtimonium illis faſces ſummittere, ac cedere debere, ratio invicta perſuadeat.

11 Quod ſi res ſint eiuſmodi in queis coævos Hiſtoricos deceptos eſſe non ſit veroſimile, vt in Regis alicuius obitu, nuptijs, nobiliore bello, immutatione Reip. notabili, aut eiuſmodi alijs, queis contraria ex Diplomate colligantur; illud eſt accuratè perquirendum, an ea res ab alijs eius ævi, ſi qui extent, hiſtoricis conſenſu tradatur, aut varia eiuſdem exemplaria, ſi ſuppetant, inter ſe conſentiant; Hiſtoriæve cōtextus nullum dubitationi, quin ab eodem authore ea res memoriæ prodita ſit, locum relinquat. Hæc enim ſi concurrant (quod rarò accidet) non intercedimus, quin pro ſuſpecto, immò commentitio, & adulterino id Diploma habeatur. Sin minus, ſua illi auctoritas ſuum pondus integrum, & illibatum maneat. Et meritò. quamquam enim ſpectatæ fidei Hiſtoriographum falſum, aut mētitum in ea re eſſe non ſit probabile, fieri tamen poteſt, vt ab aliquo (quod plus ſemel factum novimus, & dolemus) nebulone, aut interpolatore, probatiſsimæ alioqui Hiſtoriæ purpuræ, is aſſutus ſit viliſsimus cento. quæ alterius audacia, dolus, an ignorantia, incorruptæ alioqui, minimeque ſuſpectæ fidei Diplomatis fraudi eſſe non debet. Itaque, quod initio dicebam, magna cautio, & circumſpectio adhibenda eſt in illis reprobandis. alioquin verendum eſt, vehementius, nè non in Hiſtorica re ſolùm, ſed in publicis iuxta, & privatis ingens perturbatio, atque confuſio oriatur. Hic igitur murus aheneus eſto; hæc lex, quam recta, & invicta ratio præſcribit, teneat, & vigeat; *niſi luce meridiana clarius, iiſque argumentis, quis occurri nullo modo poſſit, de alicuius Privilegij falſitate conſtiterit; id reſpuere, & improbare nefas eſto. qui ſecus faxit, is ſacer, & inteſta-*

Quando demum Diplomata pro nothis habenda?

teſtabilis, vt publicæ tranquilitatis, & quietis hoſtis, inteſtinique, & pernicioſiſsimi belli fax, & incentor, eſto.

Quibus cauſis adductos Monachos Diplomata adulteraſſe Pap. brochius comminiſcatur?

12 Sed ad cauſas veniamus, quibus adductos Monachos Diplomata ſua paſsim adulteraſſe P. Papebrochius ſuſpicatur. Proceres, inquit, quoſdam, alioſque ſuis prædijs imminentes, Regiorum, quæ non habebant, aut certè interciderant, Diplomatum terrore obiecto, compeſcere, & deterrere volebant.

Quæ refellantur.

Egregium enim verò commẽtum! hoc ſcilicèt Harpyiæ illę curabant. fac tamen curaſſe. quis non videt hanc piam, vt P. Papebrochius ait, fatuam, & doli plenam, vt ego interpretor, fraudem, Monachis minimè proceſſuram? Nonne ipſa mẽbrana recẽs, ipſi characteres, aut à priſcis diverſi, aut ab ſtylo, vt ita dixerim, calentes dolum proderent? Deinde, ſi iure, non vi res agebatur, quid eo dolo opus erat? nonne illorum prædiorum veterem & ab omni hominum memoria poſſeſsionem poterant allegare? Nonne Reges ipſos, qui tunc imperitabant, adire, ab illiſque pro ſuppoſititijs illis imaginarijſque Diplomatis (quod haud ſemel eſt factum) vera, vetera illa confirmantia, auferre? nulla igitur Monachis confingendorum Diplomatum cauſa fuit. Quod ſi quæ adulterata, & corrupta ſunt (quod vt vniversè negare non quimus, ita impensè dolemus) id privata alicuius fraude, audacia, ignorantiave accidit, nullo modo ceteris Monachis impio, peſsimique exempli conſilio impertito Nunquam enim, aut perrarò certè, alicuius religioſi cœtus mores ita depravatos eſſe contingit, quin aliqui antiquitatis, cuius vis ſemper apud omnes magna fuit, diſciplinæque, quam à pueris hauſerant, tenaciores, alijs (in his vtique, quæ ad ſui Monaſterij iura ſarta tecta ſervanda ſpectant) ſeſe opponant & contradicant. Privilegijs autem adulterandis ea labefactari veriùs, quàm ſtabiliri quis non videt? ſi enim aliunde fraus, & dolus, quod non erat difficile, emanaret, adverſarijſve in omnem occaſionem intentis ſuboleret, non ſua ſolùm ſpe, & propoſito caderent, ſed quod eſt longè miſerius, ac deterius, hinc fieret, vt eadem falſitatis ſuſpicio reliqua quoque, vel ſinceriſsima Diplomata afflaret, flammæque obvia quæque devaſtantis more, corriperet.

Quid de Diplomatis, quæ Papebro-

13 Sed quid faciemus tam multis quà Regijs, quà Põtificijs Diplomatis, quæ P. Papebrochius vitiata, & corrupta eſſe,

eſſe, videtur oſtendiſſe? Non eſt noſtrij otij, aut inſtituti in eorum ſingula anxiè inquirere. quod, ſi maximè præſtare vellemus, cum ipſa authographa, peculiareſque Hiſtoriæ, quas oppugnare eruditus P. contendit, non ſint ad manum, haud planè, plenèque liceret. Id credo, curæ erit Benedictinis (quos minimè in tanti momenti cauſa ſibi defuturos putamus, ad quos propriè ſpectat. Sanè D. Robertum Quatremarium Congregationis S. Mauri in Gallia Monachum ſtrenuè pro iuribus, & Privilegijs Regalis Eccleſiæ S. Germani de Pratis propugnaſſe, ex Ephemeri eruditorum anni 1668. die 2. Iulij didicimus. Quam lucubrationem, ſi ad manum habuiſſemus, næ longè hæc noſtra auctior, & ornatior prodiret.

brochius deprava ta eſſe oſtendit, faciendum?

* Prodijt nuper egregium V. C. Ioannis Mabillonij M. B. opus de Re Diplomatica, quod dudum poſt hæc elucubrata, ad manus noſtras pervenit.

14 Sed enim proſtant in Yepio, Sandobalio, Morali, Garibayo, & alijs, ex Benedictinis Tabularijs deprompta Diplomata complura. In ijs, ſi ſuæ ſpecimen artis P. Papebrochius edere volet, nos pro ipſis, quaſi pro aris, & focis (quãquam nunquam modeſtiæ religioſæ, noſtræque in PP. Societatis propenſioris voluntatis, in ipſumque eruditiſsimum P. venerationis immemores) pro noſtrarum virium modulo, decertaturos pollicemur, atque recipimus.

15 Vniverſim nihilominus viam, quâ in ijs Diplomatis pleraque ab omni vitij, falſitatiſque ſuſpicione vindicentur, munivimus. Si enim Regulæ à P. Papebrochio propoſitæ ad eam æquitatis trutinam, quam (vti oſtendimus) recta ratio præſcribit, exigantur; mirum quantùm reiectaneorum numerus Privilegiorum contrahetur; ſuaque pleriſque, quæ nimis ſeverè, & faſtidiosè (ne dicam iniquè) repudiabantur, auctoritas conſtabit. nobis ſatis fuerit in ipſos Defenſionis fontes digitum intendiſſe. alijs otium, & cura erit avitam hęreditatem, in qua honos, opes, prærogativæque noſtri Ordinis in commune, & Monaſteriorum privatim aguntur, ſarctã tectam ſervare, eaque ab oppugnantium impetu eripere.

16 Cùm hæc recèns commentatus eſſem, commodùm accidit, vt ad S. Facundi Cœnobium in æſtivis Ferijs ſecedẽdi mihi occaſio offerretur; vbi eius Archivi Privilegia, & numero, & antiquitate, & ſpectata fide in primis illuſtria, per otium inſpiciendi copia fuit. Quod ſanè haud ſegniter, & obiter præſtitimus. quæ igitur inter evolvendum notavimus, quia & noſtras coniecturas haud ſanè parum firmabant, & lectori-

Quid Archivi S. Facundini chartis evolvendis notaverimus?

bus, qui harum rerum notitiam ſibi comparare ſtudent, minimè ingrata, & inutilia futura credebamus, ea noſtræ Diſputationi appendere eſt viſum.

1. Veteres nō ita Indictionum peritos fuiſſe.

17 Principio igitur animadvertimus veteres illos Indictionum vſum haud planè calluiſſe: ideoque non ſemel in earum appoſitione falſos eſſe. Id ex tribus probæ, ſi qua alia, notæ noſtri Tabularij Diplomatis conie&are licuit. primum eſt Alfonſi VI. æra 1118. hoc eſt anno Domini 1080. expeditum, cuius ſupra meminimus. In eo enim addita eſt Indictio IIII. cum non hæc, ſed III. in eum annū inciderit, vt norunt computi, vel leviter periti. Neque id nobis mirum accidit; rarus enim in Hiſpania noſtra Indictionum vſus, ei errori anſam dederit. Illud mirabilius, quòd in Pontificia quoque Diplomata Romæ, vbi Indictionum per quam familiaris vſus erat, expedita, idem lapſus irrepſit. Nam Gregorij VII. Diploma, quo noſtræ Domus antiqua iura roborantur, novaque conceduntur, anno Domini 1083. eius Pontificatus XI. expeditum eſt, cui non 6. vti par erat, ſed 7. indictio eſt ſubiecta. Extat aliud quoque Vrbani II. datum apud Clarummontem Arverniæ anno Domini 1096. eius Pontificatus anno 8. quod Indictionem III. præfert, cùm quarta ſit propria eius anni.

Ac proinde non ex ijs pravè appoſitis Diplomatum fides n utat.

18 Quid his ergo Diplomatis faciemus? an ea cum Hermenegildo quopiam falſitatis damnabimus? at id fieri nō poteſt, ſine nota temeritatis. tam multa ſunt, quæ pro eorum ſincera fide faciunt. Facit in primis quòd multiplicia in noſtro S. Facundi Tabulario, eaque vetuſtiſsima, horum omniū Diplomatum exemplaria deſcripta reperiantur. nō eſt autem veroſimile Monachos in falſatorum, aut certè ſuſpectorum Diplomatum deſcriptione, operam perdituros. Deinde eadem alijs Regijs, Pontificijſve Privilegijs indubitatis ad verbum inſeruntur. Quis autem non videt, falſa pro veris ab talibus Heroibus approbanda minimè fuiſſe? Denique nihil ex horū confictione Diplomatum Monachi commodi reportabant. nā eadem illa, quæ in his ipſis conceduntur, aut ab ijſdem Regibus, & Pontificibus aliàs, aut ab eorum ſucceſſoribus, præſertim Paſchali II. Cæleſtino item II. Eugenioque III. conceſſa ſunt, ſuperiorum Pontificum conceſsionis mentione factâ, eorumque haud ſemel verbis vſurpatis. Quid igitur Monachis cauſæ erat, cur Diplomata, vnde nihil ad Cœnobiū vtilitatis redun-

redundabat; paſsim confingerent? maneat ergo ea Privilegia ſincera eſſe, nihil indictionis errore ſuſcepto, eorum fidei, veritatique derogante.

19 Sed ne quis fortè hanc rem exemplo carere ſibi perſuadeat, nonnulla ſubijcio, in quîs, ſimilis error occurrit. Extat apud Ioannem Rubeum noſtrum in epiſtola nuncupatoria vitæ Bonifacij VIII. Sergij Caietani ſubſcriptio, facta anno Domini 963. cuius ipſiſsima verba damus. *Menſe Martio V. Indictione Memoratorium facto a nobis Sergium Caietanum filius Domini Ioannis Conſulis, & Ducis Caietæ.* Cum tamen eo anno, non quinta, ſed ſexta Indictio in curſu fuerit.

Quod è ſubiectis exemplis liquet.

20 Apud eundem autem Rubeum, itemque apud Bzovium tom. 13. ad annum Domini 1294. extat Fidei Profeſsio ab eodem Bonifacio facta, cuius tale eſt exordium. *In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis anno Dominicæ Incarnationis 1294. Indictione octava, ego Benedictus Caietanus &c.* Conſtat autem non octavâ, ſed ſeptimâ Indictione eum annum præditum fuiſſe.

Deinde ex libro Anniverſariorum Baſilicæ Vaticanæ fol. 144. hæc laudatus Rubeus in ſuæ Bonifacianæ Hiſtoriæ appendicem tranſtulit. *In nomine Domini amen. anno eiuſdem 1303. tertia indictione, V. idus menſis Octobris, obijt ſanctæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. &c.* Is tamen annus non tertiam, ſed primam indictionem habuit. plura alia congerere liceret, ex quibus hac in parte à priſcis illis harum ſubtilitatum, aut negligentibus, aut ignaris, erratum paſsim eſſe, ſatis appareret. ſed enim ad alia properamus. Quæ adduximus, quam temerè nonnulla Diplomata, quòd hoc vel illo vitio laborent, explodantur, ſatis abundèque non pervicaci lectori perſuaſerint. nimirum excultiſsimi noſtri ſæculi homines, ſui ſimiles rudium illorũ ſcriptores, & notarios imaginantur. atqui illi profunda barbarie laborabant.

21 Illud ſimul animadvertimus veteres illos in noſtra vtique Hiſpania, Kalendarum vſum magnam partẽ ignoraſſe. Id ex pleriſque probæ in primis, & ſpectatæ fidei Diplomatis in quîs Feria addita fuerat, cernere licuit. Cum enim ea ad computi regulas exigeremus, ſæpe ab his diſcrepare deprehendimus. quare cum ipſos Feriam, in qua Privilegium expedire

Kalendarum vſus priſcis haud ſatis notus.

diretur ignoraſſe non ſit veriſimile (vix enim eius rei ignoratio, vel in ruſticum,& humanitatis omnis expertem hominem cadit) in Kalendarum, quarum non ita expoſita, & obvia notitia eſt,ignorationem, erroris eiuſmodi cauſam conferimus. Nec vero illorum temporum ſimplicitatem, barbariẽque reputanti hoc mirum accidet. Cum multò graviora, & Orbilij digna ferulâ, ipſos peccaſſe conſtet. itaque, qui Privilegia hoc vitio laborantia in ſpuriorum, & falſatorum ordinem redigunt, næ illi nimiùm quantùm falluntur, atque in ſcirpo, quod dicitur, nodum quærunt.

22 Neque verò putet quiſpiam nos egregiè hallucinatos eſſe, qui Priſcos Kalendas pro diebus, quos vocant, currẽtibus, haud rarò vſurpaſſe, ignoremus. Ita vt octavo v.g. Kal. Maij idem apud illos valeat, quod die Maij octava. non enim iſtud, quidquid myſterij eſt, nos latebat. vt in Privilegio ab Ordonio Montenſi Cœnobio conceſſo pauló ante obſervavimus. Sed cum tùm in hanc,cùm in omnem aliam partem nos verſaremus, aliquoties calculum minimè reſpondere, liquidò, ac citra omnem tergiverſationem, deprehendimus.

23 Ad hæc formam characteris, quæ quovis ſæculo maximè invaluerit, accuratè notavimus, & nõnulla cum alijs ante 200. annos ſcriptis optimè conſentire, alia ab his, & illis, quamquam eodem anno, adeoque ſæculo expedita, diſsidere comperimus. Nimis ergo debile, quod iam ante monuimus, nothi, an verò germani Diplomatis argumentũ eſt,quod ab characteris forma, quæ eo maximè ſæculo viguerit, arceſſitur. quare ſicut illa, ſi cetera deſint, pro ſinceris habenda nõ ſunt, ita iſthæc, ſi nihil aliud obſtet, in nothorum, & confictorum numerum referri non debent.

Characteris Xᶜ valor.

Illud denique animadvertimus characterem Xᶜ ſemicirculo ſupernè inſignitum, de quo ſuprà diximus, atque pro numero quadragenario ſumi fusè oſtendimus, ante 400. aut 500. etiam annos, paſsim in noſtra Hiſpania notum, & pro illo ſumptum fuiſſe. Cuius ignoratio his poſtremis temporibus, aliquot ab litteris Gothicis antiquatis, annis an ſæculis, demum obrepſit. id evidentiſsimè conſtat ex quodam Diplomate Alfonſi Sapientis dicti. Hic enim in eo Privilegio Hiſpanicè concepto, cui aliud Alfonſi III. ad verbum inſeritur, numerum D C C C C X'I I. Romanis numeris ita reddit,

DC

DCCCCXLII, quod idem cernere eſt in aliis tùm huius, cùm aliorum veterum, & GothicorumDiplomatum apographis. vt luce meridianâ clarius ſit, eo charactere quadragenarium numerum deſignari. Hæc pauca habuimus, quæ lectorẽ noſtrum non latere, eius, noſtraque intereſſe cenſuimus.

24 Aliquot, poſtquam ſuperiora conſcripſeram, annis ad manus noſtras pervenit V. C. D. Ioannis de Mabillon Benedictini opus egregium de Re Diplomatica. ex quo tum alia pleraque, cùm iſtud quod ſubijcio, didici. Animadvertit vir doctiſsimus triplicem Indictionum vſum fuiſſe, Pontificium, Conſtantinianum, & Conſtantinopolitanum. ac primus quidem à Pontificibus Romanis paſsim vſurpatus ab Ianuarijs Kal. ſecundus à Conſtantini Principatu ſic dictus, ab VIII. Kal. Octobr. poſtremus denique ab Orientalibus Impp. adhibitus, ab Kal. Septemb. proficiſcitur. Nec ſanè ea nos res latebat, qui id pridem ex Petavio didiceramus. at Romanos Pontifices ab Kal. Septembris novam Indictionem auſpicatos eſſe, nuſquam, præter quam in Gregorij M. epiſtolis, notaveramus. Sed enim Gregorium VII. idem inſtitutum tenuiſſe, optimè Mabillonius notavit. Nam in Litteris datis Laurenti III. Non. Septembr. addit, *Indictione incipiente XV.* tum in omnibus ferè eius epiſtolis idem ſtylus perpetuò obſervatur. Ex quo dubium evaneſcit, quod ſuper ampliſsimo eius Diplomate San-Facundino Archiſterio conceſſum, motum fuit. Licèt enim annus eius expeditionis 1083. Indictionem VI. Kalendis Ianuarijs habuerit, quæ, iuxta vulgatum morem, ad finem anni tenere debuiſſet, at iuxta Gregorianum ſtylum, ad Septembrim vſque ſolummodò tenuit, indeque nova, nempe ſeptima, quam Diploma præfert, auſpicata fuit. quare id inde colligimus, quamvis menſis expediti Diplomatis in eo non exprimatur, poſt Auguſtum tamen conceſſum fuiſſe, cum Septembri ſeptima, quam habet Indictio, inierit. quod Gregorij cùm M. tùm VII. pleroſque Summos Pontifices inſtitutum tenuiſſe, pluribus, quibus conſultò abſtinemus, inſtrumẽtis productis confirmare poſſemus.

Indictiones Pontificiæ nonnunquam ab Septembri auſpicatæ.

Gregorij M. & VII. is ſtylus fuit

Et aliorum SS. PP.

25 Sed quid Alfonſi VI. Diplomate fiet, quod anno D. 1080. VIII. idus Maij conceſſum, non tertiam, vt par erat, ſed IV. quæ ſtylo Gregoriano Septembri inijt, Indictionem habet? principio putamus aliquot à conceſsione menſibus hâc poſtre-

In Diplomate Alfonſino Indictionis vitium vnde?

Digitized by Google

poſtremam, vt vocant, Datam additam fuiſſe. quarè potuit id fieri poſt Kal. Septembris, vnde ſtylo Gregoriano quarta Indictio incipit. Nec verò ita factum temerè ſuſpicamur. poſtquam enim Diploma concluſſum eſſet his verbis: *Textus atque tenor conceſsionis iſtius deſcriptus eſt VIII. idus Maj Æra MCXVIII. Ego Ildefonſus Rex vna cum coniuge mea Regina Conſtantia hoc Regale teſtamentum propria manuum deſignatione ad notitiam futurorum confirmamus, atque roboramus.* His, inquam, præmiſsis, quibus aliorum, de more, ſubſcriptiones ἀμέσως ſuccedere debebant, hæc interijciuntur. *Anno Dominicæ Incarnationis MLXXX. Indict. IV. anno VIII. Gregorij VII. Papæ.* Et deinceps aliorum ſubſcriptiones ſequuntur. quare non ſine argumento, vt dicebam, hanc poſtremam Datam aliquot à priore menſibus additam puto. vt vt ſe res habeat, haud profectò mirandum, ſi in Hiſpania, tam longè à Romana curia, in huiuſce characteris noſtris inuſitati, vſu aberratũ fuit. quando nõnullos errores cùm in huius, tùm in alio aliorum characterum áppoſitione ſuſceptos eſſe, mihi ſit compertiſsimum. Vide clariſs. Mabillon. de Re Diplom. L. 6. corollar. 1. pag. 623. & 624. vbi pleraque ex eruditiſs. Baluzio huiuſcemodi errata producit.

In Tridentinæ Synodi Bulla confirmationis mendũ in Data obrepſit.

26 Sed vt pluribus, quæ ſuprà innuimus, abſtineamus, facere non poſſum, quin maximè illuſtre huiuſcemodi παροραμάτων exemplum ſubijciam. Id res tanti momenti, quanti erat Tridentina Synodus, nobis ſuppeditat. cum enim ea anno Domini 1564. confirmata ſit, Bulla tamen Confirmationis non hunc, ſed ſuperiorem 1563. præfert. porrò in annum Domini 1564. ſacroſanctæ illius Synodi Confirmationem competere, certo certius eſt. Nam imprimis vltima eius Seſsio, quæ eſt 25. die Decembr. 4. anni 1563. abſoluta eſt. tùm eiuſdem Synodi Confirmatio die Mercurij, quæ fuit 26. Ianuar. anni 1564. petita & obtenta. Eadem porrò die Bulla Confirmationis expedita fuit, cuius Data eſt huiuſmodi. *Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo tertio, ſeptimo* Kal. *Februarij Pontificatus noſtri anno V.* Pius IV. anno 1559. in peruigilio Natiuitatis Dominicæ, Summus Pontifex omniũ PP. ſuffragijs creatus fuit. quare quintus eius annus, anno 1563.

octa-

octavo Kal. Ianuarias iniit. Bulla igitur Februario, Pauli 5. anno, expedita, anno 1564. confecta fuerit. Et tamen annum 1563. eumque non numericis notis,in quìs facilior lapſus;ſed verbatim, ac ſyllabatim præfert. aliud ergo Notarius agebat, cùm eam conſcriberet.

27 Neque dicas id mendum Editionis, in quam incidimus, eſſe. Nam cum plurimas, eaſque ſat probæ notæ, huius Concilij editiones conſuluiſſemus, idem vbique mendum hærere deprehendimus;quod à Typographis profectum fuiſſe veri non eſt ſimile. ſanè inter pleraſque, eaſque optimæ notæ, Tridentinæ Synodi editiones; Regiam illam & magnificam ex Luparæâ Typographiâ 37. tomis in lucem,anno 1644. datam, conſuluimus; in quâ idem mendum, quod in alijs, hærere deprehendimus,ne quis eius in Typographi incuriam culpam conijciat. Labbæanam noviſsimam nobis conſulere non licuit. ſed in eius Synopſi nulla huiuſmodi mendi mentio iniicitur.

Idque non à Typographorum incuria,

Dudum erat cum iſthæc conſcripſeramus, cum in recentiores aliquot laudatæ Synodi editiones incidimus Lugduni excuſas apud P. Guillemin Lugdunenſem Typographum (harum poſtrema prodijt an. 1685.) è quibus hocce mendum ſublatum fuerat;quæque apertè *Datam* Bullæ Confirmationis anno 1564. prout ſcribendum à principio fuit, addicunt. Id ſuſtuliſſe videtur V. C. Philippus Chifletius, qui hanc ſacroſanctam Synodum typis Plantinianis ante aliquot annos edendam curaverat quam fieri poſſet emendatiſsimè. At in vetuſtioribus pleriſque omnibus mendum hæret, vt diximus.

Hoc animadvertit Cherubinus, qui in Bullario tom. 1. in Pio IV. annum 1564. pro 1563. in huiuſce Bullæ Data ſubſtituit, anno tamen 1563. quem vulgatæ Concilij editiones præferebant, ad oram enotato. quare quin hîc per Notarij incogitantiam aberratum ſit, nihil dubij relinquitur. Si igitur in re tanti momenti (quę eſt humanæ conditionis fragilitas, & ἀβλεψία) talis error admiſſus fuit; quid mirum ſi in alijs levioribus, alij nonnunquam ſurrepant, & occurrant? Profectò ſi hæc Bulla producta eſſet ex Benedictinorum ſcrinijs, vt, Deus immortalis! nobis adverſarij inſultarent, quot excitarent tragædias, quã multa de noſtrorum hominum fallacijs, dolis, technis, inſtrumentorum adulteratione, ac ſuppoſitio-

Sed ab innata humano generi ἀβλεψία

ſitione trophæa erigerent? deſinant ergò tandem nugari, meliorem que mentem, tam illuſtri exemplo moniti, induant; ſciantque homines quantumvis doctos, circumſpectos, acutos, quandoque dormitare, neque nigrũ paſsim theta, probi alioqui commatis, inſtrumentis, ob quodvis demum vitium, præfigant. Alioquin anſam noſtris hominibus dabũt, apud ſe premendi, quas Maiores noſtri, velut ingentis naufragij tabulas, in noſtris Bibliothecis, ac Tabularijs collegere, ac per tot ſæcula ſumma cum fide iuxta ac curâ aſſervarunt venerandæ antiquitatis reliquias. Nam ſtultitiæ an dementiæ extremæ fuerit, eâ lege de alijs benemereri, vt interim talem navatæ operæ & fidei, cuiuſmodi à pleriſque retullere, mercedem recipiant.

Ad Benedictinomaſtigas monitũ ſalubre.

28. Sed nefas fuerit illud omittere, quod V. C. Mabillonius in ſua eruditiſsima Præfatione ſæculi V. Benedictini animadvertit num. 49. nec Epitomes Benedictinæ diligẽtiſsimus Auctor tom. 1. L. 3. cap 27. intactum reliquit. Ex quo ὀφθαλμοφανῶς apparebit, quam temerè nuperi Ariſtarchi ſententiam ſubinde præcipitent. Ergo in Vita S. Bertæ Abbatiſſæ Avennacenſis à quodam M. B. ſcripta, quam Socij Bollandiani in ſui Maij tom. 1. pag. 115. producunt, hæc leguntur. *Omnia autem ædificia officinarum Sanctiſsima Mater, ſicut S. Bened. præcipit, circa ædem Deo militantium cõſtruxit, excepto molendino &c.* vbi τὸ *S. Bened. præcipit* P. Henſchenius incunctanter expunxit; aurea planè hac annotatione ſubiecta. *Merum gloſſema Benedictini alicuius, hoc vnum ſpectantis vt crederetur Cœnobium S. Bertæ ſub Regula Benedictina à principio fuiſſe.* audivimus decretoriam V. C. cẽſuram: nunc eius rationem audiamus. *Quia*, inquit, *ſi ab eo requiram quanam Regulæ ſuæ parte quidquam de numero vel ordine officinarũ ac nominatim de Molendino præcipiat S. Bened. debebit cum rubore fateri S. Bened. nomine nihil à ſe aliud cum veritate potuiſſe intelligi, quam vſum receptum in Monaſterijs tunc cum iſta adderentur à Benedictinam Regulam profitentibus.* hæc ille.

Gloſſema à P. Henſchenio ſublatum ex Vita S. Bertæ conſcripta à M. B.

29 Quæ qui illum velut è tripode fundentem audierit; quid aliud putabit, quam Regulæ Benedictinæ capita omnia, periodos, ſyllabas, ſinguloſque apices, non minus quam digi-

Digitized by Google

tos ſuos, ei nota & velut in numerato fuiſſe? atqui peream, ſi Henſchenius hoc, non dicam veterano, ſed vel Tyrunculo Benedictino obijciat, niſi id riſu an indignatione excepturus ſit: qui identidem cap. Regulæ ſanctæ 66. legerit & audiverit; vbi hæc ad verbum leguntur. *Monaſterium, ſi poteſt fieri, ita debet conſirui, vt omnia neceſſaria, id eſt aqua, Molendinum, hortus, piſtrinum, vel artes diuerſæ intra Monaſterium exerceantur, vt nō ſit neceſsitas Monachis vagandi foras &c* quæ verba non Monacho illi qui S. Berti Vitam ſcripſit, an excripſit, ſed importunè ex eo quærenti Henſchenio ruborem incutiant. Nā vt ab alieni inſtituti homine Benedictinæ Regulæ peritiam haud exigimus, in eo tamē qui ſui inſtituti ac regulæ Benedictino imperitiam exprobrat, iure requiritur.

Sed iniuria.

Cum differtè eorum, quæ ab illo M. afficta putat, Regula ſancta meminerit.

30 Neque verò hoc omittere viſum fuit: pleroſque reperiri, qui ſi apud aliquem ſynchronum & idoneum authorem aliquid legerint, quòd rei in aliquo, quantumvis probi commatis, inſtrumento contentæ repugnet, id continuò falſitatis condemnant, quaſi auctor ille, vt vt doctus & accuratus, labi & errare facilè non putuerit. qua in re immanè quantum peccant, & ſententiam præcipitant. Appoſitiſsimum exemplum Mabillon. L. 3. de Re Diplom. cap. 6. producit. Nam cum Cornelius Nepos diligens ſcriptor, & Ciceroni admodum familiaris, eum ætatis ſuæ an. 23. primam cauſam publicè egiſſe memoriæ prodiderit, id ante annum 26. minimè factum Gellius lib. 15. cap. 28 vincit. Sed & ſi quod inſtrumentum expeditum eſt, quo vera Ludovici M. Regis Galliæ inaugurationis aſsignetur dies, olim in ſuſpicionem falſitatis fors veniet, ſi producatur aliquis nummus ex his, qui hanc referentes percuſi ſunt, quòd aliquot dierum, neſcio quo caſu, inter eam quam nummi præferunt, & veram, diſcrimen interceſſerit: vt idem ibidem affirmat.

Cur plerique antiqua inſtrumenta falſitatis damnent?

Etiam accurati ſcriptores in rebus ſui ævi prodendis lapſi.

Inſigne eius rei exemp.

31 Sed libet ex media Hiſtoria noſtrate aliud imprimis nobile exemplum ſubijcere. Omnes fermè noſtrates Hiſtorici conſentiunt D. Hermenegildum Hiſpali ab immani parente Leovigildo occiſum. Cuius rei in illa Hiſpaniæ Metropoli egregium monumentum Turris, in qua SS. Martyr pro fide Catholica, datis ſtrenuè cervicibus, occubuit, hodieque colitur & viſitur. & tamen I. Biclarenſis illius temporis, &

Biclarenſis Tarracone S. Hermeneg obtruncatum prodit.

Digitized by Google

& fidei alioqui ſpectatiſsimæ, ſcriptor, Tarracone S. Principem in vincula coniectum,& obtruncatum ſcriptum reliquit.

32 Sed illud omnem admirationem ſuperat; eumdem Biclarenſem Leovigildo homini Ariano infenſum, & à quo in exilium miſſus fuerat, hæc de S. Martyre ſcribere: *Leovigildus Rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit*. At longè adhuc mirabilius Iſidorum Leandri fratrem, quem ille Parentis loco habuit, quique Hermenegildi Catholici partibus favit, nec Leovigildi ſcelera tacitè tulit, quemque noſtrates hiſtorici produnt Principem Martyrem ſanguine contigiſſe; hunc, inquam, penè incredibile videtur hæc de Hermenegildo literis conſignaſſe: *Hermenegildum filiũ imperijs ſuis tyrannizantem ante obſeſſum exſuperavit.*

Idem cum Iſidoro improbaſſe videtur eius cum Parente diſsidia.

33 Iam apud vtrumque de miraculis, quæ in eius Paſſione accidiſſe M. Gregorius locuples teſtis eſt, altiſsimum ſilentium. Hæc ſi in aliquo ex Benedictinor. Tabularijs producto Diplomate extarent, quam, Deus immortalis! liberaliter vapularent Pellicerij, Pulgarij, Hermenegildi, & ſimilium ſtylo! & tamen ea cum tot ſcateant difficultatibus, omnes eruditi concoquunt, neque in νοθείας ſuſpicionem ſive Biclarenſis, ſeu Iſidori Chronicon adducunt. qua ergo fronte nuperi Ariſtarchi adeo petulanter Benedictinis inſultant, ſi quid, quod eorum malè ſano palato minus arrideat, è ſuis Archivis producunt? Nempe illi ſimiles ſunt, qui vt Mabillonius pag. 624. ſæpè laudati operis teſtatur, quamdam Bullam quia punctulus deerat voluit aſtruere falſam eſſe apud Innocent. L. 13. epiſt. 54. Editionis Toloſſanæ. item ob ſigillum poſitum ex tranſverſo, ibid. L. 14. epiſt. 87. vſque adeo delicatuli, faſtidioſique ſthomachi noſtri Ariſtarchi ſunt; qui interdum, ſuis modò commentis faveant, ferrum, ſilices, ſaxa, & ſi quid durius, inſtar ſtrutionum avidè vorant, leviumque inſtar cupediarum deglutiunt.

Vterque de miraculis, quæ in eius Morte accidiſſe Greg. ait, ſilet.

34 Nec prætermittendum eſt quòd P. Papebrochius dicti Propylæi num. 103. falſatorum Diplomatum invidiam omnem in Monachos noſtros dirivat. quod quam atrox ſit nemo non videt. Iam San-Dionyſianum Archivum inter omnia Europæa celeberrimum, certè nulli ſecundum, à noſtris (nam à quibus alijs?) corruptum, & notis infarctum Diplomatis his verbis ſignificat num. 125. *Porrò hactenus deducta*, inquit, con-

Papebroch. multa San-Dionyſiani Tabularij inſtrumenta improbat.

con-

conſiderans, & in toto Francorum regno nullam omninò chartam ſinceram ac genuinam reperiens ante regnum II. Dagoberti, paucisſimas autem ſub illo, atque poſt illum vſque ad ſecundæ ſtirpis Reges ſcriptas haberi, quæ vel authographæ dici poſsint, vel ex authographis fideliter deſumptæ; vehementer laudo monitum I. Mareshami (vide cuius hominis fides R. P. potior ſit, BB. Catholicorum, (vt nihil aliud addam) hominum fide) *Hetherodoxi quidem circa religionem, ſed a Monachis, reque Monaſtica minimè alieni, datum in Propylæo ad Monaſticon Anglicanum*; cautè intuendæ ſunt huiuſmodi chartæ, quæ fidem „ habent eò minorem, quò maiorem præferunt antiquitatem. hæc ibi.

Gnome à Mareſhamo deſumpta.

35 Nec tantam vnico ictu Diplomatum ſtragem edidiſſe contentus, hæc ſubdit: *Dagoberti Regis & fundatoris* (San-Dioniſiani Cœnobij) *priuilegia ſeptemdecim, filiorum, ac ſucceſſorum eius ſeptem alia, tum octo Pipini, ac rurſus ſeptemdecim Caroli Magni ſubijciuntur, & ſic deinceps; quæ vel omnia, vel pleraque malæ fidei ſunt, vt ex iam dictis facilè poterit dijudicare diligens Antiquitatum San Dionyſianarum ſcrutator.* Euge, Papebrochi! ad ſolum omnia Benedictina Tabularia dediſti, idque vnico ictu. quid ſi plures dirigas? vereor ne tam animosè exploſum fulmen etiam ſacra Biblia, ſi quæ, vt fit, in noſtris Archivis extant, pariter corripiat.

Qua ingentẽ Diplomatum ſtragẽ edit.

36 Interim vt ſciat lector, quo iure P. Papebrochius ita ſeverè, ne dicam iniquè, de San Dioniſianis Diplomatis pronunciet; hæc verba Mabillonij, qui eadem accuratè inſpexit, & excuſsit, ſubijcimus. Ego verò, inquit V. C. me non „ in diligentem Archivi San-Dioniſiani ſcrutatorem profite- „ ri auſim, atque indubitanter pronunciare, vel omnia, vel „ pleraque bonæ fidei eſſe: nec quidquam contra illa confici „ ex regulis Papebrochianis, quando quidem illæ aut falſæ, „ aut dubiæ ſunt. vt ex iam dictis poteſt dijudicare diligens „ lector. Neque porrò tantum illa Dubletiana, quæ probamus, „ ſed alia multa, quæ hic edimus, Merovingica Diplomata „ optimæ ſunt fidei ac notæ, vtpote ex ipſis authographis ſin- „ ceris ac genuinis eruta. Nec meo tantum iudicio rem diju- „ dicavi, ſed in ſubſidium acceſſivi eruditiſſimos ac clariſſi-

Sed immeritò vt Cl Mabill. teſtis oculatus confirmat.

„ Viros Anton. Favrum, D. Sorbonicum; Carol. Freſnium
„ Changium, Anton. Vvion. Herovvallium, Stephan. Balu-
„ zium. I. Bapt. Cotellerium (bone Deus quos viros!) qui
„ omnes has venerandæ antiquitatis reliquias oſculati ſunt,&
„ calculo ſuo comprobarunt. Poſſem & hoc loco primæ claſ-
„ ſis togatos Viros teſtes afferre: ſed vereor eorum dignitati
„ facere iniuriam eos citando teſtes, quos iudices & arbitros
ſuſpicimus. Hæc vir doctiſsimus & modeſtiſsimus. Cuius vi-
ri, qui omnia fermè Galliæ, Belgij, Germaniæ, & Italiæ Ar-
chiva per otium inſpexit & excuſsit, iudicium, Papebrochia-
no, qui, vel ipſo ingenuè fatente, pedem nunquam domo ex-
tulit, nec Tabularia excuſsit, hinc inde corrogatis Diploma-
tis contentus, pluris ne fieri debeat, lectori candido æſtimã-
dum permittimus. qui plura volet adeat laudatum Mabillon.
de Re Diplomat. L.3. cap.2.

FERDINANDI M. CASTELLÆ COMI- mitis celeberrimum Diploma examinatur, & ab omni fraudis ſuſpitione aſſeritur.

Diploma celeberrimum ad examẽ vocatur.

1 QVO Noſtri autem, haud ſemel hoc in opere perſ-
pecti candoris, nobile imprimis lectori ſpeci-
men demus, lubet huc adducere, atque ad exa-
men vocare celebre illud Ferdinandi Gundiſalvi M. Caſtellæ
Comitis Diploma, Æmilianenſi Cœnobio tota Hiſpania ce-
leberrimo conceſſum, quod noſtratium Hiſtoricorum diu
torſit ingenia, eoſque in partes diviſit; alijs id accerrimè ſar-
tum tectum ſervare, omnique ex parte purum & illibatum
oſtendere annitẽtibus; alijs porrò ſpurijs, & adulterinis haud
minore conatu accenſentibus.

Quod nos ſartum tectum ſervare ex facili poſſemus.

2 Et verò quæ adverſis illud hucuſque à viris, quan-
tumvis doctis, allata ſunt, id ponderis non habent, vt ſi nobis
tricari, aut tergiverſari, pro, pluſquam par eſt, recepto more,
liberet, eorum vim eludere, ictuſque hactenus intentatos de-
clinare facilè non poſſemus. quod nobis, quibus veritate ni-

hil

hil antiquius, nihil potius eſt, nefas prorſus, atque ab hiſtorico candore alienum, videtur. itaque omni affectu privato poſito, quid de ipſo ſtatuendum omninò ſit, quoque loco haberi debeat, candidè ſubijciemus.

3 Aſſerimus ergò Diploma illud vſque adeò decantatum, ac pro authographo antehac à pleriſque habitum, haud authographon eſſe, ſed ex ipſo pravè deſcriptum exemplar, in quod non vna labes obrepſerit. At id pro authĕtico nõ agnoſcimus.

4 Neque verò hic coniecturis quantumvis validis, & ſpecioſis, ſed obſignatis, quod dicitur. tabulis agemus. Diſpiciamus ergò, ecquod pro ſe ipſum Diploma teſtimonium dicat? vt num cum alijs eius.dictis cohæreat, per otium examinemus. *In æra*, ait vulgatum Diploma, *nongenteſima ſeptuageſima ſecunda* (is eſt A. C. 934.) *XIIII.* Kal. *Auguſti, ſolis* (*lumen* alicubi, non malè, interponitur) *die ſexta Feria amittens lucendi virtutem, obſcuratum conſtitit ab hora ſecunda in tertiam.* Hactenus Diplomatis illius commation, quod multiplici controverſiæ anſam dedit: ac, ne quis in notas arithmeticas mendum fors obrepſiſſe cauſetur, en quibus verbis Diploma claudatur. *Factum Priuilegij primordium, & perpetuum eius firmamentum, in æra ter terna centena, ſeptieſque dena, binaque ſuperadaucta.* Vbi vides, quæ antea notis numericis exprimebantur, ea totidem diſtinctis vocibus exprimi. Quod ex ipſius verbis oſtĕditur.

5 Principiò igitur illud adverſus Diplomatis huius fidem ſatis probabile exceptum eſt, in Feria, aut æra, aut certè menſis die, aberratum eſſe. Cum enim annus Chriſti 934. ſolis cyclum 19. atque adeò literam Dominicalem E, procul dubio habuerit, ex eo efficitur diem XIV. Kal. Auguſti, ſeu Iulij 19. non fuiſſe ſextam feriam, ſed ſeptimam. quod vel chronologicæ artis tyrunculis notum eſt. Cumque credĕdum non ſit, in re tam facili, & obvia, ac penè ruſticis notâ, errorem obrepere potuiſſe, in tanti præſertim inſtrumento momĕti, quanti laudatum Diploma eſt: id exſcriptoris vitio, an fraudi, non cõceſſoris, aut illius Notarij, imputari debet. quare iſtud quidquid eſt Diplomatis plani cuiuſdam ac impoſtoris commentum eſſe, non Magni illius Comitis fœtum. Quanquam id nõ ſatis evincũt, quę in illud critici noſtri cõgeſſerunt.

6 Sed enim vt vt ſpecioſa & probabilis iſthæc obiectio ſit, nõ eiuſmodi tamen eſt, cui non ſat probabiliter queat

 reſ-

In Kalendis computádis haud rarò error obrepit.

reſponderi. Quanquam enim verum eſt quod aſſumitur neminem, quantumvis rudem, feriam hebdomadæ, diem menſis, annum denique labentem ignorare ſolere; Kalendarum tamen vſus, qui in dicto Diplomate adhibetur, non vſque adeò facilis & obvius cuivis eſt, quin in earum calculum error, per oſcitantiam, aut imprudentiam Notarij, irrepere queat. eiuſmodi nos hallucinationum haud vnum alibi exemplum dedimus. quare plura ſuper hac re hic addere neceſſe non eſt.

Ratio noſtræ aſſertionis invicta.

7 Id igitur quod rem planè conficit, nec pro omnimoda Diplomatis ſinceritate propugnantes hiſcere ſinit, eſt id quod iam ſubijcimus, à nemine, quem ſciam, noſtratium animadverſum. Ergò in verbis Diplomatis ſupra adductis Solarem Eclipſin in diem XIV. Kal. Iulij eius anni, in quem annum celebris illa Victoria de Saracenis à noſtris obtenta inciderit, accidiſſe, haud ambiguè continetur. atqui id in annũ Chriſti 934. vti vulgatum Diploma præfert, minimè competit. Nam is annus Cyclum lunarem habuit 4. epactam 11. quare iuxta vetus Kalendarium dies Iulij 19. illius anni, Lunę quarta, aut quinta fuit. Iuxtà Tabulas autem Epactales Riccioli correctiſsimas, Novilunium medium Iulij prædicti anni, incidit in eius menſis diem quartam-decimam hor. 0. min. 4. poſt meridiem. quæ ab Iulij decima nona quinque diebus ſolidis diſtat. cumque nemo neſciat, ſolarem Eclipſin extrà novilunium accidere non poſſe, diem Iulij XIX. in qua deliquiũ illud accidiſſe noſtrum Diploma exertè aſſerit, ad annũ 934. vt ibidem legitur, minimè pertinere, luce ipſa meridianâ clariùs patet.

Ex eo quod die Iulij 19 an. 934. neque Noviluniũ neque adeò Eclipſis Solis accidere potuit.

Eclipſis de qua Diploma loquitur naturalis fuit

2 Neque verò argumenti noſtri vim effugies (quod plerique noſtrates Hiſtorici, tametſi aliud agentes, innuere videntur) ſi dicas illam Eclipſin prodigioſam, ac præter naturæ conſuetum ordinem fuiſſe, ac proinde extra luminarium copulam accidere potuiſſe. Hoc enim oppidò leve eſt, neque argumenti noſtri invictiſsimum robur elidit. Nam, præterquamquòd qui hunc in modum reſpondent, ad miracula, aſylon ignorantiæ, ſine cauſa confugiunt, ipſamet Diplomatis verba deliquium illud naturale fuiſſe ſat indicant. *Obſcuratum conſtitit* (lumen ſolis) inquit, *ab hora ſecunda in tertiam.* Si enim illa ſolis defectio, vt adverſarij pertendunt, extra naturæ præſcriptum accidiſſet, veri nullo modo ſimile eſt,

Alioquin diutius tenuiſſet.

tam

tam brevi deſituram. Cum huiuſmodi prodigia per diu durare ſoleant, quò hominum oculos in ſe advertant, impendentiſque mali notitiam impreſsiùs ingerant.

9 Adde quòd paucis poſt annis, vt mox dicemus, Solaris Eclipſis ordinaria reperitur, quæ in diem Iulij 19. feriam ſextam, horamque ſecundam & tertiam, præter propter, incurrit, quibus notis, & velut charaćteriſmis illud Solis Deliquium noſtrum Diploma inſignit. Ridiculum autem videtur, & ad vim argumenti eludendam vnicè excogitatum, ſi quis dicat, duo prorſus ſimilia Solis deliquia, intra quinque annorum periodum contigiſſe, quorum alterum iuxta præſcriptas naturæ leges, alterum præter illas fuerit.

Et poſt quinque annos iiſdem inſignita notis naturalis Eclipſis reperitur.

Neque dici poteſt aliquam maculam, ex his, quas Neoterici Philoſophi, Lynceique Mathematici nuper in Sole detexerunt, eius radios intercepiſſe, ac deliquij ſpeciem intuentium oculis repræſentaſſe. cuiuſmodi nonnulla Phænomena Scheiner. L.4. ſuæ Roſæ Vrſinæ, parte 2. cap. 13. pro veris Eclipſibus habita, producit. Nam imprimis Maculam quæ talis modi phænòmenon ſpećtantiũ oculis ſubieciſſet, enormem fuiſſe neceſſe foret. quod ſi ita fuiſſet, integro mẽſe minimùm, ac fortaſsè pluribus is Solis pallor, luminiſque imminutio perſeveraſſet, vt recentiores obſervationes confirmant. atqui ab hora ſolùm ſecunda ad tertiã, vt exſertè Diploma teſtatur, is luminis, fulgoriſque Solaris defećtus tenuit, non hinc ergò, ſed aliundè originem traxit. Accedit quod incredibile prorſus videatur in eundem prorſus temporis articulum, in quem Solis defećtio naturalis, circa illa tẽpora, vt mox docebimus, incidit, hanc maculam in oculos incurriſſe. ergò vnum idemque vtrumque Phænomenon fuit, nec eſt vllum, quò in plura ſecetur, fundamentum.

Quam maculam Solis luminibus officientem fuiſſe aſſeri non poteſt.

10 Neque porrò probabilior eſt Ambroſij de Morales opinio (quanquam ab anno eius memorabilis Vićtoriæ minùs aberret) in quam plerique ex recentioribus, & in his doćtiſsimus P. Abarca S.I. Aragonẽſium Annaliũ nobilis in primis, & accuratus ſcriptor, abiere. Is enim in annum Domini 938. hanc Vićtoriam conijcit. In quam ſententiam eò deſcendit, quod in pervetuſto codice membranaceo, quod Compluti extat, hæc ſcripta repererit. *Æra*, ait laudatus Codex, 956. (is eſt A. C. 938.) *Venerunt Saraceni cum Rege Abder-*

Moralij opinio hanc Maurorum ſtragem in A. C. 938. differentis nihilo eſt probabilior.

 raman

Digitized by Google

ruman ad Septimancas. addit præterea ex hiſtoria triũ Epiſcoporum, quæ (quippe à teſtibus penè oculatis condita) magni apud eruditos ponderis eſt, conſtare celebre illud prælium, SS. Iuſti & Paſtoris feſtâ luce, quæ eſt Auguſti ſexta commiſſum eſſe, idque, ne quis dubio locus ſuperſit, feriâ ſecunda. Id autem ad amuſsim in eum annum convenit, qui Solis cyclum 23. literam Dominicalem G. habuit, adeoque ſexta dies Auguſti, feria ſecunda fuit. quare hunc annum ſuperiori 934. ab Diplomate aſsignato, præferendum putat.

Membranei Codicis fides nutat.

Sed enim hæc quantumvis ſpecioſa, magnoque à pleriſque, iiſque Hiſtoriæ & Antiquitatis Hiſpanicæ cõſultiſsimis, plauſu excepta, eiuſmodi non ſunt, quibus à certa & explorata ſententia diſcedere cogamur. Nam imprimis Membraneus ille Codex non eius notæ, & auctoritatis eſt, à quibus provocare non liceat. Itaque eius nudum ſimplexque teſtimonium plenam fidem non facit. Et alioqui facile fuit, vt pro Æra DCCCCLXXVII. vltimâ nota numerica evaneſcente, DCCCCLXXVI. legi potuerit.

In emaculatius exemplar N. Sandobalius incidiſſe videtur.

11 Ad id quod additur de charactere illo feriæ ſecundæ, quem tres illi nobiles Antiſtites aſsignant, illud excipimus; Sandobalium, qui in emendatiora illorum exemplaria fors incidit, non ſecundam vt vulgò legitur, ſed tertiam feriã, DD. Iuſti, & Paſtoris Natalitio, eo anno, aſsignaſſe. *Dedit* (ait Sandobalius ex hiſtoria laudata) *Dominus Victoriam Regi Catholico, qualiter die tertia feria, imminente feſto SS. Iuſti, & Paſtoris, deleta ſunt ex eis LXXX. millia Maurorum.* Ex quo apparet haud ita firmum, & invictum adverſus noſtrum Diploma argumentum eſſe, quod ex illorum teſtimonio depromitur. Et verò hanc à Sandobalio proditam lectionem cum noſtra ſententia ad vnguem convenire, paulò poſt, cum Bono Deo, oſtendemus.

Memorabilis ad Septimancas Victoria, in A. C. CMXXXIX. accidit.

12 Annus igitur in quem, tùm memorabilis illa Saracenorum clades, cùm ab noſtro Diplomate prodita Solis defectio, incurrit, fuit æræ communis 939. qui habuit cyclum ☉ 24. literam Dominicalem F. decem novennalem IX. & epactas itidem VI. In eo ſiquidem teſte Grandamico in ſuæ Chronol. Chriſtianæ L.4. c.6. viſa eſt Solis Eclipſis Salmanticæ (Septimancæ dici debuit, quanquam ob locorum viciniam, parum refert) digitor. 10. die Iulij 19. Feriâ 6. planè,

Si

Digitized by Google

ſi annum excipias ; vt in vulgato Diplomate legitur. eandem agnoſcit eodem die P. Billius ex Hepidanno in Annal. quibus adde rei Chronologicæ peritiſsimum Ph. L'Abbæum. Nos eandem ex Tabulis Aſtronomicis accuratiſsimis P. Riccioli deprehendimus, Illius medium, ſive obſcuratio Solis maxima, accidit Iulij prædicti anni die 18. hora 19. ſcrup. 53. p. m. hoc eſt hor. 4. m. 7. ante meridiem diei decimæ nonæ, ita vt illud deliquium partem horæ ſecundæ ab ortu Solis, & totam tertiam obſederit. omnia prorſus vt Diploma refert.

13. Qua in re vir ceteroqui doctus ; nec rei Aſtronomicæ prorſus ignarus, Ioannes Mariana S. I. hallucinatus eſt. putat enim τὸ *ab hora ſecunda in tertiam*, quod in Diplomate legitur, ad horas ſecundam tertiamque pomeridianas referendum eſſe. quod longè eſt ſecus. Nondum enim horarum æquinoctialium à meridie, aut media nocte numeratarum, qui nunc viget, vſus eo tempore introductus fuerat; quin antiquorum Romanorum, Hebræorum &c. more, noſtrates tempora computabant, diemque, ab Solis ortu ſumpto initio, in parteis duodecim dividebant, quarum illi propriorem *primam*, ſequentem *ſecundam*, & ſic deinceps ad occaſum vſque vocitabant. Circa illa autem tempora hunc horas numerandi vſum in Hiſpania viguiſſe, ex Actis S. Pelagij M. anno 926. paſsi colligitur. ibi enim legitur Sanctiſsimum Adoleſcentulum veſpere *hora X.* agonem conſummaſſe : id eſt bihorio antequam Sol occideret. quod ſi horæ hodierno more putarentur, non *veſpera*, ſed *noctu* id accidiſſet. Quare omnes, quos Diploma noſtrum characteres aſsignat, calculo Aſtronomico ad vnguem conſentiunt, ac in annorum ſolum numerum error obrepſit. Ne quis autem nos putet alienis dictis credentes, in hanc ſententiam, quæ omnibus noſtratibus Hiſtoriographis adverſatur, temerè deſcendiſſe; totius Eclipſis calculum in lectorum gratiam ſubijcere libuit.

Marianæ in hora Eclipſis aſsignāda lapſus.

 Calcu-

Calculus ſolaris Eclipſis, quæ Anno Chriſti CM.XXX-IX. accidit die Iulij 19. Feria ſexta Aureo numero IX. Cyclo Solis 24. litera Dominicali F. Hora p. m. diei 18. XIX. m. 57.

	Sig.	Gr.	M.	ſec.
Verus locus luminarium.	4.	0.	16.	
Anomalia Solis.	1.	5.	10.	
Anomalia Lunæ æquata.	5.	19.	12.	
Aſcenſio recta veri loci.		122.	30.	
Aſcenſio M. C.		61.	45.	
Parallaxis longitudinis.			53.	28.
Parallaxis latitudinis.			24.	10.
Motus horarius Lunę à Sole.			33.	
Synodus viſa hor. 18. 53. 50.				
Parallax.Lat.ad hoc momentum.			31.	16.
Latitudo Borea vera.			20.	30.
Et hinc viſa Auſtralis.			10.	46.
Semidiameter Solis.			15.	37.
Semidiameter Lunæ.			16.	10.
Aggregatum vtriuſque.			31.	47.
Scrupula deficientia.			21.	01.
Ergò digiti Ecliptici 8. ferè.				

14 Nec neceſſe eſt,vt vlterius in calculo procedamus, tædij vitandi cauſa, quando in id incidimus quod quærebamus. habemus ergo Eclipſin,eamque ſat notabilem anno Domini DCCCCXXXIX. die Iulij 19. hora 18. 53. Aſtronomicas à meridie diei præcedentis decimæ octovæ, quæ ſecūda temporalis ab ortu Solis ferè fuit Septimancæ, cuius latitudo eſt grad.ferè 42. & in tertiam & eò amplius,dubio procul, duravit; prorſus vt Diploma ait.

Obiectio adverſus noſtram Demonſtrationem.

15 At obducat nonnemo, cùm Eclipſin hancce in annum proximum alium incidere potuiſſe;tùm characteres quibus inſignitur, ab eo nos Diplomate mutuari, quod cum, vel nobis fatentibus, vitiatum ſit, nullā apud eruditos fidem mereatur. quare victoriam illam à noſtris de Saracenis reportatam, nihilo magis in annum prædictum, quam in quemvis alium quadrare.

16 Sed hæc leviora ſunt, quam quæ à viris doctis obiici

ijci queant. Nam imprimis Novilunium in Iulij 19. quæ eadē feria ſexta ſit, atque in eandem eiuſdem diei horam incurrat, vix, aut nè vix quidem, in mille annorum Periodo reperietur. Si enim ponamus (vt olim falsò creditum) Novilunia ad eandem diem menſis, adeòque diei horam redire, poſt annos novendecim, cadere quidem Synodus luminarium potuit in Iulij 19. at ea ſexta feria non erit. quo ergò quoto à priore anno in eundē menſis, hebdomadæque diem recurrat ſciatur, cyclus decem-novennalis in ſolarem ducendus eſt. vnde emergit numerus annorum 532. quæ eſt Periodus Victoriana, quâ exacta veteres computi Artifices Novilunia eādem diem tùm menſis, cùm hebdomadæ repetere crediderunt. quare vt in rudi eorum calculo acquieſcere vellemus, ſolidam periodum annorum 532. elabi neceſſe eſſet, quò aliud Novilunium in Iulij decimam nonam, quæ ſexta feria foret, incurret.

Quę facilè diluitur.

Ex eo quòd retrò aut poſt ſimilis Eclipſis nequijt obſervari.

17 Sin (quod eſt longè veriſsimum) ne Victoriana quidem Periodo abſolutâ, Solis Lunæque rationes exæquari credamus, maius multò temporis intervallum intercedat neceſſe eſt, quò aliud Novilunium in eandem menſis, hebdomadæque diem cadat. quod ſi ne hoc quidem contenti ſimus, ſed Synodum per omnia alteri ſimilem, quæramus, longè plura ſæcula effluant neceſſe eſt, quò id quod quærimus obtineamus. quod ſi etiā Eclipticam eſſe velimus, multò productius ſpatium erit expectandum. vt forſan 12. millium annorum Periodus, eandem prorſus, & quod ad omnia, Synodum, nequeat repræſentare. tantum abeſt vt proximis illis annis, qui hoc celeberrimum prælium præceſſere, aut conſequuti ſunt, ſimile in cœlo Phænomenon obſervari potuerit. A. C. 418. qui per annos 521. à noſtro diſtat, Eclipſim ſolarem agnoſcunt, Chronicon Alexandrinum, Marcellinus Comes, & Idatius, eadem Iulij 19. feria 6. huic noſtræ ferè ſimilem; ſed illa accidit hora ferè 6. in Hiſpaniâ, cum hæc à ſecunda in tertiam duraverit. Vide Grandamicum tom. 3. pag. 122. & Petavium L. 8. de Doct. temp. pag. 841.

Cū ad id aliquot annorū milliū Periodus requiratur.

18 Iam quod obijciebatur, nos è ſubleſtæ fidei Diplomate, noſtræ ſententiæ firmamentum aſciſcere, nihilo magis ad eam convellendam valet. quamquam enim vitium in annū, quo conceſſum fertur irrepſiſſe ingenuè fatemur, atque ὀφθαλμοφανῶς, vt arbitror, demonſtramus, ipſum nihilo ſecius pro-

Diploma noſtrū tametſi nō vſquequaque fideliter deſcriptum, non eſt ſubleſtę fidei.

ger,

germano habemus, nec aliundè eius γνησιότης, ac ſynceritas efficacius, quam ab additis circumſtantijs poterat demonſtrari. Eſt enim prorſus incredibile, Planum illum, qui (vt adverſarij pertenduut) Diploma illud è ſuo cerebro confixit, adeò feliciter, quem haud ſanè ſibi propoſuerat, ſcopum attigiſſe, vt in celebre illud Phænomenon, tot inſigne characteriſmis, caſu inciderit, quod circa illa tempora calculus Aſtronomicus repræſentat. quarè abs dubio Diploma illud ex authographo deſcriptum fuit, atque in annorum ſolùm numerum (qui fors ævo detritus erat) labes obrepſit.

Pro quo facit, quòd eandem feriā aſsignat, quā Sampirus Aſturicenſis, SS. Iuſti, & Paſtoris Natalitio.

19 Facit haud ſanè parum pro noſtra ſententia, Æmilianenſiſque Diplomatis ſynceritate, id quod cùm à pleriſque alijs Hiſtoriographis, tùm à Sampiro Aſturicenſi Præſule memoriæ proditum eſt: nempe hoc celebre prælīū incurriſſe in feriam III. in quam eo anno feſtus SS. Iuſti, & Paſtoris inciderit dies. ſed eius verba adſcribamus. *Dedit Dominus*, inquit, *Victoriam Regi Catholico qualiter die tertia feria, imminente feſto SS. Iuſti & Paſtoris, deleta ſunt ex eis octuaginta millia Maurorum.* quæ apprimè cum noſtris rationibus conſentiunt. Cum enim laudatorum Divorum ſolemnitas in diem ſextam Auguſti incidat, annoque ſæpè dicto, litera Dominicalis fuerit F, hinc fit prędictum diem eo anno tertiam feriam fuiſſe, vt Sampirus ſcriptum reliquit.

Nec obſtat quod plerique ſecundā pro tertia, prodiderint.

20 Nec me latet Moralium, Marianam, alioſque magni nominis Hiſtoricos, non feria tertia, ſed ſecundà, hoc prælium commiſſum eſſe prodidiſſe, idemque quàvis diverſa ſentientes, Sandobalium, Yepeſiumque noſtros ſequutos eſſe, cum τὸ *imminente feſto SS. Iuſti, & Paſtoris*, ita interpretetur, quaſi non de ipſo feſto die, ſed de eius Pervigilio intelligendum ſit. quod planè quadrat cum eo computo, quem ipſi ſequuntur. Non inquam, hoc me fugit, ſed enim Moralius ſuam opinionem, aut verius errorem, hauſit è codice depravato, in eundemque induxit quotquot ipſum deinceps, abſque diligentiore examine, ſecuti ſunt. correctius abs dubio Sandobalius exemplar nactus eſt, vnde illa verba, quæ ſuprà dedimus, cum fide deſcripſit. Ipſe nihilominus cum Yepeſio, ne à communi & pervulgata ſententia recederet, haud ſanè ineptè, Sampiri verba ad ſuum ſenſum detorſit.

21 Quod ſi quis pręfractè contendat memorabilem illam

iam Victoriam in feriam ſecundam incurriſſe, nō in tertiam, ob teſtium cùm veterum, tùm recentiorum ingentem nubem, qui ita memoriæ prodiderunt; nos haud ſanè eam ob rem contentionis funem duxerimus. Et verò id ſententiæ noſtræ minimè officit. dici enim facilè poteſt, prælium quidem feria ſecunda commiſſum eſſe, vt vulgata fert opinio. At ad ſerum vſque Veſperum protractum eſſe, cum iam SS. Iuſti, & Paſtoris feſta ſolemnitas celebrari cœpta eſſet, quæ tamen iuxta verum computum in diem ſequentem, quæ feria 3. fuit, non ſecunda, eo anno incurrerit. cuius obſervatiunculæ incurioſi illi priſci noſtrates Hiſtorici ſecuri, feriam ſecundam, in quā ſæpè dictorum MM. Pervigilium incidit, cum tertia, in qua eorūdem Natalitium celebratum fuit, haud ſanè magno errore, confuderint. Quāquam id non magnopere referat.

22 Sed enim alius in eodem Diplomate ſcopulus occurrit haud levioris ſanè ponderis. Nam celebris illius Eclipſis, ſuper qua tam multa diximus, mentione iniecta, hæc ſubiungit. *Quarta feria Idus Octobris, colorem eiuſdem Solis multi cognoverunt effectum pallidum.* Ex quibus elicitur Idus Octobris eius anni, in quem memorabile illud Prælium incidit, in quartam feriam incurriſſe. quod ſanè verum foret, ſi is annus Chriſti 934. fuiſſet, vt Sandobalius, Yepius, Mariana, alijque Diplomatis veſtigia κατὰ πόδας ſecuti, arbitrati ſunt. Cum enim is, vt ſæpè dictum, habuerit literā Dominicalem E, Idus Octobris in feriam quartam abs dubio incidunt. ſed qui hanc Victoriam in annum 938. aut (quod nos facimus) 939. differunt, Idus Octobris habent; hi quidem feria tertia, illi ſecunda. quare ab eorum rationibus Diploma diſcrepat. Obducitur alius ſcrupulus.

23 Sed hic ſcrupulus eximi poteſt, ſi conſideremus facilè exſcriptorem pro feria tertia, quartam legere potuiſſe. Nam Priſci illi notas numericas inter ſeſe ita connectebant, vt minus attentum lectorem, exſcriptorémve, ea connexio fallere, haud difficulter poſſet. Id nos haud ſemel pleriſque vſuveniſſe notavimus. quare minus cauto exſcriptori hicce, qualis qualis demum error, haud gravatè condonari poteſt; quo ſi nullum graviorem in exemplari, quod in Æmilianenſi Tabulario hodieque aſſervatur, reperiremus, id pro vero germanoque Authographo habere, minimè cūctaremur. facilè enim fuit. Qui facilè in Exſcriptoris incuriā, characteriſque ambiguos refundi poteſt.

fuit, vt feria tertia in hunc modum exprimeretur iii, quas notas ita minus catus lector acceperit, ac ſi duæ poſtremæ vnitates numerum quinarium, ita expreſſum u, repræſentarent. à quo detracta vnitate, quæ præcedit, quaternarius numerus reſtat, quem exſcriptor expreſſerit, quarta feria, pro tertia, accepta.

Obijcitur Gundiſ lvium pleraque oppida ad ſuam non ſpectãtia Ditionem in eo Privilegio cõceſsiſſe

24 Iam illud, quamobrem nonnulli docti Hiſtoriographi noſtrum Diploma in falſi ſuſpicionem adducere moliuntur, haud ita ad explicandum difficile eſt, vt ipſi ſibi perſuadent. aiunt enim in eo pleraque oppida à Gundiſalvio Comite nominari, votique quod ipſe prælium initurus conceperat, damnari, quæ ad ipſius ditionẽ minimè pertinerent. quod nec ipſum auſurum, eſt vero ſimile, longègue minus Legionẽſem, ac Navarræum Reges, tacitos præterituros fuiſſe. ex quo conficiunt, Æmilianenſe Diploma non modo primitivum illud, & authographon non eſſe, verum ne illius quidem exemplar, ſed ocioſi Monachi commentum, an inſomnium, omni probabilitatis ſpecie deſtitutum.

Quod ſpectatæ eius fidei nihil officere demonſtramus.

25 At hoc oppidò leve eſt, quo minus in ſententia vera ac veteri perſiſtamus. Occurri enim primò poteſt, dicendo; veteres terminos, ac ditionum fines, ita confuſos ac perturbatos ad nos perveniſſe, vt nihil ex tam denſa caligine certi ac definiti, extricari queat. Accedit nominũ immutatio creberrima, eorumque frequens vicißitudo, quæ haud parum confuſionem promovet. Nec illud omittendum, Navarræum Regem ei Diplomati ſubſcripſiſſe, rataque proinde, quæ Gundiſalvius Æmilianenſi Eccleſiæ (vt ad ipſum non ſpectarent) legavit, habuiſſe.

Concludimus ergo hoc Diploma haud Authographon eſſe.

26 Summa hæc eſto. Diploma, quod in Æmilianenſi Tabulario hodieque extat, authographon nõ eſt, cùm in illud quinque annorũ errorem irripere potuiſſe, omni prorſus probabilitatis ſpecie careat. quare, in hac duntaxat parte, noſtris ſuffragari minimè poſſumus. Ecgraphon ergò eſt, idque non ea, qua par erat, tùm fide, cùm cura, deſcriptum, quod in ſuperioribus ſat puto demonſtravimus.

27 Quanquam autem hoc exemplar non omni nævo careat, magni nihilominus ponderis eſt, neque cum nauſea, & faſtidio (quod à pleriſque fit) repudiandum. Nam quæ ipſum obſident errata, ea in Exſcriptoris imperitiam, incuriam;

aut

ſuit verò ævi iniuriam, quæ literarum ductus, ac lineamenta detriverit, conferri poſſunt. quod ad rem ipſam attinet, & vt ita loquar, *quoad ſubſtantiam*, nihil eſt cur inter ſpuria, & adulterina debeat referri quod argumentis, & obiectionibus à pleriſque propoſitis diſſolutis planum fecimus. Idque, quod iam expendimus, eius fidem maximè commendat, quod Solaris Deliquij tot characteribus inſignis,de quo tam multis diſſeruimus, mentionem inijcit. quod ſanè Plani alicuius cōmentum eſſe, ne fingi quidem poteſt; cùm ipſum in menſem, diem, horam, feriam denique, quibus accidit, caſu, ac temerè incidiſſe, nullam ſpeciem probabilitatis præſeferat.

At non continuò plani alicuius cōmentum.

28 Nec illud ad extremum eſt ommittendum; perperam Moraliū L. 16. cap.XVI. in Ranimiro II. aſſerere, Eclipſin illam Solarem, de qua fusè egimus, aliam, quæ in Idus Octobris eiuſdem anni inciderit, excepiſſe. Quanquam enim ea die Novilunium acciderit circa meridiem; tamen vt intra treis menſes, duæ Solis Eclipſes contingant, omnibus Aſtronomiæ legibus repugnat. Ac profectò in hoc Novilunio Lunæ latitudo Borea quinque propemodum graduum, hoc eſt maxima ferè, fuit. vt nullum Solaris defectus veſtigium, etiam in maxima Lunæ parallaxi (quæ tamen circa meridiem, ſupra quadraginta gradus ipſa ſupra horizontem extante, haud ita magna eſſe potuit notari potuerit. quare Solis color pallidus, qui ab Diplomate notatus proditur eo die, aut ab interiectis vaporibus,aut aliunde profectus fuit qui tamen occupatis terrore animis, rudi illo præſertim, ac barbarico ſæculo, inſtar prodigij, ac inſolentis portenti visus facilè fuerit.

Idibus Octobr. anni 939. Ecclipſis Solaris non fuit; multò minus anno 938. in quo Idib. Octobr. Luna 18. aut 19. fuit.

In calce moneo teſtimonium illud, quod ſupra produximus, in quo Prælium illud Septimācenſe feria 3. accidiſſe aſſeritur,ex hiſtoria Æmilianenſis Monaſterij Illuſtriſsimi Sandobalij deſumptum eſſe §. 36. At vt apparet ex editione V. Epiſcoporum ab eodem procurata, id non Sebaſtiani, ſed Sāpiri Aſtoricenſis eſt;ibique feria 2. accidiſſe legitur. ſed forte, tum Æmilianenſem hiſtoriam conſcriberet, in emendatius exemplar incidit. quamquam id, vt diximus, parum noſtra refert.

(?)

Digitized by Google

DIPLOMA CELEBERRIMVM DE VOTO in Prælio, vt vocant, Clavijenſi à Ranimiro I. facto in favorem D. Iacobi, obiter diſcutitur.

Diploma quod à Ranimiro I. multi conceſſum putāt ad examen vocatur.

1 LVBET Hic ex occaſione Diplomatis ſuperioris, aliud, quod huic ſimillimum circumfertur, & à Ranimiro I. conceſſum quidá pertendunt, ad axamen vocare, ac de eo noſtrum iudicium candidè proferre. Extat Hiſpanicè apud Moralem L. 9. cap. 7. pag. 236. & apud Lobera de Magnalibus Legionenſibus part. 2. cap. 6. fol. 186. Latinè autem apud Marianam ſub finem eruditæ Diſſertationis *de Aduentu S. Iacobi in Hiſpaniam*. Ante autem quàm meam ſententiam propono, illud in anteceſſum profiteor, mei animi mentiſque non eſſe, vt per ea, quæ hîc dicentur, aliquid præiudicij Compoſtellanæ Eccleſiæ iuri antiquo afferatur; id enim inconcuſſum manere volumus; quippe quod non hocce tantum Diplomate niti, ſed immemorabili poſſeſsione credimus; ac ſi non à Ranimiro I. certè ab eius nominis II. aut ab alijs Principibus, quorum Privilegia ævi diuturnioris iniuria perierint, eam conceſsionem perhonorificam iuxta ac vtilem manaſſe certum habemus. Nō enim veri eſt ſimile aut religioſiſsimam Eccleſiam rem ſibi non debitam à Chriſtianis populis per fraudem exigere voluiſſe; aut plebem credulam in re, quæ ſua tantopere intererat, ſibi fucum fieri gratis paſſam eſſe. Quare ius illi ſuum illibatum maneat, quicquid adverſus iſtud Diploma eruditi diſputent.

Abſque Compoſtellanæ Eccleſiæ præiudicio.

Ex alio hoc Diploma interpolatum ducimus.

2 Sed ad rem ipſam cominus venientes: Iſthuc Diplomatis ad exemplum ſuperioris conſarcinatum, & ex ipſo inſcitè interpolatum abs dubio credimus. tam multa in ipſo inſunt, quæ eius fidem & γνησιότητα ſuſpectā reddunt. Principio igitur nihil æquè hoc inſtrumentum cōvellit, quam eius ſtylus ab eo ſæculo, in quo expeditum fertur, nimium quantū abhorrens. nam floridior is eſt, multòque cultius redolet, quā vt illo, horrido planè ac barbaro, concipi potuerit. ſanè nullū paulò vetuſtius legere me memini, quod non iſtud multis paraſangis elegantia præcedat. Nihil in ipſo hiulcum, nihil impro-

Quod eius arguit floridior, quàm pro illis temporibus ſtylus.

proprium occurrit, quin contrà pleraque in ipſo inſunt, quæ recentiorem calamum prodant, vixque ante duo ſæcula conceptum eſſe planiſsimè vincant. Quis enim credat, barbaro illo planèque amuſo Ranimiri I. ævo, iſthæc dictata fuiſſe? *Cōmitti monumentis literarum: tradebatur captiua Chriſtianitas luxuriæ Saracenorum explendæ: hac de tam digna cogitatione perficiēda communicauimus conſilium: noſtrum aduentum, fama præcone, cognoſcentes: quid plura? cùm ad hoc verbum vltra quā dici poteſt obſtupuiſſem: ne ſuper hoc detur locus dubitationi: ſummo igitur manè: his dictis euanuit*: & alia pleraque quæ conſultò miſſa facimus, quæ ab illius ſæculi profunda barbarie abhorrere, vel cæcus videat. ſed præſtat totum huc Diploma ſubijcere, quando rarum, latinè vtique, inventu eſt; nec ingratum nos lectori facturos eo hîc inſerendo credimus.

Phraſes ab illo ævo alieniſsimæ.

Votum Ramiri Regis eo nomine primi, quo ream fecit Hiſpaniam pendendi modium frumenti quotannis per iugera B. Iacobi Apoſtoli Templo Compoſtellano.

IN Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Anteceſſorum facta, (per quæ ſucceſſores ad bonum poterunt erudiri) non ſunt prætereunda ſub ſilentio, verum potius debent *committi monumentis literarum* vt eorum recordatione ad imitationem bonæ operationis invitentur. *Ea propter* ego Ranimirus Rex, & à Deo mihi coniuncta Vrraca Regina cum filio noſtro Rege Ordonio, & fratre meo Rege Garcia, oblationem noſtram, quam glorioſo Apoſtolo Dei *Iacobo* fecimus, cum aſſenſu Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & noſtrorum principum, & omnium Hiſpaniæ Chriſtianorum, committimus obſervationi: ne fortè ſucceſſores noſtri quod à nobis factum eſt, *per ignorantiam* tētent irrumpere, & etiam per recordationem noſtræ operationis, ad ſimiliter operandum moveantur. Cauſas, quibus ad faciendam iſtam oblationem compulſi ſumus, ſcribimus, vt ad notitiam ſucceſſorum reſerventur in poſterum. Fuerunt igitur in antiquis temporibus (circa deſtructionem Hiſpaniæ, à Sarracenis factam Rege Roderico dominante) quidam noſtri

ſtri anteceſſores pigri, negligentes, deſides, & inertes chriſtianorum principes, quorum vtique vita nulli fidelium extat imitanda; ij (quod relatione non eſt dignum) ne Sarracenorum infeſtationibus inquietarentur, conſtituerunt eis, nefandos redditus annuatim perſolvendos, centum videlicet puellas excellẽtiſsimæ pulchritudinis, quinquaginta de nobilioribus, quinquaginta verò de plebe. Proh dolor, & exemplum poſteris non obſervandum, pro pactione pacis temporalis, & tranſitoriæ, tradebatur captiva chriſtianitas, *luxuriæ Sarracenorum explendæ.* Ex prædictorum principum ſemine nos producti, ex quo per Dei miſericordiam regni ſuſcepimus gubernaculum, Divina inſpirante bonitate, prædicta noſtræ gentis *opprobria cogitavimus abolere. Hac de tam digna cogitatione perficienda,* communicavimus conſilium primo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & religioſis viris, poſtmodum verò vniverſis noſtri regni principibus. Accepto tãdem ſano & ſalubri conſilio, dedimus apud Legionem legem populis, & poſuimus conſuetudines per vniverſas noſtri regni provincias obſervandas. Deinde vniverſis noſtri regni principibus edictum commune dedimus, quatenus quoſque robuſtos, & ad præliandum fortes viros, tam nobiles, quàm ignobiles, tam milites, quàm pedites, ab extremis noſtri regni finibus evocarent, & vſque ad conſtitutum diem in expeditionem facerent congregare. Archiepiſcopos, Epiſcopos Abbates, & religioſos viros, vt intereſſẽnt rogavimus, quatenus eorum orationibus noſtrorum per Dei miſericordiam augmentaretur fortitudo. Completum eſt igitur imperium noſtrum, & relictis ad excolendas terras tantummodo debilibus, & ad bellandum minus idoneis: congregati ſunt cæteri, non de noſtro imperio, ſicut ſolent, inviti, ſed Deo ducente per Dei amorem ſpontanei. Cum his ego Rex Ramirus (de miſericordia Dei potius, quàm de gentis noſtræ multitudine confidẽs) peragratis interiacentibus terris, iter mei exitus direxi in Najaram, ac deinde declinavi ad locum, qui nuncupatur Albelda. Interim autem Sarraceni noſtrum *aduentum* (*fama præcone*) *cognoſcentes*, omnes *ciſmarini* in vnum contra nos congregati ſunt; tranſmarinis etiam per literas & nuntios in ſuum auxilium convocatis, invaſerunt nos in multitudine gravi, & in manu valida, *Quid plura!* quod ſine lacrimis nõ

recors

recordamur, peccatis exigentibus, multis ex noſtris corruentibus, percuſi, & vulnerati, converſi ſumus in fugam, & confuſi pervenimus in collem, qui Clavigium nominatur, ac ibi in vna mole congregati, totam ferè noctem in lacrhymis, & orationibus conſumpſimus, ignorantes ex toto, quid in die eſſemus poſtea acturi. Inter ea ſomnus arripuit me Regem Ramirum cogitantem multa, & anxium de periculo gentis Chriſtianæ. At mihi dormienti Beatus *Iacobus*, Hiſpaniarum protector corporali ſpecie eſt ſe præſentare dignatus. Quem cum interrogaſſem cum admiratione, quiſnam eſſet? Apoſtolum Dei, Beatum *Iacobum*, ſe eſſe confeſſus eſt. Cum ad hoc verbum, *Vltra quam dici poteſt*, obſtupuiſſem, beatus Apoſtolus ait. Nunquid ignorabas, quòd Dominus noſter Ieſuſ Chriſtus alias provincias alijs fratribus meis Apoſtolis diſtribuens: totam Hiſpaniam meæ tutelæ per ſortem deputaſſet, & meæ commiſiſſet protectioni? Et manu propria manum meã aſtringens, confortare, (inquit) & eſto robuſtus, ego enim ero tibi in auxilium, & mane ſuperabis in manu Dei Sarracenorũ, à quibus obſeſſus eſt innumerabilem multitudinem. Multi tamen ex tuis, quibus iam parata eſt æterna requies, ſunt inſtante pugna pro Chriſti nomine coronam martyrij ſuſcepturi. Et ne ſuper *hoc detur locus dubitationi*, & vos & Sarraceni, videbitis me conſtanter in albo equo, dealbata grandi ſpecie vexillum album deferentem. *Summo igitur mane* facta peccatorum veſtrorum confeſsione, & accepta pœnitentia, celebratis miſsis, & accepta Dominici corporis & ſanguinis cõmunione, armata manu ne dubitetis invadere Sarracenorum acies invocato nomine Dei, & meo: & pro certo noveritis, eos in ore gladij ruituros, & *his dictis evanuit à conſpectu meo*, viſus deſiderabilis Dei Apoſtolus. Ego autem pro tanta, & tali viſione vehementer admiratus, & è ſomno excitatus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & religioſis viris ſeorſim vocatis, quicquid mihi fuerat revelatũ, lacrimis, & ſingultibus & nimia contritione cordis eodẽ ordine propalavi. Illi ergo in oratione prius provoluti, Deo, & Apoſtolo, pro tam admirabili conſolatione gratias egerunt innumeras, ac deinde *rem adminiſtrare* (prout nobis fuerat revelatum) feſtinavimus. Armata itaque & ordinata noſtrorum acie, venimus cum Sarracenis in pugnam, & beatus Dei Apoſtolus appa-

ruit,

ruit, ſicut promiſerat vtriſque, inſtigando, & in pugnam animando noſtrorum acies, Sarracenorum verò turbas impediendo, & diverberando. Quod quam citò nobis apparuit, cognovimus, beati Apoſtoli promiſsionem impletam, & de tam præclara viſione exhilarati, nomen Dei, & Apoſtoli in magnis vocibus, & nimio cordis affectu invocavimus, dicentes, *Adiuva nos Deus, & ſancte Iacobe*, quæ quidem invocatio ibi tunc *primum fuit facta in Hiſpania*, & per Dei miſericordiam non in vanum, eo namque die corruerunt circiter ſeptuaginta millia Sarracenorum. Tunc etiam everſis eorum munitionibus, eos inſequendo, civitatem Calaforram cepimus, & chriſtianæ religioni ſubiecimus. Tantũ igitur Apoſtoli miraculum poſt inopinatam victoriam conſiderãtes, deliberavimus. ſtatuere patrono & protectori noſtro, beatiſsimo Iacobo donum aliquod, in perpetuum permanſurum. Statuimus ergo per totam Hiſpaniam, ac vniverſis partibus Hiſpaniarum, quaſcumque Deus ſub Apoſtoli Iacobi nomine dignaretur à Sarracenis liberare, vovimus obſervandum. Quatenus de vnoquoque iugo boum; ſingulæ menſuræ de meliori fruge ad modum primitiarum & de vino ſimiliter, ad victum Canonicorum in Eccleſia beati *Iacobi*, commorantium annuatim miniſtris eiuſdem Eccleſiæ in perpetuum perſolvãtur. Conceſsimus etiam, & in perpetuum cõfirmamus quod Chriſtiani per totam Hiſpaniam in ſingulis expeditionibus de eo quod à Sarracenis acquiſierint, ad menſuram portionis vnius militis, glorioſo patrono noſtro, & Hiſpaniarum protectori beato *Iacobo* feliciter attribuatur. Hæc omnia donativa vota, & oblationes (ſicut ſuperius diximus) per iuramentũ nos omnes Chriſtiani Hiſpaniæ promiſimus annuatim Eccleſiæ beati *Iacobi*, & damus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris canonicè in perpetuum obſervanda. Petimus ergo Pater omnipotens æterne Deus, quatenus intercedentibus meritis beati *Iacobi*, ne memineris, Domine iniquitatum noſtrarum, ſed ſola tua miſericordia nobis proſit indignis. Et ea quæ ad honorẽ tuum beato Iacobo Apoſtolo tuo dedimus, & offerimus, de eis quæ per te (ipſo opitulante) acquiſivimus nobis, & ſucceſſoribus noſtris proficiant ad remedium animarum, & per eius interceſsionem nos recipere digneris cum electis tuis in æterna tabernacula, qui in trinitate vivis, & regnas in ſæ-

cula

cula ſæculorum Amen. Vovimus etiam, & in perpetuum ſtatuimus tenendum, quatenus quicumque ex genere noſtro, vel aliorum deſcenderint, ſemper ſuum præſtent auxilium ad prętaxata beati *Iacobi* Eccleſiæ donativa. quod ſi quis ex genere noſtro, vel aliorum ad hoc noſtrum teſtamentum violandum venerit, vel ad implendum non adiuverit, quiſque ille fuerit Clericus, vel Laicus, in inferno cum Iuda traditore & Datã, & Abiron, quos terra vivos abſorbuit, damnetur in perpetuum; & filij eius fiant orphani, & vxor eius vidua, & regnum eius temporale accipiat alter, & à communione corporis, & ſanguinis Chriſti fiat alienus, æterni verò regni participatione privetur perenniter. Inſuper Regiæ Maieſtati, & Eccleſiæ beati *Iacobi* per medium, ſex mille libras argenti pariat, & hoc ſcriptum ſemper maneat in robore. Nos etiam Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, qui illud idem miraculum quod Dominus noſter Ieſuſ Chriſtus famulo ſuo illuſtri Regi noſtro Ranimiro per Apoſtolum ſuũ *Iacobum* dignatus eſt miniſtrare: propijs oculis, Deo iuvante vidimus: prædictum ipſius Regis noſtri, & noſtrum, & totius Hiſpaniæ Chriſtianitatis factum in perpetuum confirmamus, & canonicè ſancimus obſervandum. Si quis ad hoc ſcriptum, & Eccleſiæ beati Iacobi donativum irrumpendum venerit, vel perſolvere renuerit, quiſquis ille fuerit Rex, vel Princeps, Ruſticus, Clericus, vel Laicus, eum maledicimus, & excommunicamus, & cum Iuda traditore gehennali pœna damnamus in perpetuum cruciandum. Hoc idem Succeſſores noſtri Archiepiſcopi, Epiſcopi faciant devotè annuatim; quod ſi renuerint, omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti auctoritate, & noſtra damnentur, & excommunicatione, & poteſtate ſibi à Deo tradita rei teneantur. Facta Scriptura voti, donationis, oblationis huius, in civitate Calaforra noto die octavo Kalẽd. Iunij, Era DCCCLXXII. (a) Ego Rex Ranimirus cum coniuge mea Regina Vrraca, & filio noſtro Ordonio, & fratre meo Garſia hoc ſcriptum quod fecimus proprio robore confirmamus.

(a) aliàs DCCCLXXXII.

Ego Dulcidius Cantabriẽſis Archiepiſcop. quì præſens fui, confirmo.

Ego Suarius Ovetẽſis Epiſcop. quì preſens fui, cõfirmo.

Ego Salomon Aſtoricenſis Epiſc. qui præſens fui, confirmo.

Ego

Ego Oveco Aurienſis Epiſcopus, qui prçſens fui, confirmo.

Ego Rodericus Lucienſis Epiſcopus, qui præſens fui, confirmo.

Ego Regina Vrraca confirmo.

Ego Rex Ordonius eius filius confirmo.

Ego Rex Garſia frater Regis Ramiri confirmo.

Oſſerius Petri maiordomus Regis, qui præſens fui, confirmo.

Pelagius Guterici Regis armiger, qui præſens fui, cõfirmo.

Menendus Suarici, poteſtas terræ, qui præſens fui, confirmo.

Rodericus Suarez poteſtas terræ, qui præſens fui, confirmo.

Suarius Menendus, poteſtas terræ, qui præſens fui, confirmo.

Gudeſteus Oſſori, poteſtas terræ, qui præſens fui, confirmo.

Qui præſentes fuerunt teſtes.

Martinus, teſtis.
Petrus, teſtis.
Pelagius, teſtis.
Suarius, teſtis.
Menendus, teſtis.

Vincentius, Sagio Regis, teſtis.

Nos omnes Hiſpaniæ terrarum habitatores populi, qui præſentes fuimus, & ſupra ſcriptum miraculum Patroni, & protectoris noſtri glorioſiſsimi Apoſtoli Iacobij proprijs oculis vidimus, & triũphum de Sarracenis per Dei miſericordiam obtinuimus: quod ſuperius ſcriptum eſt, & in perpetuum confirmamus permanſurum.

Nimiùm hoc Diploma differt ab alijs ſub idem tẽpus conceſsis.

3 Vides, lector erudite, quantum hoc Privilegium ab his diſcrepet, quæ illa tempeſtate expediri conſueverant. Ipſum ſis confer cum alijs circa eadem tempora conceſsis; & nominatim cum quodam ſub idem tempus ab Alfonſo Caſto expedito an. 830. quod Sandobalius profert in eius Vita pag. 181. Animadvertes profectò non minus iſtud ab illo, alijſque ſub ea tempora conceſsis differre, quam quæ Auguſti ævo expediri potuere, ab his quæ ſæculo X. expedita ſunt, differrẽt. Quod Marianæ, Moralioque emunctiſsimæ naris viris non ſuboluiſſe haud ſanè parum miror.

Quæ hoc Diploma ſuſpectũ reddant?

4 His tamen, quanquam minimè contemnendis, in præſentia omiſsis, ea raptim attingamus, quæ, vt cetera deeſſent, noſtri Diplomatis fidem ſuſpectam reddunt, immò ſup-

poſitionis revincunt. In primis itaque illud magnopere contra ipſum facit, quod nemo ex antiquioribus Prælij adeò celebris, inſigniſque Victoriæ mentionem facit. Non Sebaſtianus, non Sampirus, non denique Ovetẽſis Pelagius. Primus, quod quidem conſtet, Rodericus Toletanus eius meminit. Sed enim eius, quamvis gravis alioqui auctoris, teſtimonium hic nihilo maioris ponderis eſt, quam hodierni ſcriptoris, qui id memoriæ nullo antiquiore fretus, ſed rumuſculos ſecutus, proderet. Cum à tempore, quo id Prælium commiſſum fertur, ad Roderici ævum quadringenti, & eo amplius, anni fluxerint.

1. Quòd nemo ante Rodericum tam inſignis Victoriæ meminerit.

5 Secundò dicitur in Diplomate Ranimirum cum regni Primoribus Legione conveniſſe, vbi de bello Saracenis inferendo conſultatum fuerit. Atqui tunc Legio deſerta planè erat, ac deſolata. quippe quam aliquam multis mox annis eius filius Ordonius inſtauravit; vt Sebaſtianus locuples teſtis tradit.

2. Quòd Legio, quò Rex convenisse dicitur, tũc deſerta erat.

6 Tertiò cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Ramirus quid conſilij cepiſſet communicaſſe dicitur. Atqui Archiepiſcopi nomen non dum in Hiſpania auditum & vſurpatum fuerat; vixque aliquot poſt ſæcula eius nominis ac dignitatis in priſcis monumentis extat vllum veſtigium.

3. Quòd Archiepiſcoporum ibi mentio fit; qui tunc nulli in Hiſpania.

7 Quartò. Iam in eo Ramirus querens inducitur, quòd plerique ex ſuis maioribus pudendum illud centum puellarum vectigal pependerint. Hoc eſt planè falſum. Nam de Mauregato ſolùm (de quo tamen nonnulli ſubdubitant) id aſſeritur, cui Silonem, & Aurelium nonnulli adiungunt. At nullũ ex hiſce Ramirus ſanguine contingebat, vt ridiculum ſit credere id eũ literis in ſuum dedecus poſteritati prodidiſſe, quod longè à vero aberat. Adde quod ait ſe cum primum ad regni apicem pervenit, dedecus hoc Chriſtiani & Hiſpani nominis abolere decreviſſe. Cum tamen ſi quod hinc erat, dudum eius deceſſor Alfonſus, quem nemo hoc tributum pependiſſe memorat, quique per annos 52. quot regnavit, multis Saracenos cladibus affecerat, hanc maculam eluiſſet. vt ridiculè Ramirus inducatur id ſibi tribuens quod tanto ante Rex Caſtus effectum dederat.

4. Quòd dicitur pleroſque Reges C. puellarum tributum pepẽdiſſe.

9 Quintò huius Diplomatis *Data*, vt vocant, eſt apertè falſa. Nam annum 834. præfert, cum tunc Alfonſum Ca-

5. Data eius abs dubio falſa.

ſtum regnaſſe, nec ante octennium ſequens deceſsiſſe conſtet ex Sebaſtiano, qui eum Æra 880. obijſſe, Ranimirum iniſſe differte aſſerit. Morales decennium deſiderari ſuſpicatur, Mariana pro 872. DCCCLXXXIIII. legi mavult. ſed vtrumque gratis dicitur.

6. In ſubſcriptionibus pleraque vitia.

9 Sextò, ſed ad ſubſcriptiones veniamus, in quibus reperitur Vrracæ Reginæ; quæ res falſitaris ſuſpicione vehementius flagrat. Nam imprimis aliunde non conſtat Ramirum eo nomine vxorem habuiſſe, cum Paternam Sebaſtianus diſſerte nominet. Hunc nodum haud ſanè improbabiliter Morales ſolvit. Putat enim Ramirum duas vxores minimùm habuiſſe. Alteram antequam in ſolium conſcenderet (non enim eſt veriſimile eum, qui quinquagenario maior regnare cœpit, tamdiu cælibem vitam duxiſſe) Alteram quàm ſub ipſum regij faſtigij articulum, Sebaſtiano teſte, duxit. Id ex eo confirmat, quòd Ordonius I. longè antequam eius parens regnum adiret, ipſi natus fuerat. Alioquin cum ſeptem admodùm annos Ramirus regnarit, Ordonius ſexennis puerulus parenti ſucceſſerit, Cumque hic 16. ſolùm annis regnum tenuerit, duos ſupra viginti natus annos, in ipſo adoleſcentiæ flore, obierit: quod Sebaſtiani teſtimonio locupletiſsimo refragatur, qui ipſum ex podagra, qui morbus ferè ſenes invadere ſolet, deceſsiſſe ſcriptum reliquit. Et alioquin tam multa hic Princeps geſsiſſe legitur, vt adeò iuvenem ipſum obijſſe improbabile ſit. Quare multò ante parentis regnum, ex alia proculdubio coniuge natus fuerit. Hanc Morales Paternam, Vrracam verò, quam ſub regni initia Ramirus duxit, appellatam putat.

Ramiri cõiux Paterna.

Ordonius I. ante P. regnum natus.

10 Sed vt Moralio demus (id quod eius argumentum planè videtur vincere) duas coniuges Ramirum habuiſſe, probandum ipſi erat primam Paternam, ſecundam Vrracam dictam fuiſſe. quod non aliunde præſtare poterit, quàm ex hocce Diplomate, de quo præſens diſputatio inſtituitur. Deinde vt largiamur ſecundam Ramiri coniugem Vrracam dictam fuiſſe. improbabile nihilominus eſt eius nomen huic Diplomati ſubſcribi potuiſſe. Id enim ſub ipſum Victoriæ articulũ conceſſum, vt præfertur, Calagurri fuit. Quis autem credat Principem fœminam per tot belli diſcrimina coniugem Regem ſecutam fuiſſe, idque extra illius Ditionem, quando ea tem-

De Vrraca non liquet.

Quæ ſubſcribere Diplomati huic nequivit.

Digitized by Google

tempeſtate vix pedem Chriſtianis hominibus, nedum fœminis, efferre licebat ex Aſturiarum finibus.

11 Accedit, quod in ſubſcriptione tam Vrracæ quàm Ordonij, & Garſiæ, id occurrit, quod haud parum ſuſpicionem promovet cõficti Diplomatis. Cùm enim ſub eius finem Ramirus cum Vrraca, Ordonio, & Garſia confirmet, deinde Antiſtitum Optimatumque ſubſcriptiones excipiant; rurſum ſuperiorum nomina comparent, ſuperfluè, & ridiculè: ſuperfluè quidem: quorſum enim attinebat, vt qui ſub finem Diplomatis cum Rege ſubſcripſerant, inaniter ſubſcriptiones alias ſuper alias ingeminarent? ridiculè autem: eſt enim abſurdiſsimum vt Regis vxor, filius, eiuſque germanus frater, non poſt Antiſtites modò, ſed poſt regni etiam Proceres, aliosque minorum gentium Dynaſtas nomen ſuum tanti momenti inſtrumento ſubſcribant.

12 Animadvertit rei abſurditatem P. Mariana. itaque in exemplari, quod loco citato protulit, & nos ex ipſo appoſuimus; eos poſt Eccleſiaſticos Principes confirmantes inducit, cùm Morales, & Lobera illos poſt Laicos Principes ſubſcribentes producant. At nè ſic quidem tanto Diplomatis vitio medela fit: cũ in pleriſque omnibus vetuſtioribus inſtrumentis ſtatim à Rege, Regina, cum Regia prole, ante omnes etiam ſacros Antiſtes, confirment. Conſule ſis Appẽdices Hiepeſij, vbi pleraque moris huius inoliti dudumque apud noſtrates vſurpati, exempla in oculos incurrent.

13 Præterea Dulcidius Cantabrienſis, ſeu vt alij legunt, Catalabrenſis Archiepiſcopus confirmat: quem Archiepiſcopatum in natura rerum vnquam extitiſſe eſt planè inauditum. Comparet ibidem Salomon Aſtoricenſis Antiſtes, cum tamen in eius Eccleſiæ Diptycis vnus eius nominis reperiatur, qui circa annum 937. ſub Ramiro II. floruit, vt ex eius Diplomate à Sandobalio in S. Petri Montenſis hiſtoria producto liquet: miramurque eundem in hiſtoria Æmilianẽſi §. 36. pag. 56. hunc Antiſtitẽ ſub Ramiro III. circa annum 1006. vixiſſe aſſerere, cum contrarium ex Diplomate ab ipſo producto liqueat. Iam verò cum tam multi Antiſtites, & Abbates frequentes affuiſſe in Diplomate aſſeratur, cur ſex admodùm ipſi ſubſcribunt?

Dulcidij, & Salomonis ſubſcriptionis ſpuriæ.

Quo tempore hic poſtremus floruerit?

14 Porrò hoc Diploma ex illo Septimãcenſi ſupra po-

Digitized by Google

ſito & aſſerto inteprolatum eſſe argumento ingenti eſt, quòd ibi Ramirus Rex, Vrraca Regina, Ordonius Princeps, Garſia Ramiri frater, omnia vt in Septimancenſi, ſive Æmilianenſi Diplomate, repeńiuntur. veri autem non eſt ſimile eiſdem poſt ſæculum circiter nominibus tot homines præditos recurriſſe. Adde quòd illud Privilegium, vt circumfertur, Æra 972. ſeu anno 934. vt ſupra dictum, expeditum fuit. Iſtud autem Æram præfert DCCCLXXII. ſed enim in Curia Valiſ-Oletana defectum annor. C. in aſſerto authographo animadverſum à peritioribus & ſagatioribus fuiſſe, dum hæc ibi lis agitaretur; Lobera Ciſtercienſis prodit, laudati operis pag. 195.

7. Quòd hæc Diploma ex ſuperiùs expenſo cōſarcinatum fuit.

15 Quid quòd in hoc Diplomate multò plura S. Iacobo, quàm poſtea à Ramiro II. conceſſa ſunt, conceduntur? quare ſi illud, vt contēdunt, à Ramiro I. conceſſum fuit, iſtud illius reſtrictio & limitatio fuerit. Egregiam enimvero pro tam inſigni Victoria obtenta eius auctori Apoſtolo gratiam Ramirus II. rependiſſet! Nam illud quale eſt, quòd Ramirus I. in aliena ditione, ad Navarræum ſeu Aragonium (is erat ea tempeſtate, vt apparet, vir manu conſilioque ſtrenuiſsimus Eneco Ariſta) dubio procul ſpectante, omnia pro imperio gerens, diſpenſans, & quaſi ſua diſtribuens, nulla illius mentione iniecta, in eo Diplomate inducitur?

8. Quòd plura in hoc concedūtur quàm in alijs recentioribus cōceſſa ſunt.

9. Quòd in aliena Ditione Ramirus omnia gerens inducitur.

16 Neque obſtat quòd Sebaſtianus bis Ramirum I. cū Saracenis conflixiſſe, ac victorem evaſiſſe prodiderit. Id enim de minoris momenti prælijs, & quaſi velitationibus (quæ illis temporibus quotidianæ fermè noſtris cum illis erant) intelligi commodè poteſt. Non enim veri eſt ſimile tam inſignem ipſum Victoriam adeò obiter & ieiunè perſtricturū fuiſſe. Et verò ſat difficile apparet, Ramirum, qui haud ita diuturnum regnum habuit, & turbis domeſticis ſat implicitus ac diſtrictus fuit, tantis copijs conſcribendis, quantæ ad tantum bellum conficiendum requirebantur, & in Diplomate conſcriptæ leguntur, parem fuiſſe.

17 Nec me latet quid forenſes rabulæ adverſus iſthæc obduxerint. Nempe ingentem, pro more, recentium iuxtàque levium hiſtoricorum vim, hinc, inde corraſerunt, quo cauſam peroraſſe ſibi viſi ſunt. Sed hæc quanti fieri debeant, quàmque res hæc tota eorum captum ſuperet, probè docti norunt. Nos ſanè ſi Compoſtellanæ cauſæ patronos ageremus, vno veteris

&

Digitized by Google

& ab omni retro memoria repetito poſſeſsionis titulo nitiremur; à quo difficile, immò nullo pacto illuſtriſsimam Eccleſiam deijci poſſe certo certius putamus. Nunc cum optimæ cauſæ peſsimum patrocinium quæritur, in diſcrimen vocatur, id quod in dubium alioqui & certiſsimũ ducimus. Quod cõſilij pro inſigni noſtro in illuſtriſsimam Eccleſiam affectu, & in eius tutelarem Apoſtolum cultu, ſuggerimus. Summa eſto: nos neque Prælium ad Clavigium, nec inſignem de Mauris Victoriam SS. Apoſtoli Iacobi auſpicijs reportatam, neque voti ream Hiſpaniam factam vllo modo inficiamur. Sed hæc ſub Ramiri filio Ordonio geſta probabilius credimus. Quod ſi Prælium illud ad Clavigium celebre Ramiro I. rerum potiente commiſſum fuit; iſque ob partam Victoriam B. Iacobo vectigalem fecit Hiſpaniam: (quod ob παγγονοπαράδοτον famam, quæ in noſtrorum animis iam ab aliquot ſeculis altas radices egit, negare non audemus) ſi id, inquam ita ſe habet; aut verbo tenus, vt illis temporibus haud rarò fiebat, ea conceſsio facta fuerit; aut ſi quod tunc in rei tantæ memoriam inſtrumentum eſt cuſum, id temporis, vt pleraque alia, iniuriâ intercideric. nam vt hoc, quod circumfertur, pro germano habeamus, à nobis impetrare non quimus.

18 Nam quod obducunt Alfonſum VII. hoc inſtrumẽtum pro germano agnoviſſe, nihil eſt. Is enim nullam eius mentionem facit; atque in Hiſtoria Compoſtellana, Gelmirio rerum ad ſuam ſedem ſpectantium ſtudioſiſsimo iniungẽte ſub idem illud tempus conſcriptâ, eius ſive Diplomatis, ſive Victoriæ, neque vola, neque veſtigium vllum reperitur. Alfonſus ergò ea ſolùm in ſuo Privilegio confirmat, quæ Compoſtellanæ Eccleſiæ à priſcis Regibus conceſſa fuerant.

Alfonſus VII. ac hiſtoria Compoſtellana huius Diplomatis non meminere.

19 Quòd verò viciniæ eius tractus, in quo Prælium commiſſum dicitur, Traditio obtenditur, haud pluris debet fieri. Conſtat vtique ex Sebaſtiani locuplete teſtimonio, Ordonium I. Ramiri filium ingentem ad Albeldam, montemque Aſturcem, vulgò Laturcem, cladem Saracenis intuliſſe. Ea res huic Traditioni anſam dederit, quam poſteritas incurioſa & temporum negligens mox corruperit, & cum celebri ad Calaviciũ, vulgò Clavigium, qui prope abeſt, Prælio confuderit. neque autem veriſimile eſt, duo intra tam brevem periodum tẽporis adeo inſignia Prælia ibidem loci cõmiſſa fuiſſe.

Vnde orta viciniæ eius loci, in quo Prælium cõmiſsũ fertur traditio.

Ordonius I. Saracenos ad Clavigium fudit.

Atque

20 Atque hæc quidem ſunt, quæ quominus dictum Diploma pro germano recipiamus magnopere prohibent, & obſiſtunt? Quamvis enim haud leviter hoc genus monumenta damnanda falſitatis aut ſuppoſitionis eſſe, ſæpiſsimè in noſtro opere inculcaverimus; ſtuporis tamen fuerit omnia indiſcriminatim velle recipere. Producant Antagoniſtæ Benedictinorum paris momenti ac ponderis adverſus noſtra Diplomata argumenta; ac tum demum nos iniquos eſſe pronuncient, niſi in eorum ſententiam conceſſerimus. Nunc cum ſat levia ac futilia tantummodò obduxerint, cauſæ meritò noſtræ prævaricari dicemur, ſi de ſententia iuxtà ac avita poſſeſsione nos depelli ac deturbari impunè patiamur.

Addendum pag. 285. §. 27.

Fortè quis obducet; quamvis caſu nemo in tot characteribus inſigne tempus incidere potuerit, ſtudio tamen, & deditâ velut operâ, conſultis tabulis Aſtronomicis, eam Eclipſin deprehendere potuiſſe; eamque quò fraus, quam obtrudere nitebatur, minus ſuboleret, cõficto & ſubornato ab ſe Diplomati addidiſſe. ſed id omni probabilitatis ſpecie caret. Nam id Privilegium, ſi confictum foret, ante aliquot ſęcula (tria minimùm) cuſum fuit: id quod ex eius exemplo, quod ex Cuellarenſi Tabulario ſermone priſco hiſpanico conceptum Sandobalius in Æmilianenſi Hiſtoria §. 35. fol. 49. repræſentat, perſpicuè liquet. Ea autem tempeſtate, quâ vix unus in Hiſpania erat, qui quota Lunæ dies eſſet ſuo tempore, nedum tam ab eo remotis, certò aſſerere ac pronunciare poterat, tabulas Aſtronomicas, quarum ne nomen quidem tunc notum erat, cuiquam conſulere curæ fuiſſe, eſt prorſus incredibile. Itaque ex authographo abs dubio is character additus fuit; ac proinde, quod circumfertur ex illo expreſſum, minimè ſuppoſitum ac pro germano obtruſum fuerit.

APPEN-

APPENDIX PRIMA.

Diſſertatio de Anno Obitus SS. Parentis ac Patriarchæ Noſtri S. Benedicti.

PRÆFATIO.

EDIDERAT Ante annos XI. D. Ioſephus Pellicerius Opuſculum, in quo *de Anno Obitus S. Benedicti* prolixiſsimè diſputavit. In eius 1. parte ſe demonſtraturum pollicetur, SS. Patriarcham anno 509. ex hac vita migraſſe. In 2. porrò Demonſtrationem (ita homo glorioſus vocat abſurdiſsimum Paralogiſmum) producit, quâ eũ Obitum in annum 604. incidiſſe mordicus aſſerit. Adverſus hoc poradoxon *Diatribam de Vero SS. Viri Obitus anno* è veſtigio edidimus: in qua ipſum planiſsimè hallucinari, ſibique contradicere, perſpicuè demonſtravimus. Id, quanquam ipſi amiciſsimi, nobiſque vix de facie noti Excellentiſsimus & eruditiſs. Mondexarenſis Marchio, & D. Petrus Pulgarius Palentinæ Eccleſiæ Pœnitentiarius ingenuè faſsi ſunt, literiſque per quam honorificis ad nos datis ſignificarunt. Et verò nullius negotij erat hominẽ tam abſurdas opiniones, poſt tot de hocce argumento eruditiſsimas lucubrationes hoc ſæculo editas, recoquentem proſtraſſe. Sed enim quæ res hominem ad meliorem mentem revocaſſe debuerat, eum in rabiem egit. Quare arrepto ſtylo, Epactam (ſic ſuas vindicias indigitare libuit)

Pellicerius edidit Opuſculũ de Anno Obitus S. B.

Cui nos Diatribam de eodem argumento oppoſuimus.

Eidem ille Epactam ſeu ſatyram potius regeſsit.

Digitized by Google

libuit) poſt annum à noſtrâ lucubratiunculâ editâ regeſsit; in qua quidquid dicteriorum, ſcommatum, maledictorum homo in hac palæſtra, à primis ad decrepitam ſenectam annis exercitatiſsimus, didicerat & collegerat, in nos evomuit. Vix primum id opus lucem viderat, cum noſtræ Diatribæ vindicias conſcripſimus; in quibus paucis, ſed nervosè, quam frivola eſſent quæcumque nobis repoſuiſſet, quamque rei, tùm Hiſtoricæ, cùm Chronologicæ præſertim, rudis & imperitus eſſet, perſpicuè oſtêdimus. Eas ampliùs decennio apud nos preſſas, cum primum hæc typis mandare cœpimus, in lucem dare decreveramus. quod in operis limine lectori ſignificavimus. At re maturiùs expenſa, quidque ex noſtro Apologetico cùm ad nos, tùm ad lectores vtilitatis manare poſſet, penſiculatius examinato; cùm id minus, quam pro tanto molimine, eſſe iudicaſſemus, conſilium mutavimus. Itaque ſatius duximus noſtras Demonſtrationes brevibus proponere; tùm quas nobis obiectiunculas oppoſuit paucis diluere, ne noſtro otio, & lectorum patientia ſcripturienti hoc ſæculo abuti videremur. Itaque Diatribam de Anno Obitus S. Benedicti, quam hiſpanicè, vt dictum, dudum edideramus in compendium redigere, varias ſuper hoc argumento ſententias excutere, aliquidque, ni fallimur, certius quam hactenus ſit factum, in medium proferre, decrevimus. Id præſtitum necne à nobis ſit, candidi & eruditi lectoris iudicio æſtimandum relinquimus.

Cui & nos cumulatè ſatis fecimus

Quæ certis de cauſis edere noluimus.

Sed Epitomen tãtum hic damus.

Variæ ſuper hac controverſia ſententiæ proponuntur, & expenduntur.

1 DIV Eſt cum hæc controverſia tùm ab Hiſtoricis, cùm à Chronologis agitari cœpta eſt, alijs aliter ſentientibus, & in varia placita abeuntibus. Difficultatem præſertim ingerit textus vulgatus S. Fauſti Actor. S. Mauri auctoris, qui huic quæſtioni contentioſiſsimæ anſam præcipuè dedit. Nam abſque eo foret omnes in anno 542. aut 543. acquieviſſent. At laudatus auctor graviſsinus, αὐτόπτης, S. que Benedicti diſcipulus, vt quidem vulgò circumfertur, eos SS. Viri Obitus anni characteres prodidit, qui in nullum ex prædictis, ac ne ex proximis quidem, cõpetere queunt. Nam laudati Operis cap. ſeu num. 33. diſſertè aſſerit, S. Bened.

Controverſiæ difficultas proponitur.

Eius origo ex aſſignatis à Fauſto characteribus.

hed. XII. Kal. April. hoc eſt Martij 21. in ipſo Paſchatis pervigilio. ad cœlum migraſſe: adeóque eo anno ſequenti die, quę eſt Martij 22. Paſcha Dominicum celebratum fuiſſe. Id autem vt accidat neceſſe eſt, vt litera Dominicalis ſit D. Cycluſque lunaris XVI. quod circa ea tempora, in quibus SS. Patriarcha abs dubio vixit, non evenit, præter quam annis 509. & 604. vt in varijs, quæ vulgò circumferuntur, Tabulis Paſchalibus cernere eſt.

2 Ac nonnulli quidem ex Antiquis ita ſenſerunt; putaruntque, alij anno 509. alij 604. Virum SS. vitâ defunctum. ſed hæc ſententia paſsim à Neotericis eruditis falſitatis revicta eſt, funditùſque reiecta; vt ante multos annos nullum ſectatorem habuerit. Vnus Pellicerius, qui mirum quantum paradoxis, & à communi ſenſu abhorrentibus ſententijs indulgebat, nuper inventus eſt, qui dudum exſulantem & antiquatam opinationem reducere ac revocare moliretur. Nec vllum ſuæ abſurdiſsimæ ſententiæ fundamentum aliud produxit, quàm quòd in vtrumque illum annum quadrent proditi à Fauſto characteres: nihil moratus quod iam pridem illud plerique ſubruerint & everterint.

Sententiæ annis 509. aut 604. S. Benedicti Obitū illigantis dudum exploſæ.

Quas fruſtra recèns Pellicerius ſuſcitare molitur

3 Sed enim hanc aſſertionē falſitatis revincere (quod nos in laudata lucubratiuncula effectum dedimus) levis operæ eſt. Nam, teſte M. Gregorio, SS. Patriarcha ad initia Totilæ, qui anno 541. iuxta veriorem Chronologiam regnare cœpit, vitam produxit; vt ex cap. 14. 15. & 31. libri 2. eius Dialogor. perſpicuè liquet. Quî ergò Vir S. anno DIX. tantò antè, deceſsiſſe potuerit?

Demōſtratur annum Obi us S B. longè poſt A. C. 509. accidiſſe, ex eius congreſſu cū Totila.

4 Neque verò probabilius eſt ipſum ad annum DCIV. vitam protraxiſſe. Nam longè ante ſuos Dialogos M. Gregor. hoc eſt circa annum 593. elucubravit. Quâ ergò tunc ratione S. Viri Obitum per otium, vti in eo Opere fecit, deſcribere potuit, ſi, vt Pellicerius riditulè contendit, anno 604. ad cælites abijt?

Demonſtratur ante annum 604. V. S. obijſſe.

1. Quòd ante illum ſuos Dialog. Greg. ſcripſerat.

Quid? quòd cum Gregor. S Benedicti res geſtas conſcriberet, quatuor ex ordine SS. Patriarcha in munere Abbatiali ſucceſſores habuerat, vt ipſe S. Pontifex in ſui Operis limine diſſertè ſcribit?

2. Quòd quatuor S B. ſucceſſores habuerat.

5 Iam verò, ſi anno 604. Martij 21. S. Benedictus obijt, vt Pellicerius innaniter molitur, ſequitur S. Gregorium, qui om-

3. Quod ante Gregor. obierat quã Pellicer. vult S. P. obijſſe.

omnium conſenſu eodem anno, die Martij 12. è vita migravit, ante illum novemdio deceſsiſſe. qui ergo illius exceſſum potuit literis poſteritati prodere? Niſi eum prophetico afflatum ſpiritu id operis conſcripſiſſe Pellicerius comminiſcatur, aut quò ſuo inſomnio faveat, ad vitam revocatum pertendat; homo, qui dum ſui cerebelli commentis velificetur, cetera nil moratur.

Eius innane diverticulum ex eo quod Greg. aliorum teſtimonio vtatur petitum.

6 Quid ad iſthæc luce meridiana clariora Pellicerius reponit? quid aliud præter ſolemnia homini dictéria, ſcommata, importunaque diverticula? Nam quòd addit S. Gregorium non ſuæ fidei periculo, ſed eorum à quibus eas acceperat, S. Benedicti res geſtas literis prodidiſſe, ridiculum eſt. Imprimis enim quos ſuæ S. D. hiſtoriæ teſtes producit, omni exceptione maiores ſunt; quippe M. Benedicti diſcipuli, & magna ex parte in SS. album relati. vt vel nudum eorum teſtimonium Gregoriano ſuppar ſit.

Gregor. potuit per ætatem Totilam ac Benedictũ vidiſſe.

7 Deinde, adeò ne ſtipes erat Gregor. vt quibus temporibus Totila ac Benedictus, rebus ille geſtis cladibuſque Italiæ vniverſim, & privatim Romæ illatis, hic vitæ morumque ſanctimonia, miraculiſque clariſsimi & celeberrimi, floruerint, ignorarit; cum ſi fors vtrumque non vidit ac de facie novit, vidiſſe certè ac noſſe per ætatem potuerit? vt ſi Monachi illi in congreſſu celeberrimo Benedicti cũ Totila referẽdo lapſi eſſent, aut fallere data operâ voluiſſent; facilè à Gregorio eorum fraus an error deprehendi, corrigique potuerit. quod cum à Viro SS. & in DD. rebus geſtis, ac præſertim S. Benedicti memoriç prodendis diligentiſsimo ac ſcrupuloſiſsimo factum non ſit; argumento invictiſsimo eſt, congreſſum illum Gregor. M. calculo approbatum fuiſſe, quique eum in dubium revocat, tanti viri teſtimonium nihili facere, aut ridiculè eludere. Maneat ergo, quidquid Pellicerius contra moliatur & arguteturꝭ SS. Patriarcham N. nec ante annum 542. nec poſt 560. (quamquam longè ante eum ſuum diem obijſſe, mox viderimus) decedere potuiſſe: ni omnes cùm ſacras, tùm profanas hiſtorias, temporum ſeriem & Chronologiam, omnia denique pervertere, miſcere, depravare (quod ſanè egregiè Pellicerius præſtitit iteratis de ridiculo hoc paradoxo ſcriptiunculis) velimus.

Concluditur S. B. nec ante annum 542. nec poſt 560. mori potuiſſe.

8 Neque pluris fieri debent, quæ Pellicerij Achates

Pul-

Digitized by Google

Pulgarius, & Hermenegildus, qui S. Viri Obitum in annum 525. coniiciunt, prolixiſsimè & ineptiſsimè diſputant. ea enim per ſuperiora planiſsimè diſsipatur. Nam quod Brebiarij nobis authoritatem obiectant, quod anno 565. S. Maurum deceſsiſſe aſſerit, poſtquam Glanafolienſi Cœnobio 40. ſolidos annos à S. Benedicti Obitu præfuiſſet, fruſtra ſunt. Nam & eius ipſi teſtimonium, quoties è re ſua eſſe putant, penè cōtemptim abiudicant; & vt in res, quæ illo continentur accuratè, inquiratur, rarò tamen deſcenditur ad minutias Chronologicas, quæ earum conſultis in vtramvis partem diſceptádæ relinquuntur. Maioris abs dubio momenti eſt annus Nativitatis Dominicæ: in quo tamen à Martyrologij Romani calculo per mille amplius annorum curricula peritiſsimi ſacræ paginæ interpretes abeunt; nec vllus fermè, qui ibi poſita tẽporis intervalla per omnia ſequatur, reperitur.

Nihilo probabilius Pulgar. & Hermen. in annū 525. S. B. Obitum coniiciunt.

Quin obſtet Brebiarij authoritas, quam obiciunt.

9 Sed his nugis miſsis ad alia, quæ aliquam veri ſpeciem præſeferunt, diſcutienda progredimur. Plerique ergo graves & eruditi viri nodum illum, cæcum planè, qui apud Fauſtum occurrit, in hunc modum diſſolvi poſſe crediderunt. Aiunt enim circa illa tempora in Paſchatis celebratione variatum eſſe, alioque alibi tempore ſubinde principem illam ſolemnitatem agitatam fuiſſe. Quare quamvis eo anno 543. iuxta Nicænæ Synodi canones die April. 5. Paſcha ἀναστάσιμον celebrari debuerit; in tractu nihilominus Autoſiodorenſi XII. Kal. April. tametſi contra leges Eccleſiaſticas, non tamẽ contra morem, celebratum fuiſſe.

Nodi propoſiti à pleriſque allata ſolutio.

Ex Paſchatis celebrandi varietate ducta.

10 At hoc probabile non eſt. quanquam enim circa illa tempora nonnulla ſuper Paſchatis celebratione ſuborirẽtur diſsidia, non id quotannis vſuveniebat, ſed cyclis lunaribus VIII. aut XIX. tum quoties quartadecima communis amborum in feriam ſeptimam incurreret: vt doctè notavit Petavius L. 2. de Doct. Tempor. cap. 64. cum ergò is annus Aureū numerum XII. habuerit, nulla hac de cauſa de Paſchate controverſia in eo fuit. Luna quidem XIV. Sabbato pridiè Non. April. eo anno fuit. quare & quæſtio ſuboriri potuit, alijs die ſequenti Paſcha agentibus, alijs in ſequentẽ Dominicam, quę in diem 12. April. incurrit, eam ſolemnitatem ampliantibus. ſed neque id ab vllo memoriæ proditur; nec, vt proderetur, quidquam rei, qua de hic agitur, intereſſet. Nunquam enim effici

Quod tamen dicto anno locū nō habet.

Die Martij 22. anni 543. Neomenia fuit.

efſici poteſt vt Paſcha hoc anno 22. Martij celebratum ſit?

11 Sed id quod cauſam planè perorat ſubijcimus. Die Martij 22. anno 543. Novilunium commiſſum fuit; vt tùm ex computo Eccleſiaſtico, cùm ex Tabulis Aſtronomicis manifeſto colligitur. ex illo quia aureus num. XII. è regione diei Martij 22. in Kalendario veteri Nicæno occurrit; quod indicio eſt eo die novilunium accidere; ex his autem quia illud repræſentant die Martij 20. hor. 22. minut. 29. aſtronomicôs; politicè autem die 21. hor. 10. min. 30. hoc eſt duabus ferè horis ante diem 22. aſtronomicam ineuntem: labente autem diei currentis XXII. hora XI. à media nocte. qua ergò tandem tione talis tantaque in Paſchatis celebritate παραστροφὴ, 1, perverſio admitti potuit; idque in regione planè Catholica, & Romanæ Eccleſiæ ritibus ex aſſe addicta? quare nullo modo hoc diverticulo nodus diſſolvitur, ſed arctius ac preſsius adſtringitur.

In qua Paſcha, quod in παντελήνα agitur, celebrari nequivit.

12 Alij ijdéque eruditiſsimi hac via incedunt. Aiunt SS. Patriarcham N. obijſſe anno 543. Martij 21. Sabbato pridiè Dominicæ Paſsionis, quæ dies *Paſcha primum* quōdam dicta fuerit. Hinc anſam datam putant Odoni Actor. S. Mauri interpollatori, vt pridiè Paſchatis veri & Αναστασίμ S. Benedictum obijſſe crediderit; ac differtè in Actis S. Mauri ab ſe editis, ex ſua potius quam ex Fauſti eorum auctoris mente conſcripſerit.

Altera difficultatis enodatio, ex vitio in S. Mauri Acta ab eorum interpollatore invecto.

13 Sed hoc prorſus incredibile videtur. Non enim eſt veriſimile Odonem, qui S. Mauri Acta, *ſalua fide dictorum ac miraculorum inibi repertorum* ſe deſcripſiſſe ac correxiſſe, tantum non iure iurando interpoſito, aſſerit, vt illis innuit: *per eam quæ eſt in Ieſu deprecor Veritatem, Vt Veris & abſque fuco à me prolatis fidem adhibeatis &c.* veri, inquam, ſimile non eſt, virum probum, ac religioſum, qui tātam in his Actis deſcribendis religionem adhibuit, tantum ſibi permiſsiſſe, vt *Cœnæ Dominicæ, Paraſceves, Sabbati, Reſurrectionis, eiuſdemque ſolemnitatis Feriæ ſecundæ*, quorum mentio apud Fauſtum nulla extaret, pro libidine de ſuo meminerit. Vt quidem in vno alterove verbulo, aut etiam breviori periodo, hanc ſibi licentiam vſurparit, haud gravatè concesſerimus: vt in nomine *Bertichrani* pro *Innocentio* ſubſtituendo, & alijs huiuſmodi; quod nimirum characteres

Quod tamen eſt incredibile.

Cum ea Odo religiosè, quantum pote, deſcripſerit

ævo detriti eſſent, adeo vt, quod ipſe fatetur, alicubi divinare neceſſe habuerit. At vt tam multa de ſuo cerebro ſuppleverit, nullo modo adduci poſſum vt credam. quare ne hac quidem via nodus laxatur, ſed diſcinditur, & abrumpitur.

14 Sed enim ſi hunc Paſchatis adeo inſignem charaẽterem deferimus, ampla feneſtra imò ianua aperitur, qua obitus S. Benedicti tam anxiè quæſitum annum, in quem Chriſti quis malit proroget & diffundat. Eam ob rem Vivarius in cõmentarijs ad M. Maximum, illum in annum 548. differt. Alij, quo; innuit Mabillon. in erudita Præfat. ſecul. I. Benedictini, num. 37. eum in annum 560. aut 561. ampliant. ſed hoc divinare planè eſt, nõ chronologũ, aut hiſtoricũ agere; cum nulla, cur his potius quã alijs annis obitus addicatur, ratio ſubſit. — Nonnulli S. B. Obitum in longè poſterius tempus differunt.

15 Hanc rimam modò laudatus Mabillonius hac ratione obſtruere nititur. Ait enim Caſsinenſis Cœnobij cladẽ circa annum 579. aut 580. accidiſſe. Tunc temporis quatuor ex ordine Succeſſores S. Benedictus habuerat; Conſtantinum, Simplicium, Vitalem, Bonitum, ſub cuius initia regiminis ea clades incurrit. Singulis tribus primis decennium aſsignetur præfecturæ. quod nimium haud eſt, cum munus Abbatiale ea tempeſtate perpetuum fuerit. conſiunt anni 30. Iam ſi Bonito, qui cladis illius tempore Caſsino præerat, 7. anni tribuantur, omnium ſumma erit 37. his de 580. in quem vaſtitatem illam incidiſſe diximus, detractis, supereſt annus 543. in quem S. Benedicti Obitus cadit. quare anno 560. iam dudum in vivis eſſe deſierat. — Quibus probabiliter V.C. Mabillonius occurrit.

16 Probabilis quidem eſt V.C. coniectura. Cõiectura tamẽ eſt, non res ipſa. Nam ſi quis id quod vir doctiſsimus ſibi ſumit, vt nempe decem præfecturæ anni cuivis Abbati aſsignẽtur, præfractè neget, haud ſanè facilè revinci queat, & adigi vt id largiatur quod Mabillonius vult. Sapè in Catalogo Summorũ PP. à Theodoro II. qui præeſſe Eccleſiæ cœpit anno D. 901. ad Marinum, ſeu Martinum item II. qui anno 943. inijt, quatuordecim SS. PP. 42. annorum ſpatio reperiuntur. qui ſi inter eos diſtribuantur, vix triennium ſingulis obtingit. quod & aliàs haud ſemel notare licet. — Eſt tamen in eo quod ſumit, haud exigua difficultas

17 Quod ſi dicat Sũmos Pontifices ad illũ apicem grandi iam natu aſſumi; id imprimis perpetuum non eſt; cum non paucos ex his ætate admodum vegeta ad illum evehi perſæpè

contingat. præter quam quod haud ſanè iuvenes quondam in in noſtro Ordine, Abbatiale munus inibant. Ego ſanè ante XV. annos ſeptem Abbates S. Facundi novi, quorum nemo hodie ſupereſt. quanquam ij autem quadrienales ſunt, nihilo tamen ſecius, etſi perpetui forent, obijſſent. Itaque ſi quis ſolùm XX. præfecturæ annos quatuor illis Abbatibus S. Benedicti ſucceſſoribus primis, quinquennium ſingulis, aſsignare velit, nihil abſurdi afferat; neque facilè falſitatis, aut levitatis notâ incurrat. quare ſi nil aliud obſtet, S. Patriarchæ Obitum in annum 560. poterit diffundere.

P. Ricioli lapſus notatur circa annum Obitus S. B.

18 Sed illud impensè miramur, quòd P. Riciolo Summo Viro, reique chronologicæ & computiſticæ peritiſsimo excidit, ſuæ Chronologiæ Reformatæ L. 9. cap. 7. vbi ex profeſſo agit de anno Obitus S. Benedicti. ibi enim cum varias ſententias adduxiſſet, ac ſolidè improbaſſet, tandem in annũ 547. his verbis inclinat. *Igitur quod veriſimilius eſt, vtraque nota retenta, reperio ex meis canonibus lib. 1. cap. 30. traditis anno Chriſti 547. cyclum Lunæ 16. Solis 24. Epactam 23. Plenilunium Paſchale, immò ipſummet Paſcha die 22. Martij die Dominica, ſeu Indictione X. hoc igitur anno potiſsimum obijſſe S. Patriarcham Benedictum non gratis, nec ſine magno fundamento cenſeo.* hæc ille ibi.

Qui apertè revincitur.

19 Sed enim aliud proculdubio Vir magnus agebat, dum iſthæc ſcriberet. Si enim, vt ipſe rectè ait, cyclus Solis erat 24. ergò littera Dominicalis fuit F. ergò die Martij 22. quæ præfixum habet D. ſexta feria fuit, non Dominica; quæ vſque ad diem 24 quæ ad Lævam habet F. non occurrit. Ergo S. Benedictus feria V. in Cœna Domini (ſi quidem eo anno Martij 21. vt ipſe contendit, obijt) è vita migrarit. quod eſt contra Fauſti textum, quem ipſe illibatum & incorruptum eſſe vult. Et verò certo certius eſt eo anno Paſcha Martij 24. Luna 18. fuiſſe. quare dormitavit hìc abs dubio, vir ceteroqui vigilantiſsimus Sed enim opere in longo iuxta ac arduo, fas eſt obrepere ſomnum.

Maldonatus Chronologus præſtantiſs. anno 536 S. Benedictũ obijſſe putat.

20 Alfonſus de Maldonado Dominicanus vir rei chronologicæ peritiſsimus, cuique vix vllum in hac arte parem Hiſpania vnquam tulit, tùm in ſuis concluſionibus chronologicis, cùm in Chronico generali quod M. S. D. Ioſephi de la Serna Calatravenſis Equitis; Iuriſque Cæſarei primarij in noſtra

ſtra Academia Anteceſſoris, & quod caput eſt, Viri eruditiſſimi beneficio nacti ſumus 3. part. anno 536. Bened. exceſsiſſe contendit, Sabbato Martij 22. pridie Paſchatis, quod eo anno eiuſdem menſis die 23. celebratum fuit Neque verò negat Totilam ad S. Benedictum inviſiſſe; negat tamen eum congreſſum ipſo iam ex aſſe regnante contigiſſe, ſed regio pene comitatu & faſtu eò profectum aſſerit.

21 Sed huic Maldonati opinioni validè repugnat M. Gregorij teſtimonium toties inculcatum, qui diſſertè aſſerit Totilam planè & ex aſſe Regẽ cum S. Benedicto congreſſum fuiſſe. Adde quòd S. Virum Martij 22. deceſsiſſe nemo hactenus aſſeruit. quanquam hoc minoris fieri deberet, ſi nihil aliud obſtaret. Sed eum ante Totilæ Regni initia obijſſe, per multa, quæ Gregorius 2. Dialogor. refert, aſſerere non licet.

Cui Gregorius apertè repugnat.

22 Nec omittendum eſt quod ante aliquot annos, cum noſtra de hoc argumento Diatriba recens hiſpanicè prodijſſet, D. Petrus Pulgarius Eccleſiæ Palentinę Canonicus ad nos litteris datis ſignificavit. Ait ergò ſe in annum tamdiu quæſitũ certò incidiſſe, idque textu Fauſti vulgato incolumi. cum durum admodum ipſi videretur, quòd illum plerique in hac parte corruptum eſſe cauſarentur. Nam ſi hîc, inquit, corruptus eſt, vnde tandem cetera quæ in ipſo extant ab erroris labe & ſuſpicione immunia præſtare poterimus? Ait itaque ſe ex Martini Dumienſis Opuſculo de Paſchate didiciſſe, hanc ſolemnitatem quondam in Gallijs die Martij 25. perpetuò celebrari conſueviſſe. Ex quo vir Computiſticæ artis, ſcilicet, cõſultiſsimus, omnes ſuper hac re excitatos tumultus ceſſare, ac funditus ponere putat.

Pulgarij paradoxon proponitur.

23 Sed enim quàm hic Vir eius artis cuius peritiam præſefert ac venditat, ſit peritus, ex his paucis plus æquo apparet. Nam in primis quamvis verum ſit antiquitus in Gallia Paſcha Martij XXV. perpetuò celebrari alicubi conſueviſſe, vt, præter Martinum, Beda tradit; vt tamẽ is mos ad recentiora tempora tenuerit, nec alicuius idonei authoris teſtimonio probari poteſt, & res ipſa eſt per ſe incredibilis. Quantum à SS. PP. in huius ſolemnitatis recta, & ad ſacros canones exacta celebratione inſudatum ſit, nemo neſcit. veri ergò ſpeciẽ vllam habet in media Gallia, quæ Romanæ Eccleſiæ ritus re-

Et falſitatis revincitur.

 ligio-

ligioſiſsimè obſervabat; poſt tot Summorum eius Præſulum decreta, poſt Nicænam per totum Orbem chriſtianum ſuper hac re ſanctionem indictam & receptam, tam pravum & abnormem Paſchatis celebrandi morem, circa annum 543. alicubi viguiſſe? Quid quod Turonenſis auctor graviſsimus & ferè ſynchronus, quique omnes circa hanc rem controverſias & diſsidia incidentia ſedulò annotavit & in litteras miſit, de tam abſurdo Paſchatis agendi ritu altùm ſilet?

Pulgarius errorē in Actis S. Mauri debet agnoſcere.

24 Demus tamen Pulgario pravum illum morem alicubi ea tempeſtate in Gallia viguiſſe. Si ergo Paſcha 25. Martij celebratum fuit, & pridiè eius diei, vt exertè Fauſtus ait, S. Bened. obijt; obierit proculdubio Martij 24. qui ergò vulgatus Fauſti textus vitio careat, cùm in eo 21. eiuſdem menſis S. Virum è vitæ ſtatione diſceſsiſſe diſſertè affirmetur? ergo vitium in hæc Acta, quod abominatur Pulgarius, obrepſit abſque dubio.

Nec reſipit, ſed abſurdius labitur in Hiſtoria Palent.

25 Sed hunc errorem multis alijs cumulat in nuper edita, aut potius furtim obtruſa Hiſtoria Palentina. Nam ibi, vt ſupra diximus, ait SS. Patriarcham anno 525. deceſsiſſe. Is annus Paſcha legitimum habuit die 30. Martij. Pulgarianum autem fuit 25. Nam in eodem errore perſiſtit. Ergo cùm is annus cyclum Solis 2. literam Dominicalem E habuerit, 21. Martij, in qua vulgatus Fauſti textus aſſerit S. B. obijſſe, ſexta feria, non Sabbatum, vt ibidem legitur, fuerit. quod ſi pridiè Paſchatis Pulgariani S. B. exceſsit, feria 2. obierit.

In qua, vt ſuum errorem tueatur, omnia miſcet.

26 At vir acutus hunc nodum ſubtiliſsimè diſſolvit. ait enim diem Paſchatis Gallicani in quamcumque tandem feriam incurreret, Dominicam dictā fuiſſe, pridie porrò Sabbatum, ac poſtridie feriam ſecundam. Sed homini qui vt ſuo commento faveat, vſque adeò omnia pervertit & confundit, quid facias? ridiculus ſit profectò qui diutius cum huiuſmodi Antagoniſta contentionis funem ducat. Iam quòt tam ſacras quàm profanas Hiſtorias, PP. loca, Pontificum decreta, quò ipſa invita & renuentia ad ſuum pravum ſenſum trahat, pervertit & corrumpit? Non otij noſtri eſt, aut e re lectoris, ipſa producere, mifeſtæque falſitatis revincere. quanquam id fusè in data ad ipſum epiſtola, cui quid reponeret nō habuit, præſtitimus. ſed lectoris hic patientia abuti noluimus. Sinamus ergò hominem ſuo iudicio an inſania frui?

Noſtra

1 PRODVXIMVS Quæ tam multi ſuper hac controverſia diſputarunt Nihilque, vt ex dictis liquet, in quo animus noſter planè acquieſceret, deprehendimus. ſupereſt vt quid ipſi probabilius aſſeri poſſe putemus, in medium afferamus.

Noſtram ſententiam in medium afferimus.

Putamus igitur SS. N. Patriarcham anno 543. quem plerique recentiores & eruditiores Chronologi præferunt, carnis vinculis ſolutum in cœlum migraſſe. Id quò efficiamus, duo hinc inde termini, ac velut limitanei lapides, præfigendi ſunt, cis & vltra quos nemini liceat tranſilire. Primus citra quem conſiſtere non licet, eſt annus DXLII. ante quem SS. Virum obijſſe aſſerere, celebris ille eius cum Totila congreſſus (vt ſupra oſtendimus, & docti omnes conſentiunt) minimè patitur. Alter, vltra quem vitam SS. Vir producere nequijt, eſt DXLVIII. quem in S. Mauri Actis, velut digito demõſtratum, viros oculatiſsimos fugiſſe miramur. Quare intra hoc ſexennium, immò intra breviorem periodum, Obitũ celeberrimum accidiſſe, non coniectando, vt antehac factum, ſed validiſsimis, & invictiſsimis argumentis probabimus; mox ad eum annum, in quem ex ſex illis veroſimillimè Obitus congruat, gradum promovebimus; cumque 543. fuiſſe penè demonſtrabimus.

Quæ anno 543. S. B. obijſſe cum peritiſsimis quibuſque Chonologis tuetur.

2 Sed iam vltra annum 548. S. Benedictum in vivis agere nequijſſe monſtremus. id vt ritè fiat ponendum primò eſt, SS. Virum eo anno deceſsiſſe, quo S. Maurus in Gallias appulit. Id certiſsimum eſt. Conſtat enim S. Maurum dum Font-Rogi apud S. Romanum ex itinere diverſaretur, ſui SS. Parentis Exceſſus cęlitus certiorem factum eſſe. quare quidquid de anno Appulſus S. Mauri in Galliam concludetur, de anno S. B. Obitus iuxta probabitur.

S. B. vltra annum 548. vitam protrahere nequiſſe oſtenditur.

A tempore Appulſus S. Mauri in Galliam, qui in eũdem annum Chr. incurrit.

3 Iam æquè certum eſt, S. Maurum in Galliam appulliſſe, Theodeberto regnante. Id diſſertè aſſerit Fauſtus in Vita S. Mauri num. 40. vbi ſub S. Mauri Appulſum, nondum Glanafolienſis Cœnobij fundamentis iactis hæc habet: *Eo tẽpore Theodebertus Rex nobiliter regni Francorem apicẽ gubernabat.* quin in pixide lignea, vbi S. Viri exuviæ primum reconditæ fuerunt, pittacium cum hacce inſcriptione à

D. Maurus Theodeberto regnante in Galliam advenit.

Gauzlino Abbate anno 845. quod à Bertulfo ſub illius Obitũ illatum fuerat, deteƈtũ fuit. *Hic requieſcit Corpus B. Mauri Monachi, & Levitæ; qui tempore Theodeberti Regis in Galliam venit, & XVIII. Kal. Februar. migravit à ſæculo.* quare de Adventu S. Mauri in Galliam ſub Theodeberti regno dubitare non licet.

Theodebert. obijt anno 548. iuxta receptiorẽ calculum.

4 Theodebertus porrò regno vitaque ceſsit iuxta communiorem (an veriorem poſt paullò examinabimus) ſententiam A. C. 548. quare, vt poſtremò eius Regni anno S. Maurus in Galliam appulerit, certè poſt annum diƈtum 548. nec ipſe appulit, nec S. Benediƈtus è vita migravit, quod oſtẽdendum fuit.

Quadriennio, aut quinquẽnio ante, vt minimum S. Maurus advenerat.

5 At enim multò ante Theodeberti obitum S. Maurus in Galliam advenit. Ait enim Fauſtus in vita S. Mauri num. 48. & 49. cum Florus Glanafolij cucullum Monaſticum indueret, ei pio ſpeƈtaculo Theodebertum interfuiſſe; iam Monaſterio, cuius prima fundamenta poſt S. Mauri appulſum iaƈta fuerant, ad culmen perduƈto, Baſilica in Principis Apoſtolorum honorem ex ædificata, XL. que Monachorum manu coaƈta, in queis quadriennium, aut quinquennium, minimùm, effluxiſſe, neceſſe prorſus eſt. quare quadriennio, an quinquẽnio ante Theodeberti obitum, hoc eſt an. 543. aut 544. S. Maurus in Galliam appulerit; &, quod ex eo efficitur, S. Benediƈtus obierit.

Difficultas ex Fauſti verbis orta, qui oƈtennio ante prodit S. Maur. adveniſſe.

6 Sed ſcrupulus occurrit num. 48. laudatæ Vitæ S. Mauri, quem conſultò huc accuratè diſcutiendum reiecimus ac repoſuimus. Ait itaque ibi S. Fauſtus: *Igitur oƈtavo anno poſtquam ibi aduenerámus, Monaſterium omne ſatis convenienter in omni conſtruƈtione conſummatum atque ab Epiſcopis provinciæ ipſius dedicatum eſt.* Deinde Flori Monachatum, & Theodeberti in Glanafolium adventum ſubneƈtit. quę ſi vera ſunt (vt ſanè veriſsima videntur) & Theodebertus, vt diƈtum, an. 548. deceſsit, S. Mauri, qui oƈtennio ante advenerat, appulſus, & S. Benediƈti obitus in annum 541. congruunt. Id autem fieri non poteſt. Nam ante annum 542. S. Benediƈtum obire, ac S. Maurum in Galliam advenire nequiſſe, iam ante poſuimus, & luculenter probavimus: cum congreſſum illum celebrem Benediƈti, & Totilæ ante eum annum nõ potuiſſe accidere, ex Gregorij verbis & chronotaxi Regni Totilæ vicimus.

Vi-

7 Videre hunc nodum Mabillonius & ſocij Bollandiani,& hi quidem errorem in notas numericas irrepſiſſe putant; ac pro *octavo* legendum eſſe *Sexto*. Ille autem illa Fauſtum ordine præpoſtero conſcripſiſſe opinatur. Nos verò ſat probabiliter nihil movendum ducimus; ſi à chronologia, vulgatiori illa quidem, ſed minùs fortè vera, annor. Clodovæi I. & poſterorum eius paulum deflectatur. Illius Obitum in annum 511. vulgò Hiſtorici & Chronologi graves conferunt. Sed non minus, ac fortean magis probabile eſt, eũ anno 515. deceſſiſſe, vt multis probat P. Riciolus L.9. cap.8. num 3. ſuæ Chronolog. Reform. quod ſi verum eſt, omnia bellè quadrant, & cum Fauſti textu componuntur. Nam Theodoricus Clodovæi filius, quem 23. annos regnaſſe Turonenſis aſſerit, anno 537. obierit. Theodebertus autem qui parenti ſucceſsit, atque eodem & Fauſto teſtibus XIV. annis Auſtraſiæ imperitavit, ad annum 551. aut circiter, vitam produxerit. Hinc dempto octennio commorationis S. Mauri in Gallia ante eius obitum; illius in eam oram appulſus, & S. Benedicti exceſſus articulus, in annum 543. præcisè incurrit.

Quæ tollitur ſi Clodovæi & poſterorum chronotaxis paullulum immutetur.

Et digeratur vt digeritur à P. Riciolo.

Cur autem in Fauſti textu nihil admodum mutandum hîc putemus, cauſam ſubijcimus. Nam octennium illud, quod ante Flori Monaſtici inſtituti tyrocinium Fauſtus fluxiſſe prodit, Monaſterio cum ſatis ampla Baſilica, & alijs tribus minoribus ædificandis Domunculis, vix ſufficit; nedum vt tam brevi ac ſubitò, fungorũ inſtar, ſuaptè ſpontè hæc omnia ſubnaſci potuerint.

Cur nihil in S. Fauſti textu movẽdum putemus?

8 Iam quod V. C. Mabillonius *ὕστερον πρότερον* à Fauſto admiſſum eſſe, & dum Theodebertus Glanafolium acceſsit, ei nondum ſupremam manum impoſitam fuiſſe putat, in eo Viro doctiſs. non poſſumus aſſentiri, cum contrarium Fauſtus his verbis haud obſcurè innuat: *Inde cum omnia habitacula Monachorum circumiens perluſtraſſet, ac convenientes conſtructa eſſe laudaſſet, ingreſſus iterum Eccleſiam B. Petri &c.* & num. 54. *Poſt hæc*, inquit, *S. Domini deprecatus eſt Regem, vt domum, quæ hoſpitibus ſuſcipiendis aptiſsimè omni cõpendio ac decore conſtructa fuerat, dignaretur intrare &c.* Ex quibus liquet, non Monaſterium ſolùm, ſed hoſpitalem domum, quæ illius appendix eſt, iam tum ad culmen perducta fuiſſe, ad quæ profectò

Fauſtus minimè ordine præpoſtero illam hiſtoriã narrat, vt Mabillonius vult.

octennium, minimum requiritur. quare ordinem apprime Fauſtus in ſua narratione tenuit, & octo ante Theodeberti Obitum annis S. Maurus in Gallias, SS.que Patriarcha N. in cœleſtem Patriam appulerat.

Fauſti teſtis oculati Turonenſis auriti teſtimonium præferendũ videtur.

9 Non me latet eos, qui aliter de Clodovæi & poſterorum chronotaxi ſtatuunt, Gregorij Turonici auctoris gravis & ferè æqualis, teſtimonio niti. Sed tamen haud ſemel hunc, tametſi gravem & ſat idoneum teſtem, in annis digerẽdis peccaſſe, non vnus ante nos notavit. Nobis, haud abs re puto, potior in hac parte S. Fauſti teſtis oculati, quam Turonenſis, etſi locupletis, auriti tamen teſtis, fides eſt. Non enim veri eſt ſimile in re quam ſuiſmet oculis Fauſtus vſurparat, aut falſum ipſum eſſe, aut fallere virum probum & ſanctum deditâ operâ voluiſſe. Nihil ſuper re tanti momenti definire audemus; noſtras tamen, haud leves puto, vel improbabiles, eruditiorum iudicio ponderandas coniecturas proponimus, in eorum, ſi quid veroſimilius afferant, haud gravatè ſententiam conceſſuri.

Concluditur annum Obitus S.B. in an. DXLIII. incurrere.

10 Quidquid tamen huius ſit, illud ex dictis invictè conſtat, longè ante annum 548. S. Maurum in Galliam, & S. Benedictum in cœlum appuliſſe. Vixque ratio geſtorum patitur, vt in annum 544. illius Adventus, & huius Obitus differatur Cumque annus 543. plures characteres S. Benedicti Obitus (quippè qui illum Sabbato repræſentet) quã quivis alius è proximis habeat, ratio dictat, vt hic ceteris præferatur. quare nihil dubitamus quin illo acciderit.

Inque diem Aprilis IV. pridie Paſchatis.

11 Sed quid de altero inſigniori charactere Paſchatis à Fauſto prodito, quem nullo modo, anno dicto, cum Martij die 22. conciliari poſſe luculenter oſtendimus, fiet? Nodus planè difficilis; quem tamen hac vnica ratione ſolvi aut laxari probabiliter poſſe ducimus. Putamus ergo S.B. non Martij 21. vt paſsim creditur, ſed 4. Aprilis die, Sabbato, pridie Paſchatis, in cœlum migraſſe.

Quod prima ſpecie durum exemplis molitur.

Durum id quidem nonnemini prima ſpecie videatur, nec nos huc niſi inviti, ac coacti trahimur. ſed enim durius nobis eſt, ſi aut Fauſtum in tam illuſtri charactere apponendo lapſum, ſuſpicemur, aut Odonem id quod non inerat in Anthographo, aut ineſſe ex characterum, tametſi evanidorum, veſtigijs deprehenderat, de ſuo affinxiſſe.

Ne-

12 Neque verò adeò abſurdum, & inuſitatum eſt, vt alio die, quam acciderit, S.B. annua memoria recolatur: cum in pleriſque, vt Ambroſio, Baſilio, Martino, Dominico, & alijs id vſuveniſſe conſtet. Aliquo, qui nos præterit inſigniore eventu, miraculo, elevatione, aliave notabiliore circunſtantia puta, in diem Martij XXI. ex Aprilis IV. S. Viri ſolemnitas translata ſit. Eius poſteritas ignara, eum XXI. Martij credidit obijſſe.

13 Iam cum Odo prid.Non. April. legiſſet, quòd 21. die Martij S. Viri memoriam coli ſua tempeſtate animadverteret, pro *pridie Non. April.* haud ita magna depravatione, textuſve Fauſtini immutatione, *XII. Kal. April.* ſubſtituit. facilius hoc multò eſſe quàm vt tam multa de ſuo insereret, nemo non videt. P. Grandamicus in accuratiſsima diſp. de Anno Obitus S.B. ſuæ Chronolog. Chriſt. part. 3. lib. 3. cap. 7. ſect. 7. nobiſcum in hac parte ſentit, nec Petavius cum Mabillonio abhorret, quanquam hic in hanc partem minus inclinet. *Quarè certò* credimus Sanctum Benedictum anno Æræ Communis DXLIII. hac mortali Vitâ defunctum, ad æternã illam ac meliorem migraſſe, ac probabiliſsimè Sabbato pridie Paſchatis & Nonar. Aprilium.

Cur Odo pro IV. Non. Apr. XII. Kal. April. facile ponere potuerit?

Diſſertationis cõcluſio.

14 Poſt SS. Parentis annum Obitus deſignatum, nil facilius erit quam S. Mauri eius chariſsimi diſcipuli annum fatalem adſcribere. Video Viris magnis & doctis hìc hærere aquam, nec deeſſe, qui in annum 595. eius exceſſum diffundant. ſed improbabiliter. Ex dictis nullo negotio tota hæc lis deciditur. S. Maurus in Galliam appulit, vt vidimus, anno 543. Obijt, teſte Fauſto ſub eius vitæ finem, *anno* 41. iam ferè exeunte, *aduentus ſui ad eundem locum anno*, 18. *Kal. Februarij.* Adde 543. eius adventus anno, 41. Prodit ann. 584. in quo Vir S. ad cœlum abierit.

Corollarium de Anno Obitus S. Mauri.

Qui 584. fuit.

Nonnulla nobis à Pellicerio obiecta proponimus, & diluimus.

1 PROPOSVERAM Initio quæ nobis Pellicerius in ſua adverſus noſtram Diatribam Epacta obiectarat, ea omnia ſilentio involvere; nec vllo, vt ſanè merebãtur, reſponſo dignari: adeò inania & futilia ſunt, quæcumque

Nonnullis Pellicerij obiectiunculis obviam imus.

que adverſus nos in opere dicto deblatteravit. Ne quis tamen̄ noſtrum ſilentium imbecillitatem interpretetur, nobiſque ab homine famoſo (vtinam tam rei, qua de hîc agebatur, perito) os obſtructum putet; hæc pauca, ex queis noſtræ cauſæ bonitas, eiuſque peritia tam rei chronologicæ, quàm hiſtoricæ conſtabit, & dilucebit, ſubijcere è re cùm noſtra, tùm publica viſum fuit.

Nos violatæ fidei reos Pellicerius peragit.

Principiò igitur nos tanquam fidei Catholicæ violatæ reos peragit, quod obiter noſtra in opella dixerimus, nonnullos, haud ſane ſine argumento, putaſſe Generationem Cainani redundare in Lucæ Evangelio. Id homo qui nihil Hiſtoricum, nihil Theologicum, vt vt abſtruſum ac *μυστηριώδες*, ſe latere putabat, præ ſeque ferebat, Hæreticum planè flammiſque dignum eſſe, velut è cortina pronuntiat.

Quòd Cainanum in Lucam obrepſiſſe ex aliorum ſentẽtia diximus.

2 Sed multipliciter peccat. nos enim nõ noſtrum, ſed aliorum eo loci ſenſum propoſuimus, atque hypotheticôs, nõ *θετικῶς* locuti ſumus. En ipſiſsima verba, quæ dictæ Diatribæ num. 49. pag. 88. conſcripſimus. *Si eſta intruſa, como Petavio, y otros ſienten, la generacion de Cainã en S. Lucas &c.* Vides nos alienam, non ſententiam noſtram ibi rettuliſſe. Quare vt ea aſſertio hæretica eſſet, ſat cautionis, ne nos in eo luto hærere ſuſpicari quis poſſet, adhibuimus.

Quod non eſt improbabile, nedum Hæreticum.

3 Sed enim, vt ea ſententia minus ſit probabilis, Hæreſin eſſe nego. Deterret me à tam præcipite ſententia ferenda magnorum, Catholicorum, ac pijſsimorum, qui eam tuentur Virorum auctoritas. Conſule ſis, præter alios, Claudium Fraſſenium, perdoctum & eruditũ ex ordine Minorum Theologum, qui eam nuper proponit, & defendit mordicus in ſuis eruditiſsimis Diſqq. Biblicis p. m. 770. *probabilioremque contraria* cum Petavio, Cornel. à Lapid. Petro Poſsino, Ioanne Cordeſio, & alijs plurimis AA. Catholicis eſſe pronuntiat. quæ hominem Theologiæ, rerumque ſacrarum *ἀμύητον* ac rudem planè, à decretoria illa ſententia præcipitanda deterrere debuerant. Sed Pellicerius parum iſthæc curabat; dum rerum, quarum erat imperitiſsimus, popello peritiam venditaret.

Quod in Paſchate celebrãdo aliquan-

4 Illud etiam vehementius reprehendit, quod alicubi diximus, ex ignoratione Computi, reique Aſtronomicæ non ita magna peritia, quondam in Eccleſia in ſolemnitatis Paſ-

cha-

chalis celebratione aberratum. In id, inquam, vehementius invehitur, aſſeritque nunquam in hac re peccatum eſſe; ſatiſque facile huiuſcemodi errores caveri & vitari.

quando aberratũ diximus, nos Pellicer. carpit.

Bene habet ergò fruſtra Kalendario corrigendo tamdiu inſudatum fuit: immò fruſtra hæc cura ſuſcepta; quando nullus vnquam, ſi Pellicerio credimus, error admiſſus eſt. Infelix illud ſæculum, quod Pellicerium non tulit, qui tot ſuper hac re coortas procellas, & diſsidia nata, levi talitro ſedare poſſet atque comprimere.

Sed ridiculè.

5 Iam in ſacram paginam eiuſque dictatorem Spiritũ iniurios nos eſſe ait, qui dixerimus alicubi, Martium non exactè Niſan Iudaico reſpondere, vt ipſe aſſeruerat.

Et quod Niſan non exactè congruere cum Martio diximus reprehendit.

Sed hic, vt aliâs ſuam computiſticæ, quam ſubinde venditat & crepat, artis intimam peritiã prodit, qui neſciat, mẽſes lunares, qualis eſt Niſan, nunquam cum Iulianis & Solaribus paria facere poſſe: ideoque vſu ſæpe venire, vt ne vna quidem Niſan Iudaici menſis Paſchalis dies, in Martium cadat. Exemplum hic annus 1688. nobis ſuppeditat, qui 5449. eſt computi Iudaici. in eo enim prima Niſani dies, menſiſque noſtri Paſchalis, in Kalendas April. incurrit anni Gregoriani, ita vt ne vna quidem eius dies reſponderit Martio Iuliano.

Ex ignorato diſcrimine menſis Solaris à Lunari.

6 Illud porrò quale eſt, quòd nos, remotis ambagibus, mendacij impudentiſsimi ſua in Epacta arguit, quod dixerimus eum ſecummet confligtari, ſuiſque ſcitis ac decretis ſeſe opponere & adverſari, qui 3. lib. *diſtinct. ſuæ Marci à Maximo* Demonſtrationem, Archimedeis nihilo inferiorem, ſuper anno Obitus S. B. in A. C. 509. incurrentis pollicitus, aliam haud ſanè obſcuriorem de eodem in annum 504. congruenti offert? cum hæc duo ſint planè *ἀσύστατα*; cum ſi alterutrum demonſtretur, alterum ne probabile quidem, nedum evidens, eſſe poſsit. Mendacij, inquam, nos eam ob rem arguit. Cum tamen id in vtriuſque libri veſtibulo vncialibus propè literis propoſuerit, & in operis progreſſu, ad lectoris nauſeam & cruciatum, idem ſexcenties inculcarit.

Mendacij nos pariter accuſat.

Quod, quæ ſexcenties inculcat, cum diſſe aſſeruimus.

7 Sed nullibi homini genius, novandi omniaque ſuſquedeque miſcendi avidus, evidentius apparet, quàm in eius Annalibus (Anilibus verius inſcripſiſſet) L. 5. num. 52. 53. & ſeqq. vbi Epiſtolam celeberrimam, & pro germano SS. Martyris Eulogij fœtu ab omnibus cùm exteris, tùm noſtratibus cri-

Eulogij epiſt. ad Vvaliſindum, cõtra omniũ doctorum conſenſum, Pellicer. falſitatis arguit.

criticis habitam, falſitatis & apertæ νοθείας damnat. At quibus argumentis adductus? ficulneis planè; quæque levi flatu quivis valeat diſsipare. Sed enim hoc nos onere levavit doctiſ. Theologus iuxta & Hiſtoricus, RR. P. M. Petrus de Abarca S. I. in ſuo *de Regibus Aragoniæ* præclaro opere; vbi huius παραδοξοτάτης Opinationis vanitatem manifeſtò revincit, etſi mollius hominem, quàm tam inſignis audacia ac temeritas merebatur, accipit vt actum agere merito iure dici queat, qui his, quæ ille doctiſsimè in tam bonæ cauſæ firmamentum affert, aliquid addere moliatur.

Sed ridiculè.

8 Illud obiter monuiſſe ſufficerit, Alvarum Cordubenſem D. Eulogio amiciſsimum in eius Vita, illius Epiſtolæ mentionem facere, eaque magnam partem referre, quæ in ea leguntur, & præſertim peregrinationis SS. illius Martyris, quæ illa Cœnobia inviſit, diſſertiſsimè meminiſſe, vt hæc quæ ibi leguntur evidenter declarant. *Nec ei ſuffecit Monaſteria Patriæ ſuæ inviſere, quin potius occaſione fratrum ſuorum, qui ipſis diebus in Franciæ finibus exulabant, indeptam viam arripuit, & in Pampilonenſium territoria vltrò progrediens, Monaſterium S. Zachariæ ingreſſus, & aliorum Cœnobia ipſarum regionum gliſcenti voto percurrens, multorum PP. eſt amicitia dulcoratus. quorum converſationem in Epiſtola quam Epiſcopo Pampilonenſi in carcere poſitus dedit, nominatim locatimve digeſsit.* hæc Alvarus. Ex quibus rideas hominis confidentiam, qui contra talis viri teſtimonium ἀναντίρρητον, hæc chartis illinere eſt auſus. *Pero es verdad, que ni S. Eulogio ſaliò de Cordova, ni viſitò los Pyrineos, ni eſcriviò aquella Epiſtola, y que toda ſu narrativa es ſupueſta, como inciertos los motivos que ſupone ſu entrada en Navarra, y reſidencia en Pamplona; ſegun que cõ palmaria demonſtracion harèmos evidente, quando lleguemos al año en que ſe ſupone èſta peregrinacion de S. Eulogio.* hæc ille.

Cum contrarium eius comes individuus Alvarus apertè dicat.

9 Quod ſi Alvaro, quamvis tali Viro, teſtique locupletiſsimo, Pellicerius minus fidei adiungit, vel ipſi Eulogio credat, qui in Apologetico Martyrum prope med. hæc luce clarius eius aſſerti vanitatem revincentia litteris conſignavit. *Cum eſſem*, inquit, *in Pampilonenſi oppido poſitus & apud Legerenſe Cœnobium demorarer &c.* vtinam credendum po-

Et ipſe Eulogius.

potius eſt, Eulogionẽ affirmatiſsimẽ eam peregrinationem, quæ in illa Epiſtola deſcribitur, ſe obijſſe aſſerenti, an Pelliterio præfractè, contra SS. Viri luculentiſsimum teſtimoniũ, inficias eunti? cor hominis! qui iſthæc chartis præfidenter illinere audet, ſuæ interim famæ prodigus, & aliorum iudicij ſecurus. Vt mirandũ ſit Virum Exc. Mondexarenſem Dynaſtã in Tract. *de Anno Cladis Hiſpanicæ* nuper edito §.8. pag. 47. Moralium, R. P. Abarca, & Mabillonium carpere, quod huic epiſtolæ fidẽ habuerint. cum nec ovum tam ſit ovo ſimile, quam ea eſt ceteris Eulogij fœtibus, pro germanis ab omnibus cùm exteris, tùm noſtratibus Criticis conſenſu admiſſis.

10 At omnem admirationem ſuperat, quòd Pellicerius contra omnium Hiſtoricorum conſenſum, gentis noſtræ perſuaſionem, quam omnes prope Hiſpani cum lacte ſuximus, Cavæ illius famoſiſsimæ & Iuliani Comitis, in quos ad vnum omnes decantatæ illius Cladis Hiſpaniæ à Saracenis illatæ culpam conferunt, hiſtoriam celeberrimam mordicus pernegat, ac fabellis accenſendam tùm ipſe credit, cùm alijs perſuadere molitur.

Cavam illam famoſam in natura rerum fuiſſe Pellicer. inficias it.

11 At quibus fretus argumentis tãtum facinus audet? quia Pacenſis, inquit, author ſynchronus, hìc altùm ſilet. Egregium enimverò argumentum! Quaſi vnius hominis (quem lacerum & mutilum nacti ſumus, & alioquin vix ſumma rerum, chronologi in morem, capita libat) ſilentium, tantæ rei movendæ ac ſollicitandæ par ſit. An in ipſum V. C. Tamaius de Vargas hæc ſpicula direxit, cum in ſuis ad Pſeudo Luithprandum eruditiſsimis Notis, hæc pag. 113. ſcripſit? *Abeat igitur*, inquit, *in malam crucem baubator ille nugiuendulus, qui vt aliquid ſuo ingenio dignum, hoc eſt audaciſsimæ ſtoliditatis teſtimonium ederet, Cabbam, quocumque nomine vocetur, pernegavit, contra omnium antiquorum & recentiorum, qui res noſtras ſcripſerunt teſtimonia: quibus ipſi Arabes conſtantiſsimè conſentiunt, vt Ebuchafer Hamed, Ibnu Ebi, Elphajad in Parall. Regum Bæticorum, & Ebumerva Abdelmeliq; Binelquerdebur in Califarum chronico M. S. qui in Biblio theca Regia Laurentij, & ceteri qui inter Arabes in pretio habentur.* Sed mittamus hunc hominẽ, in cuius ſcriptiunculis tot ſphal-

Ob Pacenſis ſilẽtium.

At id futile.

De huius auctore paradoxi V.C. ſeverior cenſur.

ma-

mirum, hallucinationum, abſurdiſsimorumque παραδόξων plauſtra paſsim occurrunt, vt pudendum Hiſpano nomini ſit, eum aliquem inter eruditos locum, dum viveret, habuiſſe; multóque eſt probroſius, non deeſſe hodieque, qui ingentem poſt eius fata iacturam Remp. litterariam feciſſe lugeant. Sed dolori modum ponant; quando Pulgarius cum Hermenegildo, qui tantum damni ſarciat, divino, ſcilicet, nobis beneficio supereſt.

Pulgarius aſſerit Fauſtum cum Procopio Theodoricum cum Theodeberto cófudiſſe

12 Sed iam ad finem propero, ſi prius monuero; cum Pulgarius, qui anno 525. S. Benedictum effert, ſe Fauſti teſtimonio maiorem in modum premi animadverteret, qui S. Maurum Theodeberto regnante in Galliam adveniſſe, adeoque S. B. obiiſſe, diſſertè aſſeruit; miram huic à tam valida manu intorto telo declinando latebram, hominem oppidò acutum & ingenioſum, quæſiſſe. Ait enim Fauſtum Theodebertum cum Theoderico parente confudiſſe, aut verò à Procopio, qui hos principes confuderit, in errorem inductum. Quid ais, Pulgari! Fauſtus Theodebertum, quem αὐτοπρόσωπως viderat, ac ſuum inviſentem Cœnobium per otium contemplatus fuerat; quique Theodebaldi, qui ei in regno, filius parenti, ſucceſsit diſſertè meminit, cum Theoderico confudit? aut verò à Procopio, qui & hos principes palam diſtinguit, & alioquin Græcus ſcriptor (quam linguam οὐδ' ὄναρ, quod quidem ſciamus, ille norat) in alicuius angulo bibliothecæ eo tempore delitebat, in fraudem eſt inductus? quid tádem eſt nugari, ſi non eſt iſtud? ex quibus Pellicerij germanum pullum, qui parentem ad vivum referat, agnoſcas licet.

Sed putidè.

Sed mittamus hos homines, quorum ſi vel milleſimam hallucinationum partem perſequi ac revincere moliamur, nullus erit diſputandi modus.

APPEN-

APPENDIX SECVNDA.

DISSERTATIO CHRONOLOGICA de ſupremæ Cladis Hiſpaniæ à Saracenis illatæ Anno.

SI Quis in Hiſtoria Hiſpanica vindice dignus nodus occurrit, hic profectò eſt, quem præ manibus habemus: in quo ſolvendo plerique omnes, tùm noſtrates, cùm exteri Chronologi diu multumque laborarunt. quali autem operæ-pretio, aliorum iudicij facio. Mihi ſanè nullum ante hac videre contigit, in cuius ſententia planè acquieſcam. Nec verò mirandum, quando noſtri Hiſtoriographi, qui illis temporibus proximi floruerunt, eos anni illius toti Hiſpaniæ fatalis poſteris characteres reliquere, quibus extricandis nemo par ſit. vt non abs re proinde Hiſtorici, & Chronologi nuperi in varias ſententias diſceſſerint. Neque verò tãtum nobis ſumimus, vt aliquid in re prorſus ambiguâ, tam multiſque obſita difficultatibus, omninò certum & exploratum, nos allaturos recipiamus. Id nobis ſatis, abundèque erit, ſi quid in tam denſa caligine luminis illuſtrioris attulerimus. *Ingens difficultas de Anno Cladis Hiſpanicæ.*

2 Principio igitur, communior ad noſtraque vſque tempora receptior ſententia, celeberrimam hanc Hiſpaniæ Cladem, Æræ communis anno poſt ſeptingẽteſimum quarto decimò, accidiſſe aſſerit. Nec neceſſe eſt in re protrita, auctorum catalogo texendo immorari. Illud in anteceſſum Lectorem noſtrum, minus in rebus Hiſpanicis fortè verſatum, monitum volumus, quotquot ex vetuſtioribus, Æra 752. hanc Hiſ- *Quam multi in annum Chr. 714. incurriſſe aiunt.*

Hiſpaniæ produnt illatam Cladem,ab hac ſentētia ſtare. Æra enim Hiſpanica, quam ad annum Domini 1400. ferè noſtrates vſurparunt, Chriſtianam 38. annis ſolidis antecedit: quibus de 752. deductis, in prædictum A.C. 714. calculus cadit.

Et probāt ex die menſis, & feria in quibus accidit.

Et verò pro hoc anno facit, quod die 11. Novembris S. Martino ſacrâ, quæ eadem Dominica fuerit, hanc ſupremam noſtræ Hiſpaniæ Cataſtrophem accidiſſe, nonnulli, nec contemnendi ſanè, noſtrates Hiſtorici prodidere. Annus porrò Domini 714. cyclum Solis 23. atque adeò literam,vt vocant, Dominicalem G habuit quę cum è regione diei vndecimi dicti menſis, in Kalendario Romano reperiatur, eam diem Dominicam fuiſſe arguit. hæc opportunitas cum in aliquot,tùm ante, cùm poſt, annis, in quos alij eam Cladem cōferunt,nō reperiatur; haud abs re in hunc 714. conijci, nonnemini videatur.

Obiectio ex Computi Arabici ignoratione ducta.

4 Multa noſtri recentiores adverſus hancce chronologiam afferunt. Illud in primis, quod eius auctores in eam tanquam tempeſtate delati videantur, quòd Computi Arabici ignorantiâ laborarint alioquin ἀσύστατα prodidiſſent. v. g. Rodericus Toletanus Præſul, veterum noſtrorum Hiſtoricorum princeps, nulli certè ſecundus, Ærâ Hiſpanicâ 752. id eſt, A. C. 714. Rodericum vltimum Gothorum Regem in acie victum, eoque fugâ elapſo, an cæſo, à Mauris Hiſpaniam in ditionem redactam tradit. At id anno Arabum 92. (aliàs &, vt puto, correctiùs, 93.) accidiſſe addit. quod præ anni Arabici ignoratione viro magno excidiſſe autumant.cū enim inquiunt,annos Arabicos paria cū Iulianis facere, rudi illo ac penè barbarico ſæculo, noſtri crederent, hinc factum, vt 92. annos Arabicos, totidem Iulianis exæquari putarint. Cumque Epocham Arabicā ab A.C. vulgato (quod ſanè haud difficile cognitu fuit) 622. orſam aliunde noſſent, additis 92. in annum 714. computum cadere arbitrabantur. At res longè ſecus ſe habet.

Quæ ex anni Solaris Iuliani, & Arabici Lunaris modo petitur.

5 Annus enim Iulianus 365. diebus, vniuſque præterea diei quadrante conſtat.quo nimirum temporis ſpatio Solem Zodiacum luſtrare, Iulius Cæſar, aut potius qui illi præivere Aſtronomi, crediderunt. quare hic annus planè Solaris eſt. At Arabicus eſt totus Lunaris,aliquando diebus 354.nonnunquam 355. conſtans. Ex quo evenit, vt cum anni Arabici

mo

modus minor ſit Iuliano; plures anni Arabici; paucioribus Iulianis reſpondeant. v.g. triginta annis ſolidis Arabum, 29. Iuliani cum diebus 39. æquipollent. quare anni 92. Arabum (quot nempe ab Hegiræ capite ad Hiſpanicam Cladem Rodericus fluxiſſe teſtatur) non totidem Iulianos, ſed 89. dumtaxat, ac dies præterea 95. conficiunt. Iam ſi annos 89. annis 622. initio Epochæ Arabicæ, addas, anni 711. prodeunt, non 714. vt Rodericus, præ computi Arabici ignoratione, literis prodidit. hunc ergo annum, non illum, Clades illa Heſperiæ noſtræ fatalis, occupat.

6 Hæc omnia, tametſi ex parte vera ſunt, non tamen id efficiunt, quod nuperi Critici volunt. Ego ſanè cum ijs agnoſco, tùm Rodericum Toletanũ, cùm vetuſtiores noſtros Hiſtoricos, computi Arabici ignorãtiâ laboraſſe; certè illius myſteria minimè caluiſſe. Id tamen incunctanter aſſevero, ſi quis in eorum rationes error obrepſit, eum minimè ex anni Arabici ignoratione manaſſe. cum enim Rodericus, anno Arabum 92. Cladem Hiſpanicam accidiſſe aſſerit, non de eo annorum genere quòd Arabes vſurpant, & ipſe, vt adverſarij fatentur, ignorabat, locutus eſſe putandus eſt. Sed de Iuliano paſsim apud noſtrates vſurpato, ipſique probè cognito. Norat nempe Rodericus, vt ſuprà innuebam, Arabes ab Hegira, Perſecutioneve Mahometi, ſuos annos putare. Hanc (quod ſanè haud arduum ſcitu erat) in annum Chriſti 622. incurriſſe, nõ ignorabat. perſuaſum illi aliunde erat Cladem illam decantatam, in Æram Hiſpanicam 752. id eſt Chriſti 714. incidiſſe. hinc deductis 622. annis Iulianis, quorum ille modi gnarus erat, 92. anni Iuliani reſtabant. quo factum eſt vt anno 92. ab Epocha Arabum, Cladem illam accidiſſe prodiderit. quare cum Rodericus ait anno Arabum 92. eam accidiſſe, non de annis Arabicis purè Lunaribus, ipſi ignotis, ſed de Iulianis, quos intimè norat, locutus eſſe credendus eſt. Quos ille annos quamvis revera Iuliani ſint, ideo Arabum annos vocat, quòd ab eorum Epocha initium ducant, non quòd ad eorum modum, & computum, Latinis Roderici ævo ignotum, exacti ſint.

Non tamen hæc Roderico lapſus occaſio fuit.

7 At objiciat nonnemo Rodericum de annis puris putis Arabicis locutũ fuiſſe. illud argumento invicto eſſe, quod menſem ac diem planè Arabicos nominarit, in quos ea clades

Nec obſtat quod menſem Arabicũ expreſſerit.

 in-

inciderit. Sic enim ait: *Die Dominica V. Idus menſis Xavel.* quare non Iulianos, ſed Arabicos annos, ipſum eo loco intellexiſſe, conſentaneum eſt.

Eum enim aliundè, quamvis Arabici computi ignarus, potuit mutuari.

8 Sed nihil vetat, quanquam menſem Arabicum, in quem Clades illa incurrerit, atque eius adeo diem Rodericus nominarit, quominùs annum in ſuo calculo Iulianum, quem norat vnicè, vſurparit. Potuit enim menſem ac diem ex aliquo Arabico Hiſtoriographo hauſiſſe, annum verò vſualẽ de ſuo addere. Et verò nullam Rodericum anni Arabici notitiã rationemve habuiſſe, vel ex ipſis verbis, paulò ante productis, apertè colligitur. Nam imprimis, Idus nominat in mẽſe Arabico, quas tamen Arabes nullas habent. deinde illam Cladem menſe Novembri Iuliano accidiſſe aſſerit, quem cum Xavele Arabico illo anno concurriſſe autumat. quod tamen eſt planè falſum. Menſis enim, vt ipſe loquitur, Xavel anno 714. inijt die 20. Iunij. quare non cum menſe Novembri, vt Rodericus prodidit, ſed cum Iunio, ac Iulio noſtris, illo anno cõcurrit. Adde quòd vſque adeò tùm Rodericus, cùm antiqui noſtri Hiſtorici, anni, menſiumque Arabicorum periti erant, vt ne ipſorum quidem nomina, niſi corruptè, citare noſſent. quem enim illi Xavelem nominant, Arabes vocitant Scheval. Iam vero V. idus, ſeu nona menſis Xavelis, non Dominica vt Rodericus aſſerit, ſed feria quinta fuit. Ex queis plus ſatis liquet Rodericum nullam rationem habuiſſe anni, mẽſiſve Arabici, ſed ad Iulianum, quem vnicè norat, ſuum accommodaſſe calculum. Quanquam autem eius ſententiæ, ob rationes infra adducendas, nullo modo aſſentiamur, nihil tamen hucuſque allatum eſt, quo falſitatis manifeſtò revincatur.

Iſidori Pacenſis teſtimonium producitur, & accuratè examinatur.

9 His interim omiſsis ad Iſidori Pacenſis teſtimoniũ examinandum veniamus. Nam eius auctor, ſi ob nihil aliud, ob temporis certè prærogativam, dignus eſt, qui ante alios audiatur. Nam circa illa tempora vixit, ac iam fortaſſe in vivis erat, cum ſtrages illa Hiſpanica accidit. Hæc ergò de illâ literis conſignavit. *Huius* (Iuſtiniani II.) *temporibus in Æra 749. anno Imperij eius IV. Arabum LXXXXII. Vlit ſceptra regni quinque per annos retinente, Rodericus tumultuosè regnum, hortante Senatu, invadit. Regnat annum I. Nam aggregata copia exercitus aduerſus Arabes, vna cum Mauros à Muza miſſos, id eſt Tharich Abuzara,*

ra, & ceteros, diu ſibi provinciam creditam incurſantibus, ſimulque & pleraſque ciuitates devaſtantibus, anno Imperij Iuſtiniani V. Arabum LXXXXIII. Vlit VI. in Æra DCCL. tranſducti in promontorijs ſeſe cum eis cōfligendo recepit: eoque prælio, fugato omni Gothorū exercitu, qui cum eo æmulanter fraudulenterque ob ambitionē regni aduenerant, cecidit. Sicque regnum ſimulque cum patria malè cum æmulorum internetione amiſit, peragente Vlit anno VI. hactenus Iſidorus.

10 Sed diſpiciamus ecquis annus Chriſti tam multis characteribus deſignetur: quod antequam effectum damus, aliquot annorum Hegiræ initia, atque eorum cum Chriſtianis comparationem, mutuamquæ συζυγίαν apponere placuit, id enim toti noſtræ diſputationi haud ſanè pœnitendam lucem afferet.

Anni Hegiræ incūtes.	Anni Chriſti.	Dies.	Menſes.	Feriæ.
90.	708.	19.	Novēb.	2.
91.	709.	9.	Novēb.	7.
92.	710.	29.	Octobr.	4.
93.	711.	19.	Octobr.	2.
94.	712.	7.	Octobr.	6.
95.	713.	26.	Sept.	3.
96.	714.	16.	Sept.	1.
97.	715.	5.	Sept.	5.

Appoſita tabella quinque columnas habet. 1. continet octo annos Hegitæ (nec plures addere neceſſe fuit, quando intra hanc octoeterida Clades Hiſpanica, abs dubio, cadit) ſequēs annos Chriſti, in quos annorum Arabicorum reſpondentium initia congruunt. tres vltimæ diem, menſem, ac feriam denique, quibus anni reſpondentes inierunt. v.g. annus 90. Hegiræ, inijt anno Chriſti 708. 19. Novembris, Feria 2. quod eodem modo in reliquis valet. Nec eſt quod Lector benevolus dubitet. hæc enim per otium diſcuſsimus, ac bona fide appoſuimus.

11 Ex his liquet Iſidorum noſtrum rectè annos Lunares Arabicos cum Iulianis Solaribus cōnexuiſſe. Annus enim Æræ Hiſpanicæ 749. qui eſt Æræ Chriſtianæ 711. cum anno

Cum Clade Hiſpanica accidit, iã Iuſtinianus obierat. & imperabat Philippicus.

14. Nec minus ſanè peccat, cum eius annum quintum in Æræ Hiſpanicæ 750. Chriſti 712 differt. Eo ſiquidem anno adulto vere, quo tempore clades illa (ſi fortè) acciderit, iam Iuſtinianus vivere, & imperare deſierat, eique ſuffectus fuerat, Bardanes Philippicus Itaque is annus, quem Iuſtiniani V. Iſidorus facit, re vera fuit Philippici I, idemque VII. ab illius ſecundi Imperij auſpicijs. qua de re accuratè iam laudatus Petavius, loco citato, diſputat. vt mirandum profectò ſit, virum iuxta doctum ac illuſtrem, immenſæque lectionis Mondexarenſem Ducẽ, in ſuis eruditiſsimis Diſſertationibus Eccleſiaſticis, vbi de hac re ex profeſſo agit, hunc Pacenſis parachroniſmum non animadvertiſſe. ſed enim nemo vnus omnia videt.

Quoto A.C. Vlit regnare occœperit, ex anno obitus eius, Regnique ſpatio, ab Elmacino traditis, indagatur.

15. Sed ad alium characterem, quem nobis ab annis Vlit, Regis Saracenici, Iſidorus ſuppeditat, expendendum progrediamur. Ait ergo primam Saracenorum in Hiſpaniam irruptionem, in Vlit anno V. accidiſſe, atque eius porrò anno VI. in eorum poteſtatẽ veniſſe. Quoto ergo Chriſti anno Vlit regnare occœperit videamus, vt hinc in quotum eius V. ſextuſque cõveniant, noſſe poſsimus. Id ù beninimeltutius quàm ab ſæpè laudato Elmacino, rerum Saracenicarum ſcriptore accuratiſsimo, didicerimus. Is lib. 1. cap. 13. hæc habet. *Tempus, inquit, Imperij eius (Vlit) cum Æra ſua anni ſunt novem, & dies 236. quorum primus fuit Veneris, & vltimus Sabbati, elapſis annis Hegiræ 95. & diebus 136. annis autem Soluribus mundi 6206. & diebus 79.* hæc ibi Elmacinus cap. autem ſequenti hæc addit: *Creatus eſt Califa* (Suleiman) *eodem die quo obijt frater eius Vualid in medio Giumadi poſterioris anni 96. Hegiræ.* antea præmiſſerat cap. 13. *Obijt Vualid filius Abdulmelici eodem anno* (96. Hegiræ) *in medio Giumadi poſterioris, ac ſepultus eſt Damaſci cum imperaſſet annos 9. & menſes 8.* hactenus Elmacinus. Cõſonat Elmacino funditus Iſidorus Pacenſis, qui ſic ait. *Anno Arabum XCVI. Vlit mortuo Zulemã ſanguine frater : : : fatri ſuccedit in Regnum.*

Obijt Vualid anno Chriſti 715. 5. Kalendas Martij.

16. Sed enim eius characteres extricemus, vt in quem ijs afferendis annum, menſem, diemque collimet, diſcernere poſsimus. ait itaque imprimis Vvalidem anno Hegiræ 96. in medio Giumadi poſterioris obijſſe. His annus orſus eſt, vt ex

 ſupra

ſupra appoſito laterculo liquet 16. Septẽbr. feria 1. A. C. 714.
Dies 16. Septembris eſt ducenteſima quinquageſima nona à Kalendis Ianuarij. medius porrò Giumadi poſterior, ſive eius dies quintadecima, diſtat à Muharram, primo menſe Arabum, diebus 163. præciſè. hi ſi ad 258. adijciantur, fiunt dies 421. è quibus detractis 365. quantitate anni communis Iuliani, ſuperſunt dies 56. quorum vltimus in 25. Februarij anni ſequẽtis 715. incidit. in hanc ergo prædicti anni diem Vvalidis obitus cadit. Annus porrò 715. cyclum Solis 24. adeoque literam Dominicalem F. habuit. quare dies Februarij vigeſima quinta, feria ſecunda fuit. quod aliter poſſumus demonſtrare. annus 96. Hegiræ incœpit Dominica, vt ſupra notavimus, & nemini in dubium venire poteſt, qui cõputi Arabici vel primorem guſtum habeat. itaque eius character eſt vnitas. Menſis Giumadi poſterior, eundem habet characterem. hi iuncti dant binarium; atque adeò feria 2. Giumadi poſterior, eo anno incœpit. eius porrò quintadecima in eandem feriam cadit, vt vel computi tyrunculi norunt. quare dies obitus Vvalidis ab Elmacino proditus in feriam ſecundam abs dubio incidit.

Dupplex error, qui Elmacini textum vulgatum obſidet, notatur & corrigitur.

17. Ex his duplicem errorem corrigas, qui in Elmacini teſtimonium obrepſit, quorum alter ab operarum incuria, alter ab ipſo fortaſſe auctore manavit. primus illis verbis cõtinetur: *Elapſis annis Hegiræ 95. & diebus 136.* nam pro diebus *centum triginta ſex*, *centum ſexaginta tres* omnino legi debet. dies enim centeſima trigeſima ſexta ab Muharram Arabico, eſt decima octava Giumadi prioris, non autem in medium Giumadi poſteriorem, ſeu in decimam quintam illius cadit. in hanc enim dies centeſima ſexageſima tertia ab anni capite incurrit, vt ſuprà diximus, & ex menſium Arabicorum, qui vulgò circũfertur, laterculo patet. quare nihil dubitamus, quin typothetarum incuriâ 136. pro 163. facili prorſus obrepſerit lapſu. Alter error gravior eſt, quàm vt in typothetas, excriptores, aut in ipſum denique Erpenium Elmacini interpretem, conferri queat. ait enim exſertè vltimam, eandemque Vvalidi fatalem diem, fuiſſe Sabbatum. cum tamen feriam ſecundam, non Sabbatum eam fuiſſe, luculenter, nec vnâ ſane methodo, paulò ante oſtenſum à nobis ſit.

18. Ergo Vvalid regnare & vivere deſijt, A. C. 715. quinto Kalend. Martij. regnavit porrò, eodem teſte Elmacino,

annis nouem Arabicis, & diebus præterea 236. quibus de annis item Arabicis 95. & diebus 163. detractis, reſidui ſunt 85. anni Arabici, cum diebus 281. hoc igitur tempore ſuum Vvalid califatum eſt auſpicatus. nimirum anno Hegiræ 86. die XV menſis Schevval. Iam annus Hegiræ 86. qui cœpit anno 705. Ian. die 2. menſiſque eius Schevval quinta decima, reſpõdet anno Chriſti 705. Octobris nonæ. annus porrò 705. habuit cyclum Solis 14. literam Dominicalem D. atque adeò dies Octobris nona, incidit in ſextam feriam, vt ante ex cõputo Arabico efficiebamus.

Vvalid inijt ſuũ regnum anno C. 705. die Octobr. 9.

19 Id quod argumentando elicuimus exſertè Elmacinus aſſerit, qui cap. 12. agens de Abdulmelico Vvalidis deceſſore, & parente ſic ait: *Califatum obtinuit annos vnum & viginti, & dies 15. quorum primus fuit Mercurij, & vltimus Iouis, elapſis annis Hegiræ 85. & diebus 281. id eſt annis Solaribus mundi 6197. & diebus vno & quadraginta,* quæ eadem ſunt ac gemina cum ijs quæ ſupra ratiocinando eruebamus. itaque Abdulmelicus deceſsit feria V. ſextaque ei ſucceſsit Vvalid. ex his tabellam ſubijcimus ex qua in quem Chriſti annum, quis Vvalidis annus congruat, ſtatim appareat. Id enim nonnullam infra dicendis lucem afferet.

Quod ex alio Elmacini loco apertè colligitur.

Anni Chriſti.	Hegiræ.	Vvalidis.
705.	86.	1.
706.	87.	2.
707.	88.	3.
708.	89.	4.
709.	90.	5.
710.	91.	6.
711.	92.	7.
712.	93.	8.
713.	94.	9.
714.	95.	10.

Quibus Chriſti annis, Vvalidis califatus reſpondeant annorum initia.

Ac huiuſmodi quidẽ Tabella eſt, cuius vſus, vel ex nuda eius inſpectione ſatis apparet.

20 Iam dum annum Hegiræ 96. (quem in annum Chriſti 715. magnam partem, incurriſſe ſupra oſtendimus) in Mundi 6206. cum diebus 79. incidiſſe addit, nos rectè calcu-

Idẽ ex anno mundi Epochæ Alexandrinæ evincitur.

 lum

Digitized by Google

lum poſuiſſe patet. Nam è duabus à Græcis vſurpatis Epochis, altera Conſtantinopolitanâ, quæ 5508. annis, alterâ Alexandrinâ, quæ 5492. Chriſtianam vulgarem antecedit, hanc poſtremam ſecutum Elmacinum fuiſſe, plus ſatis liquet, & infra, cum bono Deo, fuſius demonſtrabitur. Iam ſi annis 5492. quibus Epocha Alexandrina Chriſtianam ſuperat, 715. qui ab huius capite ad obitum Vvalidis fluxere, addas, conſient anni Solares 6207. planè vt noſter Elmacinus aſſerit. Nam annos completos 6206. & dies præterea 79. ad illud temporis articulum lapſos fuiſſe, hoc eſt 6207. haud dum completos, aſſerit. quare rectè, vt dicebam, rationes ſubduximus.

Alius error, qui in Elmacini vulgatum textum ob repſit notatur, & corrigitur.

21 Illud porrò, haud parum ſanè difficultatis ingerit, quòd de anno Mundi 6207. dies 79. duntaxat ad Vvalidis obitum, quem in 25. Februarij accidiſſe ex Elmacino vicimus, fluxiſſe aſſerit. Hac enim ratione initium anni Mundi 6207. in diem nonā Decembris anni præcedentis 714. cadet. Inde autem Græcos, aut Alexandrinos auſpicium anni aliquando ſumpſiſſe, nefando quidem, auditum hactenus. Nullus ergò dubito, quin mendum in Elmacini contextum obrepſerit, ac pro 79. *centū ſeptuaginta novem*, reponi debeat. hac enim ratione omnia conſonant, ac Elmacini contextus, cui medicam, paulò ante, manum admovere cœperamus, ſuæ plenè reſtituitur integritati.

Annus Aegyptiacus fixus ab Auguſti die vigeſima nona incipit.

22 Hoc vt ne gratis dicere videamur, ſciendum eſt *Ægyptios annis quinque vertentibus poſt Cleopatræ mortem* (verba ſunt Petavij Rationar. temp. parte 2. lib. 3. cap. XV.) *anno vago repudiato, fixum & ſtabilem adoptaſſe, cuius Neomenia in Auguſti 29. diem competit*. Itaque annus Ægyptiacus fixus Solaris ab die Auguſti 29. auſpicabatur, hanc porrò anni formam in annis Mundi-ſolaribus putandis, Elmacinum noſtrum ſecutum eſſe, ex paulo ante allatis eius verbis patet. Nam diem in qua Vvalid regnare occœpit Octobris nonam fuiſſe oſtendimus, dies porrò præcedens, in qua eius Parens Abdulmelicus obijt eiuſdem menſis fuit octava, quam eandem quadrageſimam primam à capite anni 6198. fuiſſe aſſerit. fuitque XI. mēſis Paophi anni Ægyptiaci Alexādrini. Iam ſi ab Auguſti vigeſima nona incluſivè dies 41. numeres, in diem Octobris octavam computus cadet. quod argumento invicto eſt ab illa noſtrum Elmacinum annorum

Mun-

Mundi ſolarium putandorum initium repetere. eadem feria V. fuit, vt idem aſſerit. Nam eo anno Solis cyclus fuit 14. litera Dominicalis D. ex quo efficitur Octobris diem octavam in feriam V. Iovis ve diem cadere.

23 Hoc poſito certum omninò eſt, vbi 79. dies anni Mundi 6207. fluxiſſe dicitur, centum ſeptuaginta novem legendum eſſe. Alioquin non in Februario anni 715. Vvalid, vt ſuprà oſtendimus, obijſſet, ſed in die 15. Novembris anni 714. hæc enim eſt ſeptuageſima nona ab Auguſti 29. Ægyptiaci anni capite. Si porrò centum dies addantur, ita vt in vniverſum dies 179. à vigeſima nona Auguſti incluſivè numerentur, deſinet computus in vigeſimam tertiam Februarij anni ſequentis 715. quæ dies in dicto anno, qui literam Dominicalem F. habuit, erit Sabbatum, vti Elmacinus fuiſſe tradit. quare vigeſima tertia eius menſis, fuit Vvalidi poſtrema, & fatalis, non 25. vt ex Elmacini alio cõputo efficiebatur, quæ dies Lunæ fuit, non Sabbatum. cumque annus Hegiræ 96. in quem Vvalidis obitus cadit, cœperit die Septemb. 16. A. C. 714. ab ea ad diem Februarij anni ſequentis non 163. vt in vulgato Elmacini textu legitur, ſed 161. dies numerãtur. quæ dies eſt tertia decima menſis Giumadi poſterioris Arabici: eademque iuxtà computum Arabicum erit etiam Sabbatum. Nam character anni Hegiræ 96. eſt, vt ſupra docuimus vnitas, menſiſque Giumadi poſterior habet pro charactere hebdomadico eandem vnitatem. hæ iunctæ dant binarium. quare eo anno à feria ſecunda cœpit Giumadi poſterior. ex quo cõſequens eſt eius decimam tertiam cadere in Sabbatum. Itaque non diebus 136. vt vulgò legitur, non 163. vti ex Elmacini rationibus efficiebamus, ſed 161. omninò legendum eſt, quò vnà eius contextui, ac menti, omnimoda integritas reſtituatur. quod autem medio Giumadi poſteriore Vvalidem obijſſe ait, πλατύτερον ſumendum eſt, non mathematicè. hac enim ratione dies quartadecima cum dimidia, menſis Giumadi poſterioris, qui dies 29. habet, medium occupat, non dies tertia decima, in quam Vvalidis obitus cadit.

Elmacini textus ſuæ plenè integritati reſtituitur.

Vvalidus die 23. non 25 Februarij, obijt, anno 715. quæ dies fuit 29. menſis Mechir Alexandrini anni.

Hæc ideò ſubtilius, & prolixius proſecuti ſumus, vt ſuus celebri Elmacini loco nitor redderetur, vnàque pateſceret vnde Vvalidis annorum ducerentur initia.

24 Ex his rectè ne an ſecus tempora Iſidorus digeſſe-

rit

Iſidorus in annis Vvalidis cũ annis Aeræ Hiſpanicæ comparandis vno minimùm anno labitur.

rit videamus. Annus itaque Vvalidis quintus, quo anno primùm Saracenos in Hiſpaniam tranſmiſiſſe tradit, cœpit anno Chriſti 709. atque ad annum 710. diemque Octobris octavam in curſu fuit. hi ſunt anni Æræ Hiſpanicæ 747. & 748. ergo Iſidorus qui Ærâ 749. Saracenos primum in Hiſpanias irrupſiſſe aſſerit, anno, minimùm, vno labitur. dum autem Hiſpaniam ait Æra 750. ſub iugum Saracenicum miſſam, quem annum Vvalidis VI. fuiſſe addit, anno item ſolido à vero aberrat. hic enim in annos Chriſti 710. & 711. incurrit, vt ex appoſito laterculo liquet, non in Æram 750. ſive A. C. 712. vt ex Iſidori calculo efficitur.

Pelliccrij palmaris hallucinatio. ex eius Annalibus lib 1. nu. 17. ſub finem.

25 Sed antequã hinc abeo, movendus eſt lector, quàm Pellicerius, qui nihil ſibi ignorare videbatur (& nonnihil ſanè ſcire haud paucis perſuaſit.) artis chronologicæ peritus fuerit. qui cum apud Elmacinum legiſſet Vvalidem diem ſuũ obijſſe, elapſis annis Hegiræ 95. & diebus 163. id tempus in anni Domini 714. Martium exeuntem, congruere putavit. Id hominem, qui ex commentario vnicè ſapiebat, in errorem induit, quod ad oram Elmacini textus è regione anni Hegiræ 96. ineuntis, eius initium in anni 714. Septembris decimam ſextam incidere notatum vidit. Neque animadvertit (quæ erat hominis ἀβλεψία) dies 163. reſiduos, in 25. Februarij anni ſequẽtis 715. excurrere. Iam quod addit in exeũtis Martij tempus obitum Vvalidis congruere, ex eo hauſit, quod Elmacinus eum annum Mundi 6206. cum diebus, 79. fuiſſe, ſcriptum reliquit. putavit nimirum annos Græcanicos, Iulianorum inſtar, à Kalend. Ianuarijs initium ſumere. hinc diem Martij vigeſimam, quæ eſt ſeptuageſima nona à Kalend. Ianuar. ab Elmacino deſignari ſibi perſuaſit. quæ omnia falſiſſima eſſe, & ab omni probabilitatis ſpecie remota, ex ſupra dictis liquet. ſed aliorum Pellicerij παροραμάτων luculentius ſpecimen, poſt paulò, cum bono Deo, dabimus.

Dulcidij Salmãmanticenſis teſtimonium producitur.

26 Ab Iſidoro ad Dulcidium Salmanticenſem Antiſtitem veniamus, ſi quid fortè afferat, quod tutius admitti queat. Hic ergo, de noſtra Clade loquens, hæc ait: *Saraceni,* inquit, *Spaniam ingreſſi ſunt, die tertia idus Novembris, Æra 751. regnãte in Africa Vlit Amiralmumim. Anno Arabũ centeſimo, ingreſſus eſt primò Abzu-Hurara in Hiſpania ſub Muza Duce .... alio anno ingreſſus eſt Tharich,*

rich. Anno iam eodē prælio agente cum Ruderico, ingreſſus eſt Muza Iben Muzerij, & perijt regnū Gothorum.

27 In his Dulcidius Cladi Hiſpanicæ annum Æræ Chriſtianæ 714. quem hactenus noſtri Hiſtoriographi ceteris prætulerunt, aſsignat. Nam Ærâ Hiſpanicâ 751. qui eſt A.C. 713. primam Saracenorum in Hiſpaniam Irruptionem acci-diſſe tradit. Deinde anno ſequenti, qui eſt 714. Tharicum cum Roderico conflixiſſe aſſerit; quo in acie victo, regnum denique Gothicum exſpiraſſe. Sed dum horum annorum alterutrum cum Arabico centeſimo coniungit, totum ſuum calculum corrumpit. annus ſiquidem 100. Hegiræ, inijt anno Chriſti 718. tertia Auguſti die. quare quadrienij fermè metachroniſmo labitur.

Sed vt parum ſibi conſtans, reijcitur.

28 Sed enim per omnia ſibi conſtare Dulcidius Pellicerio videtur, mirabili excogita ſubtilitate, quam nemo ante ipſum *ὐδ᾽ ὄναρ* ſomniarat. Ait itaque in Opere Poſthumo *Annales Hiſpanici &c.* inſcripto, lib. 1. num. 20. Duplicē Arabibus annorum Epocham fuiſſe. Alteram quæ ab Mahometi Coronatione, quam A. C. 628. celebratam fuiſſe, pro libidine aſſerit; alteram quæ ab Hegira (quam ipſe Mahometi in Mecham Peregrinationem, aptè ſcilicèt, interpretatur.) initium ſumat; eamque in annum Domini 622. fatetur inci-diſſe. qua in re cùm Toletanum Rodericum, tùm pleroſque noſtrates Hiſtoriographos hallucinatos fuiſſe, affirmat. Hac ille diſtintiuncula adhibita, per omnia ſibi Dulcidium conſtare putat.

Duplex Epocha Arabica à Pellicerio 1. excogitata.

29 Sed, vt verbo dicam *πάντα κόνις, καὶ ὐδὲν ὑγιές; cuncta cinis, & nihil ſani.* Nā imprimis id nos Pellicerius docet, quod, ne fando quidem, antehac audivimus. Non Petavius, non Scaliger, non Chriſtmannus, non Mariana, non Ricciolus, non Chalezius, nemo denique eorum, qui de anno Arabico ex profeſſo agunt, duplicis Epochæ Arabicæ mentionem inijcit. Producendus itaque aliquis auctor Pellicerio fuit; ſi quidem in animo habebat rei tam admirabilis impetrare ab lectoribus fidem. alioquin haud tanti ipſe eſt, vt *τὸ αὐτὸς ἔφα*, id eſt; *ipſe dixit*, nobis ſufficiat.

Quam nemo agnoſcit præter ipſum.

30 Sed vt quàm inconſultè loquatur, appareat, demus homini quod ipſe ſumit, duplicem illam Epocham aliquando Saracenis in vſu fuiſſe. nihilo magis, immò multò minus, hac

Et, vt recipiatur, nihilo magis Dulcidio favet.

ratio-

Digitized by Google

ratione Dulcidio opem feret. centum enim anni Arabici, nonaginta ſeptem Iulianis, cum diebus octo reſpondent. adde hos 622. Æræ chriſtianæ, vnde Epocha Arabica proficiſcitur. fiunt 719. adde hos ipſos 628. Epochæ à Pellicerio confictæ. prodeunt 725 qui calculus longius à vero aberrat quam prior. tantum ergo abeſt vt Pelliceriana ſubtilitas corruptis Dulcidij numeris medicinam faciat, vt longè inſanabiliorem è contrario ipſis plagam imponat.

Quàm peritus Pellicerius fuerit computi Arabici.

31 Quò autem lector animadvertat, quàm computi peritus Pellicerius fuerit, quid, vbi ſuam in hac arte peritiam Traſſonicè oſtentat, addat, ſubijcere libet. ait itaque, puerili planè errore, annum Iulianum Arabicum Lunarem vndecim diebus ac ſex præterea horis, ſuperare. Id eſt planè falſum. Annus enim Arabicus purè Lunaris, diebus 354. horis octo, ſcrupuliſque præterea Iudaicis 864. quæ 48. noſtris Aſtronomicis reſpondent, præcisè conſtat. his ergo de diebus 365. horiſque ſex, quantitate anni Iuliani, detractis, reliqui fiunt dies 10. horæ 21. ac minuta, vt vocant, prima duodecim quæ eſt ipſiſsima differentia vtriuſque anni. Totis ergo horis 8. cũ ſcrupulis 48. Pellicerius aberrat à vera anni Arabici quantitate. Qui error, etſi exiguus, ac proinde contemnendus videatur, tamen ita paulatim creſcit, vt intra Triacontaeterida Arabicam, ad vndecim dies, & eò amplius augeatur.

Anni Arabici modus verus octo amplius horis diſcrepat à Pelliceriano.

Non itaque mirum lectori accidat, hominem vſque adeò primorum computi elementorum rudem, annum Arabicum vſque adeò refractarium eſſe pronuntiare, nulla vt ratione cũ Iuliano in concordiam redigi potuerit, quãdiù Græci, Ægyptij, Iudæi, Romani in eo laborarint. Nimirum ad ſuum Pellicerius modulum cæteros exigit, quodque à ſe præſtari poſſe deſperat, pro inſuperabili habet. Atqui ſcire par erat, longè ante noſtra ſæcula cultiora, non defuiſſe, qui id effectum dederint, quod vſque adeò arduum, immò ferè ἀδύνατον Pellicerio videtur. Certè in Tabulis Alfonſinis circa annum 1252. elucubratis, & in lucem editis, Arabici anni cum Iuliano comparatio inſtituitur, idque adeò ſubtiliter, & ſcrupuloſè, vt nihil ſubtilius, in hac duntaxat parte, à noſtri ævi limitatioribus ingenijs fuerit excogitatum. Vt interim Iordanum qui anno circiter 1100. floruit, Petrum de Aliaco S. R. E. Cardinalem, Paulum Middelburgenſem, & alios, qui Barbariciæ

Annum Arabicũ in gratiam cum Iuliano redigi nõ potuiſſe, ridiculè Pellicerius aſſerit.

planè

plane vixere temporibus, miſſos faciam. Hi enim difficultates omnes, ſi quæ in re, vt non admodum facili, ita non planè ardua, ſupererant, ita complanarunt, vt ferè nihil poſterorum induſtriæ reliquerint.

32 Eiuſdem commatis eſt quod obiter ait, *Hegiram* Mahometi in Meccã Peregrinationem ſignificare. Atqui Hegira *Perſecutio* Arabibus eſt, quam indeteſtabilem Pſeudoprophetam, cum ſua primũ venenata dogmata in vulgus ſpargere cœpit, ferunt concitatam. Hanc ille vt declinaret, non in Meccam, vt Pellicerius ſomniat, ſed Meccâ in Ietrib, Arabicè Medinat' Alnabi, fugit, vt cum Alfragano omnes cùm Arabes, tùm Latini Hiſtorici, conſenſu tradunt.

Hegira non eſt, vt Pellicerius garrit, Peregrinatio, ſed Perſecutio in Mahometum concitata.

33 Sed enim ſi omnia Pellicerij ſphalmata, & hallucinationes, quas in paucas lineas coniecit accuratè perſequi, & ſubtilius examinare pergam, in ingentem molem hæc noſtra diſſertatiuncula evadet. Quare ad inſtitutam diſputationem ex hoc velut diverticulo redeamus. Hæc autem eò fuſius, quam fortaſsè par erat, dicta ſunt, quò lectores (quos ille ampulloſa verboſitate, rerumque ab ſe non intellectarum quaſi faſcino ligat, ac ludos facit) moneã, quanti ducere debeat hominem, qui ea chartis illevit, quæ vix aut ne vix quidem ferenda ſint in puero, qui hanc artem, ad cuius culmen ſe perveniſſe Pellicerius popello perſuadere nititur, vel à limine ſalutarit. ſed ad noſtram Spartam.

Quanti Pellicerius à lectoribu fieri debeat monitum ſalutare.

34 A Dulcidio ad alios recentiores gradum promoveamus, qui fatalem Hiſpaniæ caſum in annum Domini 713. conijciunt. Primus, quem quidẽ ſciam, hanc ſentẽtiam amplexus eſt Alfonſus de Maldonado O.P. nobilis imprimis Chronologus, quique ceteris Hiſpanis in hac arte ab ipſis parum exculta, palmam præripuit. Is in Aſſertionibus Chronologicis anno 1620. in lucem datis, ita ſcribit: *Nona menſis Arabici Xavel, quæ eadem nona fuit Iulij menſis anni Solaris Iuliani (Chriſti 713.) Hegiræ nonaginta tribus annis abſolutis, labenteque 94. die Dominica commiſſum eſt prælium noviſsimum à Mauris, qui ex Africa huc tranſmiſerant, aduerſus Hiſpanos Orthodoxos. quo in prælio perijt, certè non comparuit, Rex Rodericus, & Hiſpania à Mauritanis ſubacta in Vualidis ditionem venit Damaſci Caliſæ, cuius auſpicijs Tarich, & Muza cum cæteris*

Recentiores eruditi cladem Hiſpanicam in A.C. 713. conijciunt.

Mauritanis rem gerebant. hæc ille. In eundem annum inclinant, Ricciolus in Chronologia Reformatâ, Philippus Brietus S. I. ad annum Chriſti 713. necnon P. Grandamicus, ſuæ Chronologiæ Chriſtianæ part. 3. L. 4. cap. V. Itemque Benedictinæ Hiſtoriæ Epitomes nobiliſsimus, etſi anonymus author, in Chronolog. accuratiſsima ipſi ſubnexâ, tom. 2. ad finem anni 713.

Quod non temere feciſſe videntur.

35 Illud imprimis pro hac ſententia facit, quòd die Dominica Hiſpaniæ ſupremum caſum repræſentat, idque menſe Xavel. Nam quòd hacce feria hæc clades acciderit, omnes fermè noſtrates Hiſtorici (vt eſt optimè à Tamayo de Bargas, in ſuis ad Pſeudo Luitprandum Notis eruditiſsimis, animadverſum) conſentiunt. Iam quicumque menſem Arabicum, quo in menſe acciderit, exprimunt, omnes, quot quidē viderint, Xavel aſsignant. Xavel porrò, ſive Schevval anni Hegiræ 94. inijt prima Iulij die anni Æræ communis 713. Nona porrò Xavelis, ſive V. Idus eiuſdem, vt Rodericus loquitur, fuit etiā nona Iulij. cumque is annus habuerit cyclum Solis 22. ac proinde literam Dominicalem A, nona Iulij dies, quæ è regione ad Lævam hūc characterem in Kalendario Romano habet, dies Dominica abs dubio fuit.

Guevara primus Iulium menſem Hiſpanicæ cladi aſsignat.

36 Menſem Iulij ex antiquioribus vnus, quod ſciam, Antonius de Guevara epiſt. ad Alfonſum Burgenſem Antiſtitem, huic cladi, his verbis, aſsignat. *Æra 753. quinta Iulij die, quæ Dominica fuit, propè flumen Bedalac non longè à Xerez, dilucescente aurora, noviſsimum prælium commiſſum fuit.* Is eſt annus Chriſti 715. ſed enim is annus cyclum Solis 24. literamque F Dominicalem habuit. proinde eius quinta Iulij dies, non Dominica, ſed feria ſexta fuit. quare labitur, procul dubio, Guevara in die aſsignanda. ſed nec in annum, quem exprimit 715. fatalis illa clades differri poteſt. Omnium tùm noſtratium, tùm Saracenicorum Hiſtoricorum conſenſu conſtat, eam Vvalide regnante accidiſſe. quin plerique addunt, Taricum, & Muzam ipſius Duces Hiſpaniæ ſubiugatæ ſpolijs onuſtos, ad ipſum Damaſci, principe Syriæ vrbe, degentem adijſſe. At Vvalid, vt ſupra Elmacini teſtimonio vicimus, A. C. 715. Februarij 23. regno vitaque ceſſit. Ergò longè ante eum annum, Hiſpania in Saracenorum poteſtatem venerat.

Sed tam in die, quàm in anno aſſignandis hallucinatur.

Illud

37 Illud ſanè miramur Virum doctum I. Marianam S. I. qui de anno Arabico librum conſcripſit, hæc ſuæ Hiſtoriæ Hiſpanicæ lib. 6. cap. 23. in literas miſiſſe. *Die octavo,* inquit, *qui dies Dominicus erat, Xavelis Arabum menſis nono die, tertiò Idus Novembris, ipſo Martini feſto die, vti ex Albeldenſi Chronico colligimus, atque ſalutis anno* 714. *totis vtrinque viribus pugnatum eſt.* Miramur, inquam, virum doctum, atque Arabici computi haud ſanè rudẽ, nonam diem menſis Xavelis Arabici, anno Domini 714. cũ vndecima Novembris, coniunxiſſe. Anno enim 713. cœpit annus Hægiræ 95. vigeſima ſexta Septembris die. à qua ſi ſeptuaginta quinque ſupra ducentos dies numeres, quot à Muharram anni Arabici capite ad Xavelis nonam intercedunt, cadit calculus in diem 17. Iunij, anni 714. quæ feria quarta fuit. tantum abeſt vt nona Xavelis dies eo anno, in vndecimã Novembris, quæ eadem Dominica fuerit, inciderit.

Nõ cum Novembri anno 714. Xavel Arabicus, ſed cum Iunio, & Iulio concurrit.

Noſtra mens ſuper anno in quem Clades Hiſpanica incurrerit aperitur.

1 QVID Nobis ſuper propoſita quæſtione veteres reliquerint, hactenus propoſuimus. ſupereſt vt quid ex his probabilius aſſeri queat ſubijciamus. quod aliquot, claritatis gratia, aſſertionibus appoſitis, præſtare lubet.

Senſus noſter ſuper hacce controverſia aperitur.

Eſto ergò prima. *Hiſpania nec ante an. 711. nec poſt 715. in Maurorũ poteſtatem venit.* prima noſtræ aſſertionis pars ex eo patet, quòd nemo, ſive ex noſtratibus, ſive ex Arabicis Hiſtoriographis, ante annum prædictum, vllam Hiſpaniæ à Saracenis ſubiugatæ mentionem faciat. Nam quod nonnulli ante hunc annum, aliquot eorum in ipſam Impreſsionum mẽtionem ingerunt, id de primis velitationibus, ſupremæ illius ac fatalis ſtragis quaſi præludijs, intelligendum eſt. quare iſthæc, & alia huiuſmodi noſtræ aſſertionis firmitudini minimè officiunt.

Nec ante annum 711. nec poſt 715. Clades Hiſpanica accidit.

2 Profectò tantùm abeſt vt S. P. Paſchaſij Giennenſis Epiſcopi ac Martyris, ex eius adverſus Mahometanos præclaro Opere petitum teſtimonium, nobis incommodet, vt vel hinc haud medicum noſtræ aſſertioni robur accedat. Sed ipſum

S. P. Paſchaſius contra Mahomet. cap. 7. tit. 1. n. 57.

S. Paſchaſij verba, quæ accuratè expendun'ur.

ſum ſubijciamus. *Octoginta*, inquit, *cum vno poſt Mahometi mortem præteritis annis, Mauri in Hiſpaniam introiere, ſicuti in Chronicis, & hiſtorijs, quæ tũc fuerunt ſcriptæ, legitur. & tunc Rex erat in Hiſpania Vuitiza. &c.*

Quonam A. C. Mahometus perierit?

Vt porrò ſciamus quem annum his verbis Paſchaſius exprimat, in quem Mahometi mors incurrerit, præmittendum eſt. id autem nemo nos accuratius docebit quam ſæpe laudatus Elmacinus, qui lib. 1. cap. 1. ita ſcriptum reliquit. *Cum Æra*, inquit, *Hegiræ annos obſervet Lunares commemorabimus eos vt in illa ſeſe habent, & docebimus quot ex ijs anni fiant Solares, vt ſana nobis ſit Chronologia, inde ab Adamo piæ memoriæ, ad hoc vſque tempus. Traditur itaque Muhammed obijſſe impletis annis Solaribus ſex mille centum viginti tribus, menſibus novem, & quatuordecim diebus: elapſis temporis Hegiræ annis Lunaribus decem, & diebus ſeptuaginta: id eſt annis Solaribus novem, & vndecim menſibus minus vno die. primus enim Hegiræ dies fuit Iovis, & vltimus vitæ eius Lunæ.* vt dies fuerint 3614. hæc Elmacinus.

Anno DCXXXII. Iunij die VIII. Mahometus obijt ſuum diem.

3 Ex his efficitur Mahometum perijſſe anno Chriſti 632. die Iunij octava. ſed ſingula fuſius explicemus. Imprimis annus Mundi 6124. in annum Chriſti 632. maiore ſui parte congruit. Si enim (vt ſupra faciendum monuimus) de illo 5492. qui ante Chriſtianam Æram fluxere, iuxta methodum Alexandrinis vſitatam, abijciantur, reſtant anni 632. Æræ Chriſtianæ. Iam novem menſes Ægyptiaci æquabiles quorum quilibet triginta dies habet, dant dies 270. adde quatuordecim dies, qui de menſe decimo fluxerant, exeunt dies 284.

Quod probatur 1. ex annis Mundi-Solaribus.

annus porrò Ægyptiacus Solaris incipit à die Auguſti 29. vt ſupra probavimus. ab hac ſi dies 284. numeres, deſinet computatio in Iunij ſeptimam. quia tamen eo anno Ægyptij non quinque vt in cõmuni, ſed ſex dies epagomenas, vt in biſſextili, (quod ipſi anno noſtrum biſſextilem antecedenti, vt Petavius eruditè probat, faciunt) intercalarunt, non in 29 Auguſti, ſed in trigeſima, Neomenia anni 6124. initium habuit. Hinc ſi dies numeres 284. in diem dictam Iunij octavam calculus cadit. ea tamen lege vt menſi Februario dies 29. vt fit in biſſextili, (qualis erat annus 632.) tribuas. Iam annus dictus cyclũ Solis 25. adeòque literas Dominicales E.D. habuit,

qua-

quarum poſtremà, à Februario ad finem vſque anni, vſurpatur. hæc è regione diei ſeptimæ Iunij eam Dominicam fuiſſe arguit. quare octava ſequens, feria ſecunda, ſive dies Lunæ fuit, vt Elmacinus aſſerit.

4 Sed videamus an idem ex calculo Arabico, quem ſubijcit, ſequatur. addit ergo elapſos fuiſſe annos Hegiræ decem, & dies præterea ſeptuaginta, cum Mahometus impuriſſimum ſpiritum exhalavit. is eſt annus Hegiræ XI. cuius dies ſeptuageſima, competit in vndecimam menſis Rabiè prioris Arabici. anni porrò decem Arabici cum diebus ſeptuaginta dant in vniverſum dies 3614. pręcisè. hi dies reducti ad annos Ægyptios æquabiles, id eſt dierum 365. dant annos novem, menſes æquabiles 30. dierum, decem, ac dies viginti novem, vt vnus ſolum deſit ad vndecim menſes vt Elmacinus ait. adde hos 621. annis & diebus 196. Radici Epochæ Arabicæ. fiunt anni Iuliani 631. & dies 157. quorum vltimus cadit in diem Iunij ſextam, quæ illo anno biſſextili fuit Sabbatum. biduo igitur hic calculus diſcrepat ab illo, quem paulò ante ex annis Mundi ſolaribus eruebamus. antea enim in octavam Iunij, quam diem Lunæ fuiſſe oſtendimus, computus incurrebat.

Deinde ex computo Arabico.

Qui biduo à priori diſcrepat.

5 Sed vndenam hæc bidui diſcrepantia? ex eo, abs dubio, quòd Elmacinus novē annos Ægyptiacos æquabiles, pro totidem Iulianis ſolaribus accepit, cum tamen bidui inter illos differentia reperiatur, vt omnes chronologicæ artis periti, probè norunt. ſed vter vtri calculus præferendus? prior abs dubio. ſi enim ſecundum amplectamur, incurrit, vt docuimus, Mahometi interitus in Sabbatum. At in diem Lunæ incidiſſe, Arabes omnes, ſummo conſenſu, tradunt. En verba noſtri Paſchaſij ex eodem titulo, cap. 6. n. 50. *Etiamque dicunt* (Mauri) *quod in feria ſecunda, vel Lunæ die, mortuus eſt, in ipſius Axæ domo.* Nec diſſentit Elmacinus, quem facilius eſt in die menſis, quàm in feria aſsignanda aberraſſe. quare pro diebus ſeptuaginta cum decem annis Arabicis, ſeptuaginta duo reponi debent, ita vt obitus Pſeudo prophetæ in tertiam decimam diem Rabiè prioris cadat. hanc diem Lunæ (vt ex computo Romano vicimus) fuiſſe facilè deprehendes. Nam anni XI. Hegiræ character, eſt vnitas. Rabiè prioris, ternarius. Hi numeri additi, dant quaternarium. quare Rabiè prior cœpit, eo anno, feria quarta. ergo eius tertia decima, in Lunæ diē cadit.

Vnde ortum ducat bidui diſcrimen?

Mahometi obitus in Lunæ diem ex Arabum *πατροπαραδότῳ* traditione incidit.

IdqueRabiè prioris 13. die.

Digitized by Google

Graves AA. anno aut etiam biennio noſtrum calculum anticipāt.

6 Ergo abs dubio Mahometes perijt A. C. 632. die Iunij octava, quæ in feriam ſecundam, ſive in diem Lunæ, incidit eo anno. Nec me latet viros magnos, reique chronologicæ conſultiſsimos, Ricciolum, Petavium, Grandamicum, Brietium & alios, anno, aut biennio antevertere noſtrum calculum. prior enim anno DCXXX. poſteriores DCXXXI. impuriſsimum Nebulonem perijſſe tradunt. ſed Arabibus Hiſtoriographis de rebus ſibi (quippe domeſticis) exploratiſsimis loquentibus plus quàm quantævis auctoritatis extraneis teſtibus deferendum, nemo iure negabit. Grandamicus certè, ſive eius chronologiæ typographus corrigendus eſt, qui Iulij 17. anno 631. obijſſe memoriæ prodit. Nam hæc dies fuit 11. Rabiè poſterioris, cùm omnes in Rabiè priore Mahometum deceſsiſſe aſſerant, atque ea non feria 2. fuit, vt ipſe ſcribit, ſed quarta. itaque pro Iulio, Iunius reponendus eſt, & Rabiè primus, pro 2. cuius duodecima in diem 18. Iunij incurrit eo anno. ſed feria tertia fuit, non ſecunda; vt tam ex computo Latino, quàm Arabico facilè oſtenderemus, ni tot tricis extricandis metueremus lectori nauſeam.

Sed Arabum oculatorum teſtium teſtimonio ſtandum.

Grandamici lapſus.

Primæ Mauritanorum in Hiſpaniam Impreſsiones in annū 711. incurrunt.

7 Sed ab hoc quaſi diverticulo (quamvis rei qua de agimus neceſſariò, nec lectori, vt auguramur, Philochrono ingrato) ad noſtrum inſtitutum revertamur. Dum igitur Paſchaſius anno 81. à Mahometi obitu, Saracenos primùm in Hiſpanias irrupiſſe ait, quem Æræ Chriſtianæ annum deſignet, aut potius innuat, facilè erit ex dictis divinare. Nā octuaginta & vnus anni Arabici, dant annos Iulianos 78. cum diebus 215. præcisè. Adde hos annis 631. & diebus 160. tempori obitus Mahometi. prodeunt anni 710. cum diebus 10, quare in annum Chriſti 711. regnante adhuc, vt ipſe ait, Vvitiza, qui hoc ipſo anno obijt, congruit prima Saracenorum irruptio in Hiſpaniam. favet itaque potius quàm adverſetur poſitæ à nobis aſſertioni, Paſchaſius. fruſtra ergo eſt quiſquis anno 709. Toletum, Hiſpaniæ id temporis principem vrbē, à Saracenis in ditionem redactam, ad eius textus marginem annotavit.

Pars 2. aſſertionis oſtenditur.

8 Secunda noſtri aſſerti pars iam ante à nobis probata fuit. Cum enim Hiſpania à Muza, & Tharicho, Vvalidis, Damaſci Califæ, Arabum Regis, Ducibus ſubiugum miſſa fuerit; iſque porrò anno 715. ineunte, è vivis exceſſerit, vt ſupra

ſupra non vno loco docuimus;ex eo efficitur,longè antè hunc annum, fatalem illam cladem accidiſſe. v. num.11. ſeq.

9 Secunda aſſertio. *Haud caret omni probabilitatis ſpecie, ſtragem illam in annum Chriſti 711. incurriſſe.* Id patet ex eo, quòd plerique cùm noſtrates,tùm Saraceni Hiſtoriographi, anno Arabico 93. idque menſe Novembri, memoriæ produnt, Rodericum cum Tharicho duce præliantem, in acie cecidiſſe. quæ duo ſi vera ſunt non in alium conveniunt annum, quàm in prædictum. Annus enim XCIII.Hegiræ,cœpit Octobris die decima nona,vt ex præmiſſo laterculo liquet: quare eo ipſo anno, menſe Novembri,clades illa potuit accidere. Nam ſi in Novembrem anni 712. differatur, non iam anno 93. ſed 94.qui à die ſeptima Oct.cœpit,acciderit. Cum ergo plerique, nec leves ſanè, AA. anno Arabum 93. menſique Novembri, hunc caſum illigaverint, haud omninò temerè aſſeri poteſt, eum in annum 711. incurriſſe. Non eſt improbabile Cladé noſtram in annum 711. incidiſſe.

10 Tertia aſſertio. *Imprabilius eſt hanc cladem accidiſſe anno Chriſti 713.* quamvis enim hic annus eas opportunitates præ cæteris habeat, quas paulò ante expendimus, attamen magnam partem concurrit cum anno Hegiræ nonageſimo quarto, qui cœpit anno 712. die Octobris ſeptimo. Nemo autem ex antiquioribus cùm noſtris,tùm Saracenis Hiſtoricis in dictum Hegiræ annum hunc caſum differt,ſed omnes, quos quidem viderim, annum nonageſimum ſecuudum, aut tertium exprimunt.quare cum hîc,in re quippe facti, veterum teſtimonijs ſtandum ſit, temerè his deficientibus, in hunc cõferretur. adde quòd ab hoc anno,ad annum 715.in quo Vvalid obijt, anguſtius ſpatium eſt, quam vt capere queat ea, quæ ſub Hiſpaniæ caſum fatalem geſta produntur, vt ſequenti aſſertione fuſius oſtendemus. Minus probab'le eſt Cladem noſtram accidiſſe A.C. 713.

11 Quarta aſſertio. *Hiſpaniam in Saracenorum ditionem redactam fuiſſe anno DCCXIV.improbabile prorſus eſt.* Hæc aſſertio, etſi ex diametro pugnans cum ſententia in quam ab aliquot ſæculis noſtri Hiſtorici gregatim abiere, Demonſtrationi chronologicæ proxima eſt.quod ita oſtendo. Roderici à Tharicho devicti, Hiſpaniæque ſubiugatæ nuncium Muza in Africa agens accepit. Is cupidine gloriæ, ſive invidia ſtimulatus, ingentem comparat exercitum, ac in Hiſpaniam tranſmittit; quo in apparatu aliquot menſes fluxiſſe, Improbabile prorſus eſt eam incurriſſe in A. C. 714.

Digitized by Google

Quod probatur, ex multis quæ ab huius anni Iulio, ad Februarium anni ſequentis, geri non potuerunt.

par eſt. vbi in Hiſpaniam ingreſſus eſt, cum Tharicho copias noluit coniungere, ſed ipſe per ſeſe rem ſeparatim gerere. Ergo primo Aſidonam, deinde Carmonam, tùm alias vrbes, loco præſidijſque munitas, diutina obſidione preſſas, tandem in deditionem accepit. Deinde Emeritam duxit, vbi qui ſuis conatibus reſiſterent, ac Victoriæ pręcipitis curſum perdiu morarentur, offendit. ſed eam tandem cepit. Mox Toletum, vbi Tharichus ovás agebat, iter convertit. cum eo in ſpeciem reconciliatus, cum aliquandiu ibi morati eſſent, Cæſar-auguſtã iunctis copijs petierunt, quâ tandem in ditionem redactâ, in Celtiberia, & Carpetanis pleraſque vrbes claras, ac munitiſſimas capiunt. ac mirum meritò Marianæ videtur hæc omnia triennio peracta. nedum vt ſex, aut ſeptem menſibus geſta ſint, quod ex adverſa ſententia ſequitur.

Vide Marianam de rebus Hiſp. l. 6. cap. 25.

Adde: dum Tharichus, ac Muza alienatis inter ſe animis rem gerunt, Vvalidem Damaſci in Syria agẽtem, ſuorum Ducum diſſenſus, qui Victoriæ tantæ curſum intercipere, aut corrumpere poterat, certiorem factum, eos ad ſeſe in Syriam evocaſſe. Eò illi toto, quantum eſt, Mediterraneo emenſo vecti, Vvalidem vivum adhuc, & valentem reperere. qui, Muza in ordinem redacto, pauló poſt obijt, anno Chriſti 715. ineunte, vt oſtendimus. Iam per ſe lector animadvertit, tã multis rebus explicandis, vt vt ipſis Ducibus Icarias pennas aptemus, biennij minimùm tempus requiri. quare tantum abeſt, vt vltimum illud cum Roderico bellum, anno 714. geſtum credamus, vt ne acquieſcere quidem ei ſententiæ poſsimus, quæ illud confert in præcedẽtem 713. cum itaque, vt oſtendimus, Vvalid obierit anno 715. nec ab Iulio anni ſuperioris 714. ad Februarium ſequentis 715. tam multa geri potuerint, evidens eſt Hiſpaniam in Saracenorum poteſtatem veniſſe, longè ante annum ſeptingenteſimum quartum decimum. quod nobis ad demonſtrandum propoſuimus.

Hiſpaniam A.C. DCCXII. in Saracenorum poteſtatem veniſſe penè demonſtratur.

12 Quinta aſſertio. *Hiſpaniam à Saracenis ſubiugatam anno Chriſti DCCXII. adeò probabile eſt, vt eius ſententiæ probabilitas longè multumque aliarum probabilitatem, ſi qua eſt, ſuperet.* Hæc aſſertio ex dictis manifeſta videtur. cum enim oſtenderimus Cladẽ Hiſpanicam ab A.C. 711. ad 715. accidiſſe, nec vllus huic eventui ſit aptior, quàm prædictus, immò omnes interiectos excluſerimus; ſupereſt vt

cer-

certò aſſeramus, in eum potius, quam in vllum alium, eum congruere.

13 Sed poſitivè, vel ex ſupervacuo, noſtri aſſerti veritas ob oculos ponenda eſt. Principio itaque Pacenſis Iſidorus Auctor ſynchronus, quique eius Tragediæ ſpectator fuit, poſtremum illud Roderici cum Tharicho prælium Æra Hiſpanicâ DCCL. anno Arabum XCIII. commiſſum fuiſſe, diſertè aſſerit, vt ſupra, dum eius teſtimonium excuteremus, oſtenſum fuit. atqui Æra Hiſpanica ſeptingenteſima quinquageſima, A. C. ſeptingenteſimo duodecimo, abs dubio, reſpõdet, & annus Hegiræ nonageſimus tertius in eundem annum, magna ex parte, incurrit: ergo iure ac meritò in ipſum celeberrima hæc clades conijcitur. 1. teſtimonio Iſidori Auctoris ſynchroni.

14 Iſidoro ſuccedat Elmacinus, gravis in primis Auctor, & in re chronologica accuratiſsimus. Hic igitur libr. 1. Hiſtoriæ Saracenicæ cap. 13. ita ſcribit. *Anno 93 (Hegiræ) expugnavit Tharichus Hiſpaniam.* quanquam autem dictus annus Arabicus, qui anno Chriſti 711. cœpit die Octobr. decima nona, & ad ſeptimam vſque eiuſdem menſis anni ſequẽtis 712. in curſu fuerit, nullum ex his duobus definitè deſignet, poſteriorem tamen haud iniuria, præferimus; cum id nõ adverſetur Elmacino, & præterea apprimè cum Iſidoro conſentiat, cuius ſuffragium quanti fieri debeat pauld ante diximus. Adde quod menſis Schevval, (quem omnes, qui menſem in quo hæc clades acciderit nominant, deſignant) anni 93. Hegiræ; non poteſt in annum 711. cadere. ex quo haud modica probabilitas huic ſententiæ conciliatur. quod infra magis conſtabit. 2. Elmacini Arabis Hiſtoriographi.

15 Suffragantur huic noſtræ aſſertioni ferè omnes quotquot annum Arabicum exprimunt, in quem illa clades inciderit. Omnes enim, ſi vnum aut alterum excipias, annum dictum Hegiræ nonageſimum tertium nominant. Ac ſanè Roderici Toletani Hiſtoria quæ in nonnullis exemplaribus annum nonageſimum ſecundum præfert, in alijs abs dubio correctioribus, eundem nonageſimum tertium exertè deſignat. 3. ex conſenſu ferè omnium qui annũ Hegiræ nominant.

16 Faciunt etiam pro nobis vetuſtiſsima Hiſpaniæ monumenta, quæ hunc C. A. exſertè deſignant. Nam imprimis V. C. Ioannes Grial ſub finem Gothicæ, & Suevicæ Hiſtoriæ S. Iſidori, hæc ex vetuſtiſsimis Iſidori, Iuliani, ſeu Vul- 4. ex vetuſtiſsimis ac ſinceriſsimis Hiſpaniæ monimentis.

ſæ, & Conciliorum codicibus manuſcriptis adducit;

Æra.	A. C.	Reges Gothorum.
739.	701.	Vvitiza ann. 10.
749.	711.	Rudericus ann. 1. *alij aiunt 3.*
750.	712.	Mauri invadunt Hiſpaniam.

Idem ferè annotavit V. C. Loyſa in ſua Conciliorum Hiſpanicorum editione accuratiſsima, vbi ita ſcribit. *Æra 750. A. C. 712. Saraceni Gothos expugnant, & biennio totam Hiſpaniam occupant.* hæc ille.

17 Conſonat Codex *Chronicon Gottorum* inſcriptus, quem ex vetuſtiſsimis chartis membranaceis deſcriptum Antonius Brandaon Ord. Ciſter. Abbas, part. 3. ſuæ Monarchiæ Luſitanicæ Appendicis loco ſubiunxit. ibi hæc leguntur ſub eius chronici initium. *Æra 749. alias Æra 750. Saraceni Hiſpaniam adepti ſunt.* hæc ibi. quamvis autem in dicto teſtimonio A. C. 711. & 712. deſignentur, indefinitè, nos poſteriorem lectionem, ſive ſententiam præferimus, ob rationes iam dictas. Cum iam hæc prælo matura forent, commodùm *Memorias Caradignenſes*, quarum ante annos 90. mẽtionẽ haud ſemel Illuſtriſs. Sandobalius facit, hiſpanicè antè quatuor circiter ſecula conſcriptas nobis ſubmiſit R. A. P. N. Fr. Ludovicus Alvarez, eius Cœnobij digniſsimus Abbas. Eas nos fortè notis illuſtratas, ſi cœptis Deus aſpiret, luci publicę dabimus. In his porrò hæc reperimus, quæ mirificè noſtræ ſententiæ favent.

Æra 748. regnavit Rodericus Gothorum poſtremus: Huius tempore ingreſſi ſunt Mauri in Hiſpaniam, eamque vaſtarunt: & ille tres annos regnavit. hæc, inquam, mirificè pro noſtra ſententia faciunt. Nam ſi Æra 748. i, anno Chriſti 710. Rodericus Vvitizæ regnum vſurpavit; treſque illud annos, vt additur, adminiſtravit (nam qui vnum regni annum eì tribuunt, temporis, quo id ſolus, Vvitiza defuncto, tenuit, duntaxat rationem habent) regni eius tertius & poſtremus, quo Saraceni Hiſpaniam occuparunt, eſt Chriſti 712. planè vt aſſeruimus.

Præterea hæc addit laudatarum Memoriarum author. *Æra 752.* (is eſt A. C. 714.) *Rex Belagius in Aſturijs advers*

verſus Saracenos inſurrexit, eoſque pepulit ex Hiſpania. Hic fuit primus Rex Legionis, & Aſturiarum, anniſque XIX. regnavit. hæc ibi. ex quibus idem efficitur, quod ante aſſerebamus. Nam omnes ferè noſtrates Hiſtorici produnt biennium circiter interceſsiſſe inter fatalem illam Hiſpaniæ cladem, & Pelagij in Regem, ſive belli Saracenis inferendi Imperatorem, electionem. hoc detracto de anno 714. in quem hanc incurriſſe hæ Momoriæ tradunt, reſtat annus 712. in quem clades illa decantata cadit. Cum itaque pro anno dicto DCCXII. omni exceptione maiora teſtimonia produxerimus, quæ ceteris annis deſunt, ea re ita hanc ſententiam amplectimur, vix vt in reliquis agnoſcamus probabilitatis tenuiſsima veſtigia. Et hæc quidem de anno cladis Hiſpanicæ dixerimus.

Iulius menſis aptior videtur in quem clades Hiſpanica incidere potuerit.

18 Supereſt vt nunc in menſem diemque menſis inquiramus, in quos ſæpè dicta clades incurrerit. Nos Iulium ceteris præferendum ducimus. id nos, quò in hunc præ ceteris inclinemus, maximè movet, quòd quicumque menſem Arabicũ in quẽ inciderit exprimunt, ij ad vnũ omnes *Schevval*, ſive vt antiqui corruptè proferebant, *Xavel*, ſivè, vt in Alfonſinis Tabulis legitur, *Savel*, deſignant. anno autem Hegiræ nonageſimo tertio *Schevval*, menſis Arabicus, cœpit Iulij vndecima die, duravitque vſque ad Auguſti decimam. quare ſi auctores qui Xavel aſsignant audimus, Iulio, Auguſtove, noſtra clades acciderit. Cumque nemo, quem quidem ſciamus, hunc ſecundum exprimat, primum autem Guevara nominet, quem non de ſuo id confixiſſe, ſed aliunde hauſiſſe par eſt credere, in hunc haud immeritò magis propendemus, quàm in Auguſtum. Iam cum annus 712. biſſextilis, cyclum Solarem XXI. Literas autem Dominicales C. & B. habuerit, & aliunde, vt diximus, ex conſenſu omnium, fatale illud, & poſtremum prælium cum Roderico, die Dominica accidiſſe conſtet; ex eo efficitur, die Iulij 17 quæ fuit Xavelis ſeptima, aut 24. quæ quarta decima, aut denique 31. quæ vigeſima prima menſis Arabici fuit, illud commiſſum fuiſſe. totidem enim à die 10. vſque ad 31. Iulius anni 712. habuit Dominicas. ſi autem quæras ecquam ceteris præferamus ex tribus dictis, nos in primam inclinamus, quæ minus diſtat ab ea quam Rodericus Toletanus deſignat. Is enim Xavelis nonam exprimit, Iu-

Eiuſque 17. quæ fuit Dominica.

lij autem 17. eiuſdem ſeptima fuit, atque ab occaſu Solis pro more Arabum, qui ſuos dies ab eo auſpicantur, octava iniit: quare vnius tantum diei differentia in noſtro,& illius calculo reperitur. quanquam ipſe perperam, vt iam oſtendimus, Xavelem eo anno cum Novembri noſtro coniungit.

Demonſtratur Annos Arabicos, ſiue Epocham Hegiræ ab anno Chriſti 622. auſpicari, quod tanquam axioma inconcuſſum, Chronologi omnes meritò abſque vlla probatione ſibi ſumunt.

Quidã, vndenàm annorum Hegiræ initium repetendũ ſit, ambigunt.

1 VIDERI Poteramus labore omni ac moleſtia, quàm nõ ſanè parvam tot tricis extricandis exhauſimus, bonâ fide defuncti. ſed enim obſtrepunt importunè nonnulli, qui nodum in ſcirpo quærunt, ac rem confeſſam, & velut principij loco à nobis cum omnibus Chronologiæ conſultis citra probationem ſumptam, in dubium revocare non dubitant. Aiunt ergò fruſtra nos ex annis Arabicis tùm à noſtratibus, cùm à Saracenis Hiſtoriographis proditis, noſtræ gentis Annalibus conari lucem affundere; cum hinc cõtra, nova in ipſos invehatur caligo. Incertum enim, & omnino dubium eſſe putant vndenàm Epocha Arabica initium ducat. In hanc ſententiam à Ioanne Mariana V. C. S. I. inducti videntur: qui cum libro VI. de Rebus Hiſpaniæ cap. 26. ab anno 622. Iulij 15. eam Æram proficiſci ſcripſiſſet, hæc ſubiunxit. *Quamvis Roderico Præſule, & Iſidoro Pacenſi diſcrepantibus, atque eius computationis initium ſalutis anno 618. deſignantibus, hoc eſt VII. Heraclij Imp. anno:* hæc ille. vnde minus cauti lectores, anſam rei prorſus confeſſæ in dubium revocandæ, aut etiam pernegandæ, videntur ſumpſiſſe.

Quibus præiviſſe videtur Mariana.

Et Ioannes Lucidus.

2 Ioannes item Lucidus non infimæ notæ Chronographus, ad annum 621. ita ſcribit. *Mahummed completo anno Domini 622. dedit legem: à quo tempore computantur anni Arabum.* Genebrardus verò vir doctiſsimus. & putandorum temporum haud ſanè rudis, lib. 3. ſui Chronici hęc habet. *Arabes, inquit, & Mahometani ab Hegira, cuius fuit initium anno 621. qua homo perditus Mahometes iura, & leges dare cœpit, annos ſuos numerant. Nã errant*

Necnon Genebrardus.

&

& Afri, qui eius principium faciunt A. C. 591. vel 592. quo Mahometem natum putant: & qui anno 623. quo Mahometes primam Expeditionem (quod ſonat vox Hegiræ) ſuſcepit pro Religione. Eius Regni annum primum orditur Iſidorus Pacenſis ab anno Chriſti 617. ex hiſtorijs Arabum, quod & nos in Regum illius impij Imperij ſucceſsione recenſenda ſequimur. hæc ille.

Rodericus Toletanus in Hiſtoria Arabum cap. 6. eorũ annum tertium decimum, cum Æra Hiſpanica 669. & Heraclij XX. coniungit. hic eſt A. C. 631. e quibus tredecim annis Hegiræ ſubductis, cadit calculus in annum Chriſti 618. à quo ſuam Arabes Epocham auſpicari Rodericus putat, — *Sed potiſsimùm Rodericus Præſul.*

3 Opponunt præterea Anonymi vetuſtiſsimi apud D. Eulogium teſtimonium, quod ipſe in antiquo Legerenſis Cœnobij membraneo codice ſe legiſſe teſtatur in Apologetico Martyrum. eius ipſiſsima verba hæc ſunt. *Exortus eſt Mahomet Hæreſiarches tempore Heraclij Imperatoris anno Imperij eius ſeptimo, currente Æra 656.* (DCVI. in textu edito tom. 4. Hiſpaniæ illuſtratæ, corruptè abs dubio, legitur) ex quibus viri eruditi inferunt ab æra 656. qui eſt A. C. 618. annorum Hegiræ Mahumedicæ initium repetendum eſſe. — *Atque Anonymi apud D. Eulogiũ teſtimonium.*

4 Sed enim hæc omnia offuciæ meræ ſunt, indignæ profectò quæ à viris cæteroqui eruditis obducerentur. Ac ſanè rei tam illuſtris ignoratio ferri vtcumque potuit, quandiù inculta iacuit Chronologia. At poſt lucem tãtam ipſi ab Scaligero, Petavio, Chriſtmanno, Ricciolo, & alijs innumeris allatam, nefas prorſus eſt de re perſpicua, luceque meridiana clariori dubitare. Quod antequam evidentiſsimè demonſtro, adductis teſtimonijs occurrere placet. — *Sed intolerabiliter errant.*

5 Et quidem quòd ad Iſidorum Pacenſem attinet, neſcio vndè tandem Mariana, & Genebrardus colligant ipſum Epochæ Arabicæ initium in A. C. 617. collocare. Nam cum annum Arabum XCII. cum æra Hiſpanica 749. Chriſti 711. nonageſimum autem tertium cum æra 750. Chriſti 712. connectat, plus ſatis liquet eum Hegiræ annos ab anno 622. proficiſci penitus crediſiſſe. anni enim Arabici 93. annos Iulianos 90. cum diebus 84. appendicibus præcisè efficiunt. ſubtrahe hos de 750. reliqui ſunt 660. à quo æræ Hiſpanicæ anno, — *Iſidorus Pacenſis perſpicuè nobis favet.*

no, anni Arabici initium ſumunt. Iam deduc de 660. annos 38. quibus Epocha Hiſpanienſis Chriſtianam ſuperat 622. reſidui erunt, vnde Iſidorus cum peritis omnibus æræ Arabicæ primordia repetit. deſinant proinde adverſarij Pacenſem Iſidorum nobis obijcere, cum luce clarius noſtræ veræque ſententiæ ſuffragetur. Cum hæc primum commentaremur, nõ erat nobis ad manum Iſidorus, quem poſtea nacti, animadvertimus, in annis Arabum cum noſtratibus comparandis, ante cladem Hiſpanicam, valde exorbitaſſe; quos poſt ipſam rectè cum illis connectit. nempè à Saracenis, quiſnam eorum annus incurſu eſſet, diſcere, facilè ipſi fuit. non ita, elapſos cum Iulianis; aut hos viciſsim cum illis comparare. ſed de hoc alibi fuſius, ſi Deus noſtris inceptis aſpirarit.

Et I. Lucidus.

6 Teſtimonium I. Lucidi pro noſtra atque communi ſententia facit, tantum abeſt vt eius luminibus officiat. In eo enim exſertè aſſerit, *anno Chriſti 621. completo*, ac proinde eiuſdem 622. labente, annos Arabũ computari cœpiſſe. quod nos iuxtà aſſerimus. Genebrardo Lucidus perperã intellectus, anſam videtur aberrandi dediſſe. Et verò is vir, ceteroqui ſummus, haud ſanè in re chronologica, nondum ipſius ævo ſatis exculta, valdè videtur verſatus fuiſſe. Nam quod ad Afros ſpectat, quorum alij A.C. 591. alij 592. æram Arabicam cœpiſſe putant, ij toto cœlo aberrant, nec vllos nacti ſunt Sectatores; vt minimè in his refutandis tempus, fruſtrà conterendum ſit. ſanè Leo Africanus immanè quantum labitur in annis Hegiræ cum annis Chriſti comparandi, vt nos animadvertimus, & eum conſulenti conſtabit.

Genebrardus, cætera doctiſsimus, rei chronologicæ non admodum peritus.

7 Plus negotij faceſsit, etſi multò levius, teſtimonium Roderici. Nam differentia tredecim annorum Iulianorum à totidem Arabicis, eſt duntaxat dierum 141. quibus hos illi ſuperant: quod diſcrimen parvum admodum eſt, vt parum referat ſi Arabicos pro Iulianis, ſive hos pro totidem illis accipias. quare certum eſt Rodericum initium Epochæ Arabicæ ab A. C. 618. profectum fuiſſe, eo loco aſſeruiſſe. Sed enim nemo nobis iure ſuccenſeat, ſi hic Rodericum, vt ſæpè aliàs, lapſum fuiſſe aſſeramus. quam culpam potiùs in ævi, in quo floruit, barbariem, quam in virum verè magnum, ac de Hiſpanica hiſtoria, quantum illa ferebant tempora, optimè meritum, iure quis reijciat.

Roderici teſtimonijs occurritur.

Parum

8 Parum certè ſibi Rodericum conſtare ex his quæ in ſua Hiſpanica hiſtoria literis prodidit planiſsimè liquet. Ibi enim annum æræ Hiſpanicæ 752. qui eſt Chriſti 714. cum anno Arabum 93. (aliàs, ſed corruptiùs, 92.) coniungit. ſed eius verba ſubijciamus, ne quid de noſtro nos illi affingere quiſpiam ſuſpicetur. *Die*, inquit, *Dominica quinto Idus menſis Xavel, anno Arabum* 93. (*aliàs* 92.) *æra* 752. *Rex Rodericus, & Chriſtianus exercitus vincitur.* quæ verba cum his, quæ in hiſtoria Arabica ſcripſit nullo pacto in concordiam redigi queunt. Nam ſi annos Arabicos 93. ſiue 92. pro totidem Iulianis accepit, his deductis de æra 752. 660. ſiue 659. reſtant. de his 38. pro more, detractis, cadit calculus in annũ Chriſti 622. aut 621. triennio aut quadriennio ab initio Epochæ Arabicæ, quod in ſua Arabica item hiſtoria fixit, ſolido diſtans. ſin annos quos poſuit, pro purè Arabicis, vt ſunt reapſe, ſumpſit, longiùs multò aberrat. Anni enim Arabici 93. Iulianos 90. præter propter efficiunt, hos ſi de æra 752. ſubducas, 662. reſidui ſunt. de his ſi 38. ſubtrahas, ſuperſunt 624. vnde æræ Arabicæ ducendum ſit initium. quare quoquo te vertas cum à ſe ipſe Rodericus, tum à vero Epochæ Arabicæ primordio longè multumque diſcedit. nihil proinde eſt cur eum auctorem, ducemque ſequamur, qui nec ſe ipſe per omnia ſecutus fuit. & verò ſi nobis otium, aut voluntas ſuppeteret, quàm multa in chronologiam Rodericus peccarit, facilè eſſet oſtendere. ſed ſtylum ad alia properantem cohibemus, rati in rem præſentem dicta ſufficere.

Quem parum ſibi in Hiſtorijs Hiſpanica, & Arabica conſtare oſtenditur.

9 Anonymus ille neſcio quis, cuius ex D. Eulogio teſtimonium depromitur, neque tanti nobis eſt vt ſi maximè nobis adverſaretur, eius rationem magnam haberemus, neque verò ex eius verbis quicquam contra noſtram aſſertionẽ elici poteſt. In his enim id vnum aſſeritur, quo nempe anno Mahometes, ſuæ peſtilentiſsimæ ſectæ virus ſpargere cœperit, nõ autem vnde anni Hegiræ proficiſcuntur. Conſtat ſanè Mahometem ante quam eam Orbi palam obtruderet, clam atque cuniculis diu rem egiſſe. cuius rei teſtem, ſanè quàm locupletem, Elmacinum habeo, qui lib. 1. cap. 1. ſic ait. *Anno ætatis ſuæ* 44. (is fuit decimus ante Epocham Hegiræ, Chriſtique circiter 612. ſub ipſa initia Imperij Heraclij, quod anno C. 610. iniijt) *manifeſtavit vocationem. ante enim clancu-*

Teſtimonio ex Anonymo apud D. Eulogium ſit ſatis.

culum tantùm inuitabat ad Iſlamiſmum. Et poſt pauca: *Ab hoc anno æra ducitur Hegiræ atque eſt annus ætatis Mahammedij g. m. quinquageſimus quartus.* hæc ille. Nō itaque annus ille quo exortus eſt Mahumedis Hæreſiarches, vt Anonymus ait, primus Hegiræ eſt. cum tantò ante ſuæ ſuperſtitionis virulenta zizania cœperit ſpargere. Nam ab anno Heraclij ſecundo, Chriſti 612. idem verè dici potuit, nedum ab anno ſexcenteſimo decimo octavo. Cur autem Anonymus ille hunc prætulerit, non eſt anxiè inquirēdum, cum ad rem, qua de agimus, nihil referat.

Epocham Arabicam A. Chriſti DCXXII. initiū habuiſſe demonſtratur.

10 Poſtquam ergo quàm ſtramineis fulcris adverſarij noſtri nitantur, ſatis oſtendimus; ſupereſt vt quàm vera, ac certa noſtra ſententia ſit ante oculos ponamus. Id verò fiet, ſi omnium chronologiæ conſultorum ſuffragia perrogemus, & huc convehamus. ſed id operoſum iuxtà & innutile foret, quādo nemo huiuſce artis peritus ſit, quin ſuum, hic duntaxat, culculum addat. vt iure optimo P. Petavius in hac arte princeps, certè nulli ſecundus, in Canonio Epocharum de quibus periti omnes inter ſe conſentiunt, cui ſui Rationarij temporum parte 2. libri 1. cap. XV. dicavit, vltimo loco, & ſi non dignitate, ordine tamen, Hegiram his verbis collocarit. *Anni*, inquit, *Hegiræ quibus Arabes vtuntur ex anno Chriſti 622. Iulij 16. die procedūt.* Et mox addit. *Hæ ſunt Epochæ præcipuæ, quæ in hac arte certiſsimæ ſunt, adeò vt in illarum tempora periti omnes conſentiant.* Libro autem 11. de doctrina temp. cap. 50. hæc habet. *Quòd autem,* inquit, *anni Hegiræ ab A.C. 622. exordium cœperint demonſtrare nihil neceſſe eſt; id enim protritum eſt ac vulgare.* hæc ſummus vir, queis nil verius. Nemo enim vel ſummis libris hancce artem libavit, quin idem fateatur. Itaque Chronologi ad vnum omnes, quantumvis in alijs diſsidentes, hìc mirificè conſpirant, arma ponunt, & dexteras iungunt. documento eſto is, quo de loquimur, doctiſsimus Petavius. Hic omnia Scaligeri παροράματα adeò acriter eſt inſectatus, vt nonnullis vel nimius in his ad vivum reſecandis videatur. tantùm abeſt vt in homine quem duobus ingentis iuxtà molis, & ponderis voluminibus eſt perſecutus, quicquam diſsimularit. cùm tamen huc ventum eſt, cum ipſo planè ſentit, & facit.

1. ex omnium Chronologorum, quamvis cæterà diſsidentium, cōſenſu.

11 Sed ad vetuſtiores veniamus, vt ex illorum cum

neo-

neotericis conſenſu, veritas quam approbandam ſumpſimus liquidò appareat. Occurrit 1. loco Alfraganus Nobilis imprimis Aſtronomus Arabs, qui floruit circa annum Domini 950. circiter. Is in pererudito tractatu quem de elementis Aſtronomicis, & chronologicis elucubravit, commentarijſque illuſtravit Iacobus Chriſtmannus, cap. 1. hęc habet. *Intervallum*, inquit, *inter Alexandrum & Iezdajerem eſt annorum Romanorum 942. dierum 259. Intervallum inter Arabes, & Iezdajerem eſt dierum 3624.* hæc Alfraganus. ex quibus in quo anno Chriſti Epocha Arabica initium habuerit, nobis incumbit indagare.

12 Principiò igitur illud pro certo ſumēdum eſt, Epochā Iezdajeris poſteriorem eſſe Epocha Arabicâ. quod ſanè nemo niſi chronologiæ planè rudis, & imperitus inficias ibit. quare vlteriore probatione abſtineo, vt planè in re manifeſta, ſupervacua. Inquirendum ergo eſt, à quo principio anni Alexandri proficiſcantur, vt inde vndè cū Iezdajerdici, tū Arabici auſpicentur eruamus. Noſſe itaque oportet hanc Epocham eſſe quā Arabes *Terik Dhilkarnain* vocant, id eſt Epocham *τοῦ δικέρατος, cornigeri*, qui eſt Alexander M. qui ſe Ammonis, ſive Iovis cornigeri filium exiſtimari volebat. Ita paſsim Albatenius eam appellat. *Illud extra dubitationem eſt* (addit Petavius, è quo ſuperiora mutuati ſumus) *huius Epochæ initium ab illo anno procedere, qui ante Chriſtianam æram putatur 312. & eſt periodi Julianæ 4402. quo 117. Olympias inijt.* idem fuſiùs docet & probat lib. X. de Doct. Tempor. cap. 41. vbi hoc addit: *Conſtat* (hæc Epocha) *annis ferè Iulianis, & fixis, quorum initium eſt ab Octobri.*

Aera Alexandri vndè incœperit?

Petavius Rationar. Temp. part. 1. lib. 3. cap. 13.

13 Habemus igitur Epochæ Alexādrinæ initium in Kalēdis Octobris anni Periodi Iulianæ 4402. adde itaque annis 4401. & diebus 273. qui de anno 4402. ad Octobrem fluxerant, annos 942. & dies 259. quot Alfraganus Epocham Alexandream à Iezdagirdica diſtare ait; prodeunt anni Periodi Iulianæ 5344. & dies 166. deduc 4713. quot Periodi Iulianę ante æram Chriſtianam fluxere. reſtant anni Chriſti 631. cū diebus 166. ergo Iezdagirdici anni profecti ſunt ab A. C. 632. Junijque die quintadecima, quæ fuit eo anno feria ſecunda, vt noſter Alfraganus paulò antè dixerat.

Epocha Iezdagiris inijt A. C. 632. Iunij 15.

14 Iam ſi de annis 631. & diebus 166. dies 3624. qui ab

Epo-

Anni Hegiræ procedunt ab A. C. 622. Iulij 15. ſive 16.

Epochæ Arabicæ initio, ac Iezdagirdicam fluxere, quique annos novem Iulianos cum diebus 337. conficiunt, deductas, reſtant anni 621. & dies 194. quare A. C. 622. die Iulij 15. cœpit primus Arabicus, ſive Epocha Hegiræ; quod erat demonſtrandum.

Idem colligitur ex pleriſque ſubiectis locis Elmacini.

15 Idē colligitur ex innumeris locis ſępe à nobis laudati Elmacini, Hiſtorici, & Chronologi præſtantiſsimi. vnum aut alterum expendam. Hic, vt ſupra diximus, annum Mundi, cōputi Alexandrini 6207. in quo obijt Vvalid, quemque Chriſti 715. fuiſſe oſtendimus, cum anno Hegiræ 95. abſoluto, & diebus 161. labentis 96. connectit. anni porrò Arabici 95. & dies 161. dant fermè annos Iulianos 93. quibus deductis de 715. reſtant 622. quibus Epocha Chriſtiana Hegiram antecedit. Iam Elmacinum ex duabus æris, altera Conſtantinopolitana, quæ 5508. alterâ Alexandrina, quæ eandem 5492. annis prævertit, poſteriorem ſecutum eſſe, eſt prorſus evidens. Nam imprimis Cairi, prope Alexandriam, vbi ea vſurpabatur, ſuam Hiſtoriam ſcribebat, vt ex eius operis calce liquet. Deinde ſi Conſtantinopolitanam ſecutus eſſet, quæ illam ſexdecim annis ſuperat, Vvalidis obitum in A.C. 699. conferret. quod eſt plane falſum. cum Vvalid Saracenis abs dubio imperitaret, cum in eorum ditionem Hiſpania ceſsit; quod ab anno Chriſti 711. vſque ad 714. accidiſſe, ſupra demonſtravimus. quare abs dubio Elmacinus computum Alexandrinum ſecutus eſt.

16 Sed nullibi vnde Epocha Hegiræ proceſſerit evidentius apparet, quàm lib. 1. cap. V. circa finem, vbi hæc habet, *Benjaminus*, inquit, *P. Alexandrinus Ægyptiorum Iacobitarum obijt anno Hegiræ* 39. *factus autem fuerat anno XI. Heraclij Imperatoris Rom. ita vt duraverit Patriarchatus eius, ab Anno Hegiræ primo, ad annum* 39. hæc Elmacinus, ex quibus habemus annum primum Hegirę cœpiſſe anno vndecimo Heraclij. Iam quotus is Chriſtianę Ærę fuerit, videamus. Heraclius, omnium conſenſu Hiſtoricorum, imperare cœpit anno Chriſti 610. idque 6. die Octobris, vt probat Grandamicus part. 3. ſuę Chronologię Chriſtianę, lib. 4. cap. 4. quare eius vndecimus cœpit, anno 621. die 6. Oct. & ad eandem vſque diem anni ſequentis 622. in curſu fuit. ſed, vt ait Elmacinus, annus Hegirę primus, cœpit Heraclij

vnde-

Digitized by Google

vndecimo, idque Iulio menſe, vt omnes conſentiunt,& infra manifeſtius conſtabit; ergo annus Hegiræ primus inijt anno DCXXII. Æræ Chriſtianæ.

17 Idem manifeſtò colligitur ex ijs,quę idem Elmacinus ſcripſit libro 3. cap. 9. vbi ſic ait. *Iacobitis Alexandriæ præfectus fuit Macarius.... anno 819. Martyrum, qui convenit cum anno 469. Hegiræ.* hæc ille. Ex quibus ita argumentamur. Annus 819. Martyrum, eſt idem ac annus 819. Diocletiani.Nam ab eo tempore Chriſtianis celeberrimo,ſua Alexandrini, ad aliquot ſæcula, tempora putabant, vt conſtat ex D. Ambroſio, Dionyſio Exiguo, & innumeris alijs. Hæc Epocha cœpit anno Domini 284. vt demonſtrat Petavius in Ration. part. 1. L.4. cap.9. Itaque additis ad 819. annis 284. qui à Chriſto ad æram Diocletiani fluxerant, fiunt anni Chriſti 1103. Iam anni 496. Hegiræ ſunt 481. Iuliani cum diebus appendicibus 81. His detractis de 1103. reſtant 622. vnde cœpit computus Arabicus. Sed immenſum foret,ſi omnia,quæ apud Elmacinum noſtram aſſertionem confirmantia reperiũtur producere vellemus. hæc ſufficere putamus, lectori quantumvis pertinaci.

18 Duorum celeberrimorum Arabum ſuffragio, complurium Arabum item, Ægyptiorum, Perſarum, Afrorum, Gręcorum, & Latinorum Aſtronomorum ſuffragia ſubiungere lubet. Ij ſunt quos N. Rex Alfonſus ſuis celeberrimis Aſtronomicis Tabulis conſtruendis, nulla laboris, & impenſarum habita ratione, vndique ad ſe evocavit. Tot itaque tantique viri in Ærarum differentia, quæ dictis Tabulis præmittitur, tale, Chriſtianam inter, & Hegiræ Æram diſcrimen conſtituũt. *Æræ*, inquiunt, *Incarnationis, & Æræ Arabum differentia eſt annorum Romanorum 621. & dierum* 195. vbi id obiter noto, in textum Alfonſinum, quo impræſentiarum vtor, decem dierum mendum obrepſiſſe. Nam pro diebus 195. centum & octuaginta quinque ſolùm ponuntur. ſed eſt error typographicus abs dubio. Nam cum hoc tempus ad dierum ſexagenas redigitur, ita è regione ſcribitur. 1. 3. 3. 35 d. hoc eſt dies in vniverſum 227.015. qui dant annos Iulianos 621. cum diebus 195. præciſè, quorum vltimus cadit in Iulij 14. & à ſequenti 15. incipit Hegira Aſtronomicῶs; πολιτικῶς enim, incipit à die 16. quod cum protritum ſit, probatione non indiget.

Quod confirmatur ex Tabulis Alfonſinis.

Ad

19 Ab Arabibus ad Latinos veniamus, in quibus primo loco Iordanus occurrit, qui teſte Blancano in Aſtronomorum Chronologia, circa annum 1100. floruit, & artis Chronologicæ peritiſsimus fuit. hic itaque hacce de re agens ſic ſcribit. *Anni*, inquit, *Arabū incœperunt Anno Domini 622. Idibus Iulij, cum eſſet C. litera Dominicalis; per quod patet, quod quinta feria, quam G litera ibi poſita ſignificat, fuit illis initialis.* hæc Iordanus, quo nullum pro noſtra ſententia luculentius teſtimonium produci poteſt.

Et ex Iordano nobili computiſta.

20 Idem apertè colligitur ex praxi, & vſu Turcarum, qui ita ſua tempora hodieque putant, vt ad vnguem cum noſtra hypotheſi quadrent. huius rei præclarum ſpecimen præſtant pleraque Diplomata recentiora in Porta Othomanica expedita, quæ Petavius, Ricciolus, Grandamicus & alij adducunt. ex pleriſque vnum hic ſubiunxiſſe ſuffecerit, in quo prorogatio Pacis cum Rodolpho II. continetur, hiſque verbis clauditur. *Anno Domini Ieſu ſuper quem ſit gratia, & auxilium diuinum* 1584. *qui erit annus Trāſmigrationis magni Prophetæ noſtri, ſupra quem ſit gratia, ſaluſque diuina 991. die 27. ſacræ Lunæ Dhilhitſche.* Anni Arabici 990. abſoluti, cum diebus 352. anni 991. labentis, dant dies 351.175. hoc eſt ſexagenas dierum 1. 37. 32. 55. d. ſubtrahe hos è diebus 578. 191. ſive ſexagenis 2. 40. 36. 31. qui ſunt anni Iullianni 1583. cum die vno. reſtant dies 227. 016. ſive ſexagenæ 1. 3. 3. 36. d. quæ dant annos Iulianos 621. & dies 196. præcisè. ergo hinc Hegira Mahometica initium ſumpſit.

Tū ex Praxi Turcarum hodienum vſurpata.

Vt patet ex celeberrimo Diplomate anno 1584. expedito 1. die Ianuar.

21 Nec prætermittendus hìc eſt annus ille Conſtantinopoleos haloſi, totiuſque Imperij Orientalis occaſu celeberrimus, vnde novum noſtræ aſſertioni robur accedit. Is fuit annus Domini 1453. vti omnes fermè Chronologi conſenſu tradunt, excepto Scaligero, qui antecedente anno id accidiſſe contendit. quanquam nullum ſui paradoxi aſſeclam invenit; vſque adeò vt Calviſius egregius alioqui Scaligeri præco, ita ſcripſerit: *Cōiecturæ*, inquit, *quibus quidam moti in annum præcedentem* (1452.) *ponunt, nullius ſunt momenti, nec dignæ quæ refutentur.* hæc ille. Videantur ſuper hac re; Petavius non vno in loco; Grandamicus 4. parte ſuæ Chronologiæ cap. VII. Ricciolus in Chronologia Reformata, &

Et ex anno celebri quo Conſtantinopolis in Turcarum poteſtatē venit.

Qui abs dubio fuit A. C. 1453. Maij XXIX.

præ-

præſertim P. Eſpieres Benedictinus in ſuo Kalendario novo Romano ingenioſiſsimo pag. mihi 105. & ſub initium huius operis P. Seneſchal S. I. in eruditiſsima Epiſtola ad auctorem ſcripta, vbi allegat Genadium Patriarcham Conſtantinopolitanum, Leonardum Archiepiſcopum Mytilenum, & Georgium Phranzes, qui omnes lugubris illius ſcenæ actores, & ſpectatores fuerunt. hic nominatim, anno mundi 6961. die Maj. 29. feria 3. id contigiſſe diſſertè aſſerit. aufer de 6961. 5508. quibus Epocha Conſtantinopolitana, quam ille ſequitur, Chriſtianam, vt ſupra diximus, antecedit. reſtant 1453: quo tempore Orientale illud imperium concidit, & in Turcarum poteſtatem venit.

22 Itaque Haloſis Conſtantinopolitana in annum abs dubio æræ Chriſtianæ 1453. incurrit. Hunc cum anno Epochæ Arabicæ tunc labente, comparemus, vt hinc noſtrę Hypotheſeos veritas amplius eluceſcat. Leunclaius in hiſtoria Turcica refert id accidiſſe anno Hegirę 857 die 20. menſis *GimnaſileVVel*, die Martis manè. Anni Hegirę ſive Arabici 856. abſoluti, & dies prętereà 138. qui ad dicti menſis vigeſimam fluxerunt, dant in vniverſum dies 303. 476. hoc eſt ſexagenas 1. 24. 17. 56. d. qui ſunt anni Iuliani 830. cum diebus 319. pręcisè. Iam anni Iuliani 1452. ſolidi, cum diebus 149. quot inter Kalendas Ianuarij anni 1453. currentis, & Maij 29. intercedunt, conſtant diebus 530. 492. hoc eſt ſexagenis dierum 2. 27. 21. 32. d. de quibus ſubtractis diebus 303. 476. reſtant 227. 016. ſeu ſexagenę 1. 3. 3. 36. d. quę continent annos Iulianos ſolidos 621. ac dies prętereà 196. quod eſt intervallum inter Æram Chriſtianam, & Hegirę Mahometicę exordium: adeò vt die 197. à Kal. Ianuar. A. C. 622. quę eſt Iulij decima ſexta, inierit primus Muharran Arabicus; quod erat oſtendendum.

Et Hegiræ DCCCLVII. die 20. Giumadi prioris.

23 Atque hactenus quidem noſtram Hypotheſin omni exceptione maioribus teſtimonijs munivimus, ac planè demonſtravimus, quoad res Chronologicę Demonſtrationis capaces ſunt. Nunc aliam pro coronide ſubijciemus, ex ijs ductam quę omnes artis huius conſulti admittunt, ac ne adverſarij quidem in dubium revocant. omnes enim conſentiunt annum primum Hegirę à die Iulij 15. aut 16. quæ feria V. an VI. fuerit, incœpiſſe à die inquam quinta decima, aut decima ſexta.

Annum primum Hegiræ incœpiſſe à Iulij 16. feriaque ſexta, omnes, ne adverſarijs quidem exceptis aſſerunt.

 ſexta.

ſexta. Mahometi enim fuga, Arabicè Hegira, in diem 15. incidit. vnde nonnulli, ac præſertim Aſtronomi Hegiram auſpicantur. At politicè à die ſequenti, in quem Luna corniculata, ſeu eius prima phaſis à coniunctione, incurrit, & à qua, vtpote illuſtriori temporum indice, ſuos Arabes menſes incipiunt, à ſequenti, inquam, die, Iulij 16. ſuæ Epochæ Arabes vulgò initium ducunt. quibus tanquam omnino certis, & confeſsis poſitis, invictam planè noſtræ hypotheſis Demonſtrationem conficio.

Ex eo demonſtratur cum A. C. 622. fuiſſe.

24 Is eſt annus primus Hegirę, cuius Neomenia incidit in diem ſextam decimam Iulij, quæ eadem feria ſexta, ſeu dies Veneris fuerit. At annus 622. Neomeniam habuit in 16. Iulij, idque feria ſextâ, quod de nullo proximo tam antè quàm poſt, intra aliquot ſęcula aſſeri poteſt: ergo annus Chriſti 622. primus Hegirę fuit. Maior, vt loquuntur, propoſitio ex omnium, vt pręmiſsimus, confeſsione liquet. aſſumptio duas partes habet, quę ſingillatim demonſtrandę ſunt. prior eſt Neomeniam anno 622. in Iulij 16. quę ſexta feria fuit incurriſſe. quam ita veram eſſe oſtendo. Nam ex Tabulis accuratiſsimis Riccioli media Luminarium coniunctio incidit anno prędicto die Iulij 13. horis 10. ſcrupuliſque 43. poſt meridiem. hanc ſecuta vera eſt poſt horas 5. 55. ita vt in horam ferè quartam cum dimidia, poſt mediam noctem diei 14. incurrerit. Iam cum Luna biduò fermè à cœleſti neomenia in oculos primum incurrat, idque acciderit die 16. quę à 14. biduo diſtat, hinc liquet primum Muharram Arabicum, ſive annum Hegirę primum, à die Iulij 16. auſpicatum fuiſſe. cumque annus Chriſti 622. cyclum Solis 15. literamque proinde Dominicalem C habuerit; certo certius eſt Iulij decimam ſextam, feriam ſextam, ſive diem Veneris eo anno fuiſſe. quę erat prima pars aſſumptionis, quam nobis demonſtrandam propoſuimus.

Cum in dictam Iulij diem eo anno Arabica Neomenia ex calculo Aſtronomico inciderit.

Nec ante, aut retrò per multos annos id potuit accidere.

25 Quare ad ſecundam gradum promoveamus, quę aſſerebat nullum ante nec poſt, intra aliquot ſęcula, annum extitiſſe, qui Neomeniam eodem die menſtruo, hebdomadicoque repręſentare potuerit. Nam imprimis quo Neomenia ad eandem Iulij diem rediret, novendecim annos elabi neceſſe erat, qui cyclum illum celebrem Decem novennalem, quem Aureum vulgò vocant, conſtituunt. At licèt Neomenię intra annos

Digitized by Google

annos novendecim iiſdem menſium diebus recurrant, non tamen in eaſdem Hebdomadæ ferias incidunt. Id enim non accidit niſi cum duo anni eiiſdem cyclis cùm Lunæ, tùm Solis præditi ſunt; quod ante annos 532. qui numerus ex ductu 19. in 28. reſultat, minimè vſuvenit. ergo intra quinque amplius ſæcula tùm ante, cùm poſt annum 622. nullus Neomeniam Iulij 16. feria ſexta repræſentavit.

26 Et quidem ita hactenus locuti ſumus, quaſi verò intra novendecim annos, quod veteres putarunt ad idem temporis articulum Novilunia redirent. quod tamen longè ſecus ſe habere experimento compertum eſt, cum intra dictum tẽpus horam circiter vnam cum dimidia, Novilunia anticipent. quæ differentiola ita paulatim creſcit, vt 300. ferè annorum ſpatio aſcendat ad integram diem, intra 532. autem non longè abſit à biduo. Id videre licet in annis 90. Chriſti & 1154. quorum alteruter diſtat ab anno 622. per integram Dionyſianam periodum, eoſdemque cum illo cùm Solis, tùm Lunæ cyclos habent, nempe 15. 15. Atqui in priori Novilunium Iulij accidit die 11. 17. h. 52. in poſteriore autem die 15. 3.h. 34. iuxta Tabulas Riccioli. ita vt à Neomenia Iulij 622. per diem 1. 16. hor. & 51. ſcrupula prima, alter antè, alter poſt, diſtent. Et verò ſi iam anno Chriſti 90. anni Arabici in vſu fuiſſent, dies Iulij 16. in Schevval 28. diem incidiſſet; iſque annus 549. ante Epocham Arabicam foret. At Iulij eadem 16. anni 1154. eſt Giumadi prioris Arabici ſecunda anni Hegiræ 549. tantum abeſt vt alterutra in initium anni Arabici inciderit. Immò nec intra aliquot ſæcula.

27 Quod ſi quis hęc tot numeris intricata minus capit, ei compendium oſtendemus, quo ad deſtinatam metam brevius, ac facilius pervenire queat. P. Ricciolus in ſua Chronologia Reformata cap. 24. trecentorum amplius annorum Arabicorum, ab anno nempe Hegiræ 757. ad 1086. initia ponit, è quibus ne duo quidem reperiuntur, qui idẽ per omnia exordium habuerint. primus enim inijt A. C. 1356. die Ianuarij V. Feria III. nullus autem in tota 330. annorum ſerie reperitur, qui in eãdem Iuliani anni diem incurrerit, præter 1644. qui quinta quidem Ianuarij inijt, ſed ea non ſexta, ſed tertia feria fuit. quin immò ne vnum quidem annum ab exordio Hegiræ ad noſtra vſque tempora fuiſſe puto, qui ab Quod inductione 300. amplius annor. oſtenditur.

eadem cum alio anni Iuliani die, & Hebdomadæ feria initiũ duxerit. quare certò certius eſt nullum antè, nec poſt annum Arabicum intra multa ſæcula à Iulij die 16. quæ eadem ſexta feria fuerit, initium ſumpſiſſe. Cum itaque omnes conſentiãt annum primum Hegiræ Iulij 16. quæ dies Veneris fuerit iniijſſe, idque ſolùm anno 622. acciderit, inde invictè efficitur, eum huic celeberrimæ Epochæ initium dediſſe. quod nobis ad demonſtrandum propoſuimus.

Ac demum noſtræ diſſertationi finẽ imponimus.

28 Satis, vt arbitror, demonſtravimus omni genere argumentorum id quod periti omnes Chronologi axiomatis ἀναποδείκτου loco ſumunt; *annum nem è Æræ Chriſtianæ 622. Epochæ Arabicæ initium dediſſe.* in qua re demonſtranda prolixiores profectò quàm fortaſsè par erat, ac optabamus, fuimus. ſed huc nos importunitas quorumdam qui in ſcirpo, quod dicitur, nodum quærunt, impulit. his enim ita os obſtruendum fuit, vt ne impoſterum, ſi ſapiunt, hiſcere queant. ſin, ne his quidem permoti, acquieſcere animum inducant, ſciant ſe omnibus eruditis riſum debituros.

Quoto ante Epocham Chriſtianam vulgarem, anno, Æra Hiſpanica initium habuerit?

Libri de ſuperiore argumento recens editi criſis.

1 HÆC Ferè ad vmbilicum perduxeram, cum de noſtro argumento novus liber prodijt, à Viro tùm generis, cùm eruditionis apud noſtrates fama clariſsimo, recèns in lucem editus. Et verò à noſtra ſententia haud multùm ſanè divertit. annum enim DCCXI. à quo, vt ſuperiora oſtendunt, non valdè abhorruimus decantatæ illi cladi deſignat. ſed quo ſententiæ, haud ſanè prorſus improbabili, patrocinetur, id ſibi ſumit, quod iacta hactenus ab omnibus ferè Chronologis ſuæ artis fundamenta convellit. Ait itaque Æram Hiſpanicam, contra atque Chronologiæ peritiſsimi quique ſciverunt, non XXXVIII. ſolùm annis, ſed totis XXXIX. communem Epocham Chriſtianam antevertere. Idque tùm noſtratibus, cùm exteris Chronologis errandi anſam dediſſe autumat, quod Æram Incarnationis, quæ vno anno communem præcedit, cum illa per imprudẽtiam confuderint, atque miſcuerint. hoc ſibi conficere putat ex loco quodam D. Eulogij, qui libro 2. Memorialis SS. cap. 1. ita ſcriptum reliquit:

Eius Auctor æram Hiſpanicam non 38. ſolùm annis, vt hactenus creditum, ſed 39. antevertere putat.

liquit: *In nomine Domini. Regnante imperpetuum D. N. IeſuChriſto, anno Incarnationis eius DCCCL. æra* 888, *&c.* en, inquit Vir Excellentiſsimus, Æra Hiſpanica totis 38. annis Epocham Incarnationis ſuperat. Cum hæc ergò cõmunem, ſeu Dionyſianam vno anno antevertat, ex eo efficitur Æram Hiſpanicam XXXIX. annis ſolidis communi Epocha ſuperiorem eſſe. Idem ſibi colligere videtur ex alio loco Alvari Cordubenſis D. Eulogio æqualis, qui in Opere celebri *Indiculi Luminoſi* (quod an luce antehac viderit neſcimus; certè ad manus noſtras nondum pervenit) hæc habet; quæ ex Hiſpanis, quo in Idiomate à V. Exc. allegâtur, latina bona fide faciemus. *Quia hoc*, ait Alvarus, *anno* 854. *Incarnationis, & Æra Cæſaris labentis* 892. *anni Lunares Arabũ* 240. *cõputantur. Conſtat enim annũ Hegiræ Arabicæ* 240. *cœpiſſe Kal. Iunij anni Incarnationis DCCCLIV.* Hæc Alvarus. ex quibus idem V. C. infert quod ex ſuperioribus D. Eulogij verbis paulò ante inferebat. Alium quoque Iuliani Toletani Antiſtitis locum producit ex eius 3. libro adverſus Iudæos. ſed quia hic apertè favet communi ſententiæ, & pro ea ab omnibus ferè adducitur, ideò illum omiſsimus, quò brevitati conſuleremus.

Quod D. Eulogij teſtimonio probare nititur.

Et Alvari Cordubenſis.

Et alio Iuliani Epiſcopi Toletani.

2 Sed enim, niſi me omnia fallunt, egregiè Vir Excellentiſs. labitur. nam in primis adeò certum eſt Æram Hiſpanicam ſolis 38. annis communem Epocham antevertere, mirandum vt ſit, quemquam poſt tot rei evidentiſsimæ iteratas, Mathematicis nihilo obſcuriores, Demonſtrationes, id in dubium in hac luce Chronologiæ revocare potuiſſe. Id ex Idatio, qui hanc annorum putandorum rationem primus, quod ſciatur, ſuo in Chronico adhibuit, adeò perſpicuè apparet, vt cæcus planè ſit, qui id non animadvertat. vnum ex ipſo locũ, qui rem planè conficit, adduxiſſe ſuffecerit. Ergò Olympiad. 310. anno II. hæc habet. *In Provincia*, inquit, *Gallæcia prodigiorum videntur ſigna diuerſa. Æra* 500. *ſexto Nonas Martij, pullorum cantu ab Occaſu Solis, Luna in ſanguinem plena convertitur. Idem dies ſexta feria fuit.* hæc ille. ex quibus ecquem Æræ Chriſtianæ annum velut intento digito deſignet, neminem, Chronologiæ paulò peritiorẽ, latere poteſt. ſubtrahamus itaque, vt V. C. præcipit, de anno Æræ Hiſpanicæ ab Idatio expreſſo 39. reſtabit annus Epochæ

At labitur V. C.

Quod Idatij teſtimonio locupletiſsimo vincitur.

Natalis Communis 461. Videamus iam an in ipſum quadrent prodìti ab Idatio characteres. Is annus habuit cyclum Solis XXII. ac proinde *A* literam Dominicalem. quare ſexto Nonas Martij, ſive ſecunda eius dies, non feria ſexta, vt exertè Idatius ait, ſed quinta fuerit. Iam eiuſdem anni cyclus Lunaris fuit VI. qui cum è regione diei 27. Februarij in Kalendario veteri reperiatur, indicat eo die Neomeniam, ſeu coniunctionem fuiſſe. ergo die Martij II. quarta, aut quinta Luna fuit. at Idatius apertè aſſerit eo die Lunam Eclipſin ſubijſſe, quod niſi Luna XV. in Luminarium oppoſitione accidere nō poteſt. ergo hypoteſis à V. Excell. excogitata Phænomenis haud reſpondet, adeoque falſa exiſtit.

Characteres anni 461. qui anno ab Idatio deſignato non competunt.

3. Experiamur an idem in veteri, & paſsim recepta contingat. Principiò cyclus Solis anni D. 462. (qui detractis de æra 500. octo & triginta annis, vt hactenus factitatum, ſupereſt) fuit XXIII. litera Dominicalis G, adeoque ſecunda Martij dies, ſexta feria fuit. Cyclus Lunaris eodem anno fuit VII. qui cum è regione diei Februarij XV. ſit, indicat eo die Synodum Luminarium fuiſſe. quare ſecunda Martij dies, Lunæ XV. fuerit, adeoque oppoſitio, in qua Eclipſis Lunaris poteſt accidere. Et reapſe ita fuit. nam hoc ipſo anno die Martij 2. horis XI. ſcrupulis 32. poſt Meridiem motus elongationis Lunæ à Sole medius, erat ſign. 6. adeoque media Luminarium oppoſitio, iuxta Tabulas Danicas. Motus porrò latitudinis medius erat tunc ſign. 6. grad. 1. & ſcrup. 16. cui reſpondet latitudo ſcrup. ferè 7. adeoque non potuit abeſſe, quin in tantula Lunæ latitudine, Lunaris Eclipſis, eaque ſatis magna, acciderit. Ergò cum obſervatione Idatij apprimè noſtræ hypotheſi congruit, adeòque Æra Hiſpanica non 39. ſed 38. ſolùm annis Æram Hiſpanicam ſuperat. quod nobis ad demonſtrandum propoſuimus. Hæc eſt planè Demonſtratio Chronologica, quæ nullis ſubterfugijs poteſt eludi. Qui plura pro rei omnino certæ, & confeſſæ, confirmatione deſiderat, adeat Petavium Grandamicum, Ricciolum, Strauchium, Scaligerum, & omnes omninò Chronologiæ Magiſtros. Ij nullum quantumvis pervicacem, ipſos modo capiat, ſuper re prorſus certa, & explorata, dubitare ſinent.

Characteres A. C. 462. quibus optimè cum Idatij teſtimonio convenit.

Secunda die Martij A. C. 462. Eclipſis Lunaris fuit iuxta Tabulas Danicas.

4. Sed ad Auctores revertamur, quos à ſe ſtare Vir Excellentiſs. putat. Et in primis ab æra 888. qua Eulogius S. Per-

fectum

fectum paſſum eſſe prodit, novem ſuprà triginta annos ſubtrahamus, vt Excell. Auctor iubet, quo in anni Epochæ cõmunis notitiam veniamus, reſtabunt anni 849. Epochæ Natalis communis. eo porrò anno cyclus Solis fuit 18. adeòque litera Dominicalis F. ergo dies April. 18. qua S. Perfectum paſſum eſſe prodit Eulogius, feria V. fuerit. atqui feria VI. agonem S. Virum conſummaſſe prodit Eulogius: ergo non cõgruit nuperà hypotheſis cũ eius teſtimonio locupletiſsimo. Addit S. Præſul Saracenos in feſto ſuo Paſchate magno, quod illi Schevval, menſe Arabico, ineunte agitant, in S. Chriſti Martyrem ſævijſſe. Videamus an eo anno ita acciderit. Cyclus Lunæ eo anno XIV. fuit, qui cum è regione diei 30. Martij exiſtat in Kalendario veteri, dies decima octava Aprilis, decima nona, aut vigeſima Lunæ fuerit. At eo die mẽſis Schevval Arabicus purè Lunaris, non poteſt inire, cùm menſes Arabici à ſecunda, aut tertia à vera Synodo die, hoc eſt à phaſi prima Lunæ, incipiant. Ergo eo die Paſcha Saracenicum celebrari nequivit.

Occurritur à V. C. productis teſtimonijs.

Quæ non quadrant cum eius hypotheſi.

5 Quod ſi in veteri hypotheſi perſiſtamus omnia conſonant. Nam detractis de 888. ſolùm 38 annis, reſtant DCCCL. eo porrò anno Æræ Chriſtianę cyclus Solaris fuit XIX. adeoque E litera Dominicalis, & Aprilis 18. feria VI. idem annus cyclum Lunæ habuit XV. qui in Kalendario veteri è regione diei 17. April. ponitur. ergò eo die Synodus fuit ſequentique adeò Neomenia Arabica potuit cõtingere. ſed ſubtilius rem expendamus, quo nullus dubio locus ſuperſit. Ergò ab anno D. 622. Iulij 15. Epochæ Arabicæ capite, ad annum 850. diemque Aprilis 18. effluxerunt dies 83. 189. præcisè. hi redacti ad annos Arabicos dant 234. ſolidos, ac dies præterea 267. dies porrò ducenteſima ſexageſima ſeptima anni Arabici, eſt prima menſis decimi Schevval, in qua ſuum Mahometani Paſcha celebrant. Ergo dies 18. Aprilis anni 850. æræ communis, incurrit in primam diem menſis Schevval, adeòque in Paſcha Saracenicum anni Hegiræ 235. per omnia vt D. Eulogius accidiſſe teſtatur.

At cum veteri ad vnguem conſonant.

Paſcha Saracenicum anni Hegirę 235. in Aprilis 18. A. C. 850. incurrit.

6 Idem cernere licet in Alvari teſtimonio quod pro ſe Vir Excell. producit. Nam annus 240. Hegiræ, inijt Kal. Iunij anni æræ cõmunis 854. quod ſic oſtendimus. anni Arabici 239. dant dies 84. 693. hi redacti ad annos Iulianos dant

Idem in Alvari teſtimonio cernitur.

231. & dies 321. hi additi ad annos 621. & dies 198. æræ Arabicæ caput, dant annos 853. & dies ſuperfluos 152. dies porrò centeſima quinquageſima ſecunda ab anni capite, eſt prima Iunij in anno Iuliano; ergo ad vnguem conſonat Alvari teſtimonium cum hypotheſi antiqua. quod ſi nuperam ſequi mavis, omnia miſcebuntur. Nam detractis de æra 892. annis XXXIX. reſidui erunt 853. æræ Chriſtianæ. Anno porrò dicto iniit annus 239. Hegiræ, non 240. vt Alvarus tradit. Iam is non Kal. Iunij, ſed eiuſdem 12. auſpicatus fuit. quare ſi veteri, & hactenus ſine controverſia receptæ hypotheſi ſtemus, omnia conſtant: ſin ab ea recedimus omnia ſuſque deque miſcentur, & confunduntur.

Perperam V. C. annos Incarnationis ab annis Epochæ communis diſtinguit.

7. Ex quibus etiam conſtat, non veteres Hiſtoricos tùm noſtrates, cùm exteros, ſed Virum Excell. errore lapſum eſſe, dum annos Incarnationis ab Nativitatis annis diſtinguit; quanquam enim hæ duæ Epochæ ſint revera diſtinctæ, vſus tamen iam inde ab vltima antiquitate receptus, vtramque pro vna eademque ſumit. Id liquet tùm ex ſupra allatis & expenſis Eulogij, & Alvari locis, in quibus vidimus eos, annos Incarnationis eoſdem cum annis Epochæ Natalis communis feciſſe: cùm ex alijs aliorũ innumeris. Neque enim hæc acceptio eſt his auctoribus peculiaris, ſed omnibus communis exiſtit. Infinitum eſſet, ſi huc omnia convehere velim, quæ paſſim in omni genere inſtrumentorum occurrunt. vnum, aut alterum ſubiunxiſſe ſuffecerit.

Cum hos pro illis omnes perpetuò ſumpſerint.

Id quod Bedæ teſtimonio vincitur.

8. Beda (quod quidem ſciatur) primus fuit, qui Dionyſianum ſtylum annorum putandorum, non ab Epocha, vt antea factitatum, Diocletianea, ſive Martyrum, ſed à Domini, ac Servatoris noſtri Ieſu Chriſti Natali, in mores induxit. Is porrò annos Incarnationis pro annis Epochę vulgaris Chriſtianæ perpetuò ſumpſit. quod ſic evincimus. Laudatus auctor libello de *argumentis Lunæ*, vbi indictionis currentis inveniẽdæ regulam præſcribit, hæc habet. *Si ſcire cupis quota ſit Indictio? ſume annos ab Incarnatione D. N. Ieſu Chriſti: cum his adde regulares tres. hos diuide per quindecim: quot remanſerint talis erit Indictio.* En Beda eandem pro Indictionis inventione regulam præſcribit, quã omnes, quotquot ab Epocha communi annos auſpicantur, præſcribunt. quod ſanè non procederet, ſi haſce Epochas inter ſeſe diſtinxiſſet;

xiſſet. Nam v.g. hic annus æræ communis Chriſtianæ 1687. eſt 1688. Epochæ Incarnationis ſtrictè ſumptæ, his, vt præſcribit Beda, treis adde Regulares. fient 1691. divide per quindecim. quotiens erit 112. & reſtant XI. quæ erit Indictio, hoc anno currens. Atqui hoc anno non XI. ſed X. Indictio abs dubio currit. quare ſi Epocham Incarnationis Beda ab Epocha Natalis communis diſtingueret, non Regulares III. ſed II. duntaxat addere præcipiſſet. Itaque nullum dubium eſt, quin Epocham Incarnationis cum Natalis communis æra confuderit.

Et omnium quot quot poſt Bedam annos Incarnationis adhibuere.

9 Bedam ſecuti ſunt κατὰ πόδας, quotquot deinceps æram Chriſtianam in annis putandis adhibuerunt. Infinitum eſſet, ſi vel milleſimam eorum quæ extant, inſtrumentorum partem, apertiſsimè nobis faventium, huc afferre vellemus. Conſule ſis innumeram Diplomatum Regum, Impp. Summorum Pontificum vim, quæ recens in ſuo ſæpè laudato Opere *de Re Diplomatica*, Mabillonius produxit. Adi Baronium, Yepeſium, Sandobalium, & alios complures, animadvertes profectò rem ſic ſe habere. Nam ex additis characteribus, Indictionum, Feriarum, Cycli Lunaris, Epactarum, Cœleſtiumque, quæ nonnunquam, etſi rariùs, occurrunt, Phænomenων, perſpicies, annos Incarnationis pro iiſdem cum annis Natalis communis poni, & haberi. Neque ſanè aliquod hactenus inſtrumentum nobis videre licuit, in quo ab hoc ſtylo recedatur. gratias proinde ingentes V. Excell. habebimus, ſi vel vnũ tantum producat, ex quo hæc Epocharum diſtinctio aliquando in vſum collata perſpicuè demonſtretur. quod ſi Vir ſummus præſtiterit, nos vicisſim pro vno centum, immò mille noſtram aſſertionem, & hypotheſin confirmãtia producturos, ſanctè recipimus, ac pollicemur. Interim maneat Æram Hiſpanicam, 38. ſolùm annis Chriſtianam vulgarem antevertere, annoſque Incarnationis pro iiſdem cum annis Natalis Dominici cenſeri. Neque verò neſcius ſum, Dionyſium à cyclo Lunæ I. qui anno Epocham vulgarem antecedẽti vſurpatus fuit, ſuum cyclum, & computum auſpicatum eſſe. At hæc annorum putandorum ratio, intra ipſius lucubrationes manſit, neque vnquam, quod quidem conſtet, in vſum, & praxim revocata fuit.

Vide C. Mabillon. de Re Diplomatica. L. 2. cap. XXIII. num. XV. & XVI.

Concluditur ergò Aeram Hiſpanicam, 38. ſolum annis Chriſtianã antevertere.

10 Diximus quoto ante Epocham Chriſtianam anno

Hiſ-

De die à qua æra Hiſpanica cœpit dubitat Grandamicus.

Hiſpanienſis æra initium habuerit. Reſtat ſcrupulus de die, à qua eius anni inierint, quem nuper iniecit V. C. P. I. Grandamicus ſuæ Chronolog. Chriſt. parte 3. L. 3. cap. 4. ibi enim pag. m. 117. aſſerit Æram Hiſpanicam non omnino quadrare cum Conſſ. cum eius initio iunctis, auſpicarique circa finem Auguſti, aut Septemb. initium, duobuſque Iulianis annis, inſtar Indictionnm, ex parte reſpondere. quod ex loco quodá Idatij ſibi conficere eſt viſus.

Nô dubium quin inierit à Kal. Ianuar.

11 Sed enim novum eſt, neque fando antehac auditum Æram Hiſpanicam aliud quàm Kalend. Ianuar. initium habuiſſe. Mihi profectò in nullo (quamquam haud ſanè paucos evolverim) idoneo auctore, ſimile quid legere, aut notare licuit. Nihil proinde dubito, quin vir alioqui Magnus, lapſus hic fuerit. Id ex eo vinci poteſt, quod vbi primum anni in Hiſpania ab Æra Cæſaris putari cœpti ſunt, annus Romanus à Iul. Cæſ. ordinatus vſurpatus ex aſſe fuit, quin vllum varietatis vel leve in vetuſtis monumentis extet veſtigium. Annus porrò Rom. Iulianus à Kal. Ianuar. proficiſcitur, ergo & Hiſpanienſis ab Æra illa celebri repetitus.

Quod ex eius forma vincitur.

Et ex Idatio.

12 Idem ex Idatio apertè colligitur. Is enim in Chronico ait Alanos, Vvandalos, & Suevos æra 447. IV. Kal. Oct. fer. 3. Honor. 8. & Theodoſio 3. Conſſ. in Hiſpaniam irrupiſſe. quod in Faſtis Conſular. inculcat. Is annus 409. qui eos Conſſ. habuit, abs dubio fuit. quod feria 3. quàm IV. Kal. Octobr. fuiſſe aſſerit, peræquè vincit. Nam is annus cyclum Solis 26. literam Dominicalem C habuit, quæ feriam 3. dat dicta die. Iam ſi annus Æræ Hiſpanicæ, vt Grandamicus vult, ſub finem Auguſti; aut initium Septemb. auſpicabatur, die 28. eiuſdem menſis, non æra 447. vt Idatius aſſerit, ſed 448. numerari debuerat.

Ingens confuſio in Annales Hiſpanicos ex nova ſententia redundat.

13 Ex qua, quantumvis in ſpeciem levi, quatuor menſ. differentiola, ingens in Faſtos Hiſpanicos confuſio redundat. Nam quoties ea poſt Kal. Sept. occurrit, non 38. ſolùm anni, vt antehac factum, ſed 39. quò annus Chriſti labens habeatur, debent ſubduci. A Kal. porrò Ianuar. ad Septemb. 38. ſolùm demendi ſunt; & viciſsim totidem addendi ſi ex anno Chriſti noto in æræ notitiam devenire ex vſu ſit. quæ res ingentem confuſionem parit, & alioquin eſt prorſus inuſitata iuxta & inaudita. Itaque Inſcriptiones illæ celebres, quæ apud Moral.

Scali-

Scaliger. & alios occurrunt, aliter quam pridem factum eſt, interpretandæ ſunt. v.g. illa *IVLIANVS FAMVLVS CHRISTI EPISCOP. ECCLESIÆ EBORENSIS HIC SITVS EST; VIXIT ANN. P. M. LXX. RECESSIT IN PACE KAL. DECEMB. ERA DCIV.* itemque illa in agro Hiſpalenſi: *ALEXANDRA CLARISS. FOEMINA VIXIT ANN. P. M. XXV. REC. IN PACE X. KAL. IANVARI ERA DIII.* hæ inquam inſcriptiones alium ann. Chriſti, quam antehac creditum, innunt. Nam detractis de 604. XXXIX. (vt fieri oportet, ſi vera ſunt, quæ Grandamicus diſputat) reſtat ann. 365. non 366. item de 503. demptis 39. relinquitur ann. 464. non 465. quod dudum omnibus perſuaſum penitus fuerat. quare iſtis, non illis Epiſc. Eborenſis, & Alexandra obierint. quod quantum confuſionis in Annales noſtros invehat, nemo non videt, quare maneat annos Æræ Hiſpanicæ à Kal. Ian. cum Conſſ. Romanis inire, & pridie earum cum ijdem deſinere.

14 Scrupulus, quem Grandamicus ex Idatio inijcit, oppidò levis eſt. Eum excutere non vacat; nec neceſſe eſt; cũ Idatium noſtræ ſententiæ favere apertiſsimè oſtenderimus. quod ſi qua apud eum occurrent, quæ in eos annos haud cõpetant, in quos ea ipſe coniecit, id ex eo oriri potuit, quod in vno aliove loco, quanquam diligentiſsimus & acuratiſsimus alioquin ſcriptor, labi facilè, atque falli potuerit. Levius id multò faciliuſque eſt, quam ob vnum aliumve, qui apud ipſum occurrat. ſcrupulum, rem adeo inſolitam, & à communi perſuaſione abhorrentem velle obtrudere, atque omnia Hiſpaniæ monumenta, priſcoſque Annales ſuſque deque miſcere atque confundere.

Grandamici ſcrupulus amovetur.

15 Pro coronide lubet addere quod *de anno Hiſpanicæ cladis* ſententiam validè confirmat; & à nobis initio omiſſum fuerat. Ait itaque Rodericus Toletanus L. 3. de Rebus Hiſpaniæ cap. 22. anno Arabum nonageſimo quarto, vltima die menſis Ramadani Emeritam à Muza Saracenorum Duce in deditionem acceptam fuiſſe. Id Moralius aſſerit Rodericum ex Raſi, auctore gravi, & in ſuæ præſertim gentis recenſendis rebus geſtis diligenti, & perantiquo accepiſſe. vltima

Raſis, & Roderici Toletani teſtimonium expenditur.

tima dies Ramadani anni Hegiræ 94. in 30. Iunij A. C. 713. incurrit. Muza porrò non antè in Hiſpaniam tranſmiſit, quam à Tharicho Rodericus in acie victus fuiſſet id anno illius decantatæ Pugnæ ad Lethem, non potuit accidere. cũ illa æſtate iam adulta, adeoque Iulio menſe, vt ſupra diximus, omniũ fermè conſenſu, vt maturrimè, commiſſa ſit. Iam in eius celebris victoriæ nuncio in Africam perferendo, in copijs conſcribendis, & commeatu bellico comparando, aliquot menſes abijſſe neceſſe fuit. quare ineunte hyeme, aut quod eſt lõgè veriſimilius, vere appetente, Muza in Hiſpaniam appulerit. Atqui conſtat ex producto teſtimonio Raſis, ſeu Roderici, Emeritam exeunte Iunio anni 713. in ditionem Saracenorũ veniſſe. Ergo Prælium, & Clades illa iuxta celebris ac luctuoſa, in annum ſuperiorem DCCXII. inciderit.

Ex quo Cladem Hiſpaniæ in A. C. 712. incurriſſe efficitur.

16 Nec omittere ad extremum, quando hoc ſaxum volvere cœpimus, eſt viſum, rariſsimum antiquitatis monumentum, hoc eſt Diploma Alboacemi, Tarici Hiſpaniæ Expugnatoris Nepotis, & Luſitaniæ, dum ſub Saracenico iugo gemeret, Reguli, quod fortean eſt vnicum, quod à Principe Mahumetano conceſſum hodieque ſuperſit. Id datum eſt in Benedictinorum Lurbanenſium gratiam, cuius clauſula, ſive, vt paſsim dicunt, Data, eſt huiuſmodi. *Fuit facta Charta de Iuzgo æra de Chriſtianis DCCLXXII. ſecundùm vero annos Arabum CXXXXVII. Luna XIII. Dulhija &c.* Æra 772. eſt annus Chriſti 734. qui computus longiſsimè ab Arabico in Diplomate expreſſo diſcrepat. Nam annus 147. Hegiræ cœpit 9. Martij A. C. 764. totis 30. annis, poſt illũ, in quo expeditum Diploma dicitur. Anno porrò prædicto 734. cœpit annus Hegiræ 116. nonâ Februarij die, eiuſque menſis Dulhija in annum ſequentem 735. excurrit: quare & menſis Arabicus in Diplomate expreſſus minimè congruit cũ anno dicto Chriſti.

Diplomatis Reguli Saraceni clauſula ad examen vocatur.

Quam à vero aberrare evincitur.

17 Quid ergò facimus? An hoc inſtrumentum repudiamus, & inter nótha, pro recentium Criticorum more, reijcimus? ſed quæ tandem huius confingendi Diplomatis cauſa rationabilis excogitari queat? ergò allaborandum; ſi qua ratione computi, vſque adeò primore ſpecie diſsidentes, in gratiam redigi poſsint. Hoc enim Criticum, qui talis iure dici debeat, decet; minimè autẽ quævis paſsim, ob id vnum quod

Qui tandem inextricabiles eius characteres, ad concordiam redigi queant?

non

non capias, reijcere. Putamus ergò hic lapſum ſcriptoris, aut excriptoris potius, interveniſſe. Cum enim is ſcribere, aut excribere debuiſſet, ſecundùm annos Arabum CXVII. 147. ſcripſit, an excripſit. quod ſanè haud difficile fuit. Cum enim, vt ſupra fusè oſtendimus, numerum quadragenarium, per vnicum X' ſemicirculo in vertice inſignitum, Maiores noſtri, quandiu Gothici characteres in vſu fuere, ſolerent exprimere, facilè potuit accidere, vt calamus aberraret, atque ſpeciem virgulæ quadragenarium numerum exprimentis, relinqueret. qua imagine, qui Diploma excripſit, deluſus, eundem, quem putabat in authographo obſcurè contineri, diſtinctè quatuor vncialibus X. ſibi exprimendum duxit. in quo fors ſperabat ſeſe à poſteritate haud minimam gratiam initurum. atqui melius multò de illa meritus eſſet, ſi rem, vt erat, reliquiſſet putamus ergò pro anno Hegiræ CXXXXVII. 117. legendū eſſe. ſed alius reſtat ſcrupulus: annus enim CXVII. Hegiræ, nō anno Chriſti 734. ſed 735. cœpit, vt dictum. ſed hoc minoris momenti eſt. nam facile fuit vt vltima nota numerica ævo evaneſceret, atque pro æra DCCLXXIII. Eram DCCLXXII. Excriptor deſcriberet. fortaſsè noſtra nos coniectura fallit. ſed noſtri ingenioli qualemcumque induſtriam exercere maluimus, quam eorum prâvum imitari morem, quibus nihil tam ſancti eſt, cui non labem ſuſpicionis aſpergant, modò tenuis indè gloriolæ aura ſpiret.

Qui paſsim Diplomata falſitatis arguunt, notãtur.

18 Hunc morbum pleriſque affricuiſſe videtur I. Scaliger, homo ſatis notæ, & proiectæ audaciæ, qui epiſt. 3. pag. 445. ad Carolum Labbæum hæc habet. *Ego*, inquit, *multa Monaſteriorum, Capitulorum, Epiſcopatuum, Diplomata vidi, Regum, Impp. Ducum nomina, & ſcripturæ vetuſtatem præferentia quæ vix vlli commentitia eſſe ſuboluit, nobis autem primo oculi coniectu, odore falſitatis ſuæ nares noſtras percuſſerunt. Cuiuſmodi illud in fine Operū Agobardi de Donatione Alberici Epiſcopi. Anno enim Chriſti IↃCCCXXX.* Kalēd. *Decemb. Indictio erat IX. non VIII. à 24. Septembr. nondum enim Indictione Romana vtebatur Eccleſia Gallicana. Epacta erat ſecunda, non quarta decima. Erat annus XXVII. non XIV. Imperij Ludovici.* Hæc ibi Scaliger. ſed quàm leviter hoc Diploma inter ſpuria repoſuerit, videamus.

Quibus præiviſſe videtur Scaliger.

Im-

V. Mabillon. de Re Diplom. L. 2. c. 24.

19 Imprimis ſcrupulus, quem inijcit de Indictione, oppidò levis eſt. Multò enim ante huius Expeditionem Diplomatis, Indictionem Romanam, & Pontificiam adhibuerant Galli. Nam Diploma Ludovici anno eius II. (quẽ Chriſti 815. eſſe mox conſtabit) conceſſum VI. Idus Decembris, Indictionem VIII. præfert, quæ eſt Indictio Romana. Conſtantinopolitana enim ſive Imperatoria, erat IX. à Septembri præcedenti auſpicata. extat aliud apud Mabillon. L. 6. de Re Dipl. Diplomate LXXII. Imperij eiuſdem Ludovici anno XIV. (quem Chriſti 828. eſſe conſtabit) quarto Idus Novemb. Indict. VI. notatum, quæ item eſt Indictio Romana. Nam Imperatoria VII. iam erat inchoata. quare hinc noſtrum Diploma non claudicat.

Scrupulus quem de indictione inijcit levis eſt.

20 Nihilo firmius eſt quod de Epacta adducit. Nam imprimis quanquam eo anno Epacta vera, & correcta II. erat; at Nicæna erat I. quæ illis temporibus, nondum correcto Kalendario, vſurpabatur. At in noſtro Diplomate non II. correcta, non I. Nicæna, ſed quarta decima. quæ ab vtraque longè abeſt, aſsignatur. ſed haud rectè hinc Scaliger commenti noſtrum Diploma, & *νοθείας* inſimulat. Nam imprimis in re non admodum, illis vtique temporibus, obviâ, facilè Notarius labi potuerit: quod haud ſemel alias vſuveniſſe, non vno producto exemplo vicimus. Adde quòd aliquam errandi anſam Aureus numerus XIV. quem ille annus habuit, fors Notario obtulerit. Cum enim eo tempore dies Lunæ erueretur tàm ex hoc, quàm ex illa; facile fuit vt cyclum Lunarem cum Epacta, quæ ex illo pendet, confuderit. quare ne hic quidem error, illius inſtrumenti fidei elevandæ ſufficit.

Nec gravior, qui ab Epacta pravè appoſita ducitur.

Potuit Aureus numerus pro Epacta ſumi.

21 Id quod poſtremo loco adducit de anno Imp. Ludovici XIV. cum anno Chriſti 830. coniuncto plus difficultatis præ ſe fert. ſed & ipſe enormiter labitur, niſi fors error obrepſit ab operis Typographicis in notas numericas. Ait enim dictum annum, fuiſſe Ludovici vigeſimum ſeptimum. quod eſt planè falſum à quacumque tandem Epocha anni Pij illius Imp. putentur. Luduvicus enim Rex Aquitaniæ à P. Carolo datus fuit, anno 781. vt omnes, quos quidem viderim, conſentiunt. quare annus 830. Æræ communis, Regni eius Aquitanici quinquageſimus, non vigeſimus ſeptimus, vt ait Scaliger, erit. Idem à Parente adhuc ſuperſtite, ſed ad modum

In anno Ludovici aſsignando, aut Scaligeri, aut typothetæ lapſus.

ſene,

ſene, tantæque moli impari, Imperator dictus eſt, anno 813. quare annus 830. huius Imperij erit XVIII. Aliud Ludovici Imperij annorum initium repeti poteſt,à morte Caroli,quando iam ſolus imperare cœpit.quam Epocham eum ſuis in Diplomatis ferè ſecutum eſſe deprehendimus. qua ratione annus 830. non XXVII. ſed XVII. eius Imperij erit. quare aut ipſe Scaliger egregiè hallucinatur, aut, quod magis ſuſpicor, eius in Epiſtolam error obrepſit ab operis typographicis.

Obijt abs dubio Carolus M. A.C. 814 Ianuar. 28. fer. 7.

22 Sed quî, inquis, vt hæc vera ſint, in autographon pro 17. anno, 14. obrepere potuerit? accipe. Non ſemel monuimus veteres illos numerum quinarium ita ſcribere conſueviſſe,vt pro binario facilè à minus cauto lectore accipi queat. idem hîc vſuveniſſe putamus. itaque cum ſcriptum eſſet anno DCCCX u II. literam u quę quinque valet,pro duobus vnitatibus incautus lector, & exſcriptor accepit;vnde anno Domini 814. nō 817. Diploma iſtud expeditum ſibi perſuaſit. Adiſis C.L. Mabillon. de Re Diplom. L.V. Tab. III. vbi ſub finem notas numericas, vti quondam ſcribebantur, ad vivum expreſſas affert: quæ quam ſint huic errori opportunæ per te ipſe notabis. Conſule quoque eundem Tab. IX. num. 3. vbi hæc inter alia habet: *Facto hunc libro in anno XXX* u *II. regnante Domno* Karolo *Imp.* vbi hic num. 37. ita exprimitur vt minus cauto lectori imponere facile queat pro trigeſimo quarto. Itaque nihil cauſæ Scaligero fuit, cur Diploma illud Alberici adeò faſtidioſè reijceret, ac falſitatis porrò dānaret.

Vide huius operis 1 partē pag. 256. num. 42. vbi huius rei manifeſtū exemplum damus

Vnde error in notas numericas obrepſerit?

23 Velim tamen vt Adverſarij noſtri, vel ab Scaligero, quem præcipitis audaciæ,ac præfervidi genij plerique notant, moderationem didiciſſent; qui poſtquam illa ſcripſit, hæc ſubiungit. *Hæc*, inquit, ψευδεπιγραφα, *ideò Reges veros, & veras Donationes præferunt, quia de illis conſtabat. de annis autem Regum, & Epactis ideo erratū, quia amiſsis veris Diplomatis vel incendio, vel alia vi maiore, inſtauranda fuerunt inſtrumenta, ne Monaſteria prædijs donatis fraudarentur. Sed qui inſtrumēta commenti ſunt, Reges quidem nominare, & prædia donata deſignare potuerunt, quod eorum memoria per manus tradita eſſet; annum autem Regis, Indictionem & cætera id genus, certè referre non potuerunt, per imperitiam. Eruditorum eſt*

Modeſtiam Scaliger noſtros Antagoniſtas docet.

enim

enim ea deſignare, nō autem τ̃ τυχόντων. hæc ibi Scaliger.

24 Quæ licet nō omninò nobis probentur, vt 1. part. noſtrar. Diſſertat. innuimus pag. 161. longe tamen modeſtiora ſunt his, quæ nobis noſtris ab Antagoniſtis paſsim obijciuntur. Nam ille, vt vt hæc inſtrumēta authographa eſſe neget, res tamen illis contentas veras eſſe concedit, & in characterum ſolum, & Datarum appoſitione vitium obrepſiſſe pronuntiat. Atqui Antagoniſtæ noſtri, tam iſthæc, quàm Donationes illis contentas, commentitias, à noſtriſque per ſummum ſcelus & fradem confictas eſſe affirmare non dubitant. Atque vtinam in Scaligeri ſimiles adverſarios nobis incidere contigiſſet. Nam is, vt vt præceps & audax eſſet, rerum tamen de quibus diſputabat, apprimè intelligens erat; & vt non eſſent vera qnæ obijceret, habebant certè aliquam veritatis vmbram, quam amoliri nonnullius induſtriæ eſſet. Nunc eos nacti ſumus Antagoniſtas, qui iuxta proverbium, *neque literas, neque natare ſciunt.*

A qua nonnulli longè abeunt.

25 Ad extremum monemus lectorem, nos haud ſanè vulgarē in calculis, quæ in hac poſtrema diſſertatione paſsim occurrunt rectè ponendis collocaſſe; neque ſatis id laboris ac tædij ſemel hauſiſſe contentos, penè omnia, poſt aliquot à prima ſcriptione menſes, ad examen revocaſſe. at ne ſic quidem audemus aſſerere nos in re tam lubrica & ad errorem prona nunquam falſos fuiſſe. ſatis nobis erit ſi non ita crebri & craſſi errores occurant. quod profectò nos aſſecutos ſperamus. horum gratiam ſi nobis lector benevolus faciat viros doctos, & modeſtos, qui nihil humani à ſe alienum putant, imitabitur.

(?)

ADVER-

Digitized by Google

ADVERTENCIA AL LETOR.

ES Tan vtil, neceſſaria, y fundamental para la Hiſtoria de nueſtra Eſpaña la noticia del tiempo preciſo en que ſucediò ſu fatal y celebrada Perdida, que ſin ella no ſe puede dar en aquella paſſo. Por eſta razon, aunque en nueſtra Diſſertacion Latina tratè eſte punto con el cuidado y diligēcia poſsible, y con el rigor que las materias Chronologicas piden; conſiderando que ay muchos Profeſſores de Hiſtoria en nueſtra Eſpaña, que ò no ſaben Latin, ò ſi le ſaben, no eſtàn en los principios Chronologicos, con que es forçoſo ſe les eſcape algo, ò mucho de lo que alli diximos; quiſe en obſequio ſuyo poner aqui la precedente diſputa en nueſtro Idioma con la mayor claridad que materia de ſuyo enredoſa y obſcura permite. Los que no ſaben Latin, ſe podràn con poca aplicacion hazer capazes de punto tan importante. A los que le ſupieren, tampoco harà daño eſte Tratado, pues entēdido lo que aqui con mas claridad dezimos, podràn penetrar facilmente lo que alli mas methodicamente, y ſegun las reglas del arte diſputamos. Vale.

QVESTION CHRONOLOGICA

SOBRE EL AÑO DE LA PERDIDA DE Eſpaña, ò vltima Batalla del Rey D. Rodrigo con Tariq.

HA Sido mui diſputado entre los Hiſtoriadores, y Chronologos, qual aya ſido el año de la fatal Perdida de Eſpaña, ò Rota del Rey D. Rodrigo: que ſeñalar año fixo à la Perdida de Eſpaña no es poſsible, porque èſta fue ſuceeſiva. Y aſsi ſe ha de reſtringir la queſtion à la Batalla de D. Rodrigo con Tariq, en que aquel Rey pereciò, ò no pareciò, y Eſpaña quedò debaxo del iugo de los Moros.

2 La mas comun ſentencia de nueſtros Hiſtoriadores haſta èſtos vltimos tiempos ha llevado, que la fatal Batalla, y Ruina de Eſpaña, ſucediò el año de la Era del Ceſar de 752. ò de Chriſto 714. que es lo miſmo. Eſte ſentir, que à mi parecer es improbable, como deſpues probarèmos con toda claridad, ha tenido tantos valedores por la poca noticia, que en Eſpaña ſe ha tenido de los años Arabicos, llamados de la Hegira, quando es mas neceſſaria eſta noticia para nueſtras hiſtorias, que para otras de Europa: pues aviendo ſido Eſpaña ſojuzgada de los Arabes, que vſavan de eſte cōputo, y le aſſentavan en ſus deſpachos, y hiſtorias; ſi no ſe ſabe què ſon años Arabicos, y de quantos dias conſtan, ni deſde quando empiezan, es andar à ciegas en ellos, y admitir muchos, y contrarios, y aun contradictorios errores.

3 No es para aora tratar ex profeſſo de eſte punto de que ay harta neceſsidad para la Hiſtoria Hiſpanica. Hartes Eſtran-

Eſtrangeros (à quienes les importava menos que à noſotros) han aclarado eſta materia, y dado reglas bien faciles para reducir los años Arabigos Lunares à Iulianos, ó Solares, que ſon los nueſtros. Baſte por aora ſaber por mayor, que los años Arabigos ſon de 354. dias. 8. horas, y 48. minutos: y ſiendo los Julianos de 365. y 6. horas, ay de diferẽcia de vnos à otros 10. dias, 21. horas, y 12. minutos: que aunque en pocos ſe puede diſsimular, por no ſer grande la diferencia, en muchos es intolerable por ſubir à años enteros. En ſolos 30 ay la diferencia de 326. dias, que es caſi vn año. Por manera que quando noſotros contamos los 30. ſolos, ya quentan los Arabes 31. y en mas eſpacio de tiempo crece mas y mas la diferencia. Pues aviendo deſde el principio de la Hegira (que como deſpues probarèmos empezò el año de 622.) haſta el año paſſado de 1686. corrido 1064. años Solares ſolos, de la Hegira ſe contavan 1097. con que ſi alguno menos verſado en eſte computo, hallaſſe en alguna hiſtoria Arabica, que la reſtauracion de Buda ſucediò (como à la verdad fue) el año de la Hegira de 1097. à 13. dias del mes Arabigo Schevval, vn Lunes; y por otra parte ſupieſſe que los años de la Hegira avian empezado el de Chriſto de 622. añadiendo eſtos à aquellos, diria que el Hiſtoriador avia pueſto aquel ſuceſſo el año de Chriſto de 1719. y leyendo por otra parte que eſto ſucediò el de Chriſto de 1686. à 2. de Setiembre, vn Lunes ſegun el Kalendario nuevo, y à veinte y tres de Agoſto ſegun el antiguo, ſe hallaria perplexo, ſin ſaber à quien de los dos creer, pues ambos Hiſtoriadores ſe podian aver hallado en el cerco, y aver con verdad eſcrito lo dicho: y con todo eſſo avia de vn cõputo à otro la diferencia de no menos, que 33. años. Mas ſi ſabìa el methodo de el año Arabigo, y compararle con el nueſtro, hallaria que los dos Hiſtoriadores venian à dezir lo miſmo.

4 Eſto proprio ſucediò à los Antiguos de nueſtra Eſpaña, y en eſpecial al Arçobiſpo D. Rodrigo, el qual aviendo leido en algun Auctor Arabigo, que la Perdida de Eſpaña ſucediò paſſados 92 años de la Hegira, y corriendo el 93. (que deſpues dirèmos es lo mas probable ſin comparacion alguna) añadiò à los 622. de Chriſto, en que avia leido avia tenido ſu principio la Hegira, los 92. dichos, y vino à dar en el año

ſin duda eñ algunos Auctores mas antiguos. Iuzgo eſta opinió ſegunda por mas cierta, pues aſsi convienen, y ſe conforman dos Auctores tan graves, y de otra ſuerte ſe diferencian, aunque no en mucho. Concuerdan con ellos las memorias mas antiguas de Archivos, Concilios, y Chronicas antiguas. En vna, que sacó à luz Brádaon grave Auctor Luſitano en ſu 2. tomo de aquella Monarquia trae por apendice vna Chronica hallada en Alcobaza donde dize *Era 749. aliàs 750. Sarraceni Hiſpaniam adepti ſunt regnante Roderico.*

7 Lo miſmo sacó Loayſa en ſus Concilios de Eſpaña, de varios papeles, y memorias antiguas. Dize pues alli: *Anno Chriſti 712. Era 750. Sarraceni Gothos expugnant, & bienio totam Hiſpaniam occupant.* Lo miſmo nos enſeña Iuan Grial varon erudito en ſus notas à la Hiſtoria de los Godos, y Suevos de San Iſidoro, donde dize: *Era 750. A. C. 712. Mauri invadunt Hiſpanias.* Ni ſe ha de entender eſto de la primera invaſion de los Moros, que eſſa no dudo fue mucho antes, ſino del tiempo en que ſe apoderaron de toda ella: porque eſte Auctor pone el Reynado de Vvitiza deſde el año de 701. haſta el de 711. y el de D. Rodrigo deſde èſte haſta el ſiguiente. Porque aviendo dicho que Vvitiza acabó de reynar el año de 711. dize que entró luego D. Rodrigo, y reynó vn año. *Rodericus regnavit annum vnum.* Y aunque es verdad que muchos han dado à eſte deſgraciado Rey tres años de Reyno, los dos fue con Vvitiza, à quien vſurpó el Reyno: y aſsi los que le dan vn año de Reyno, quentan lo que reynó el ſolo, deſpues de que murió Vvitiza. Aviendo pues ſido Rey vn ſolo año, y empezado el de 711. el fin de ſu imperio, que concurre con la fatal Perdida de Eſpaña, viene à caer en el año ſiguiente de 712.

8 Convienen todos los Auctores, en que aquella infeliz, y vltima Batalla empezó vn Domingo, y acabó otro, en que ſe declaró la victoria por los contrarios: y ſi eſto fue aſsi, y en Iulio como tenemos por mas veriſimil, ſerià en los dias 17. 24. ò 31. dèl, que fueron Domingos, por aver ſido aquel año, que fue Biſieſto, letras Dominicales la C. y B. y ſervir la ſegunda deſde 25. de Febrero haſta Diziembre del año dicho: tambien fueron aquel mes Domingos los dias tres y diez; mas los excluimos, por aver ſeñalado algunos Auctores el mes

Xavel Arabigo, ẽn que dizen ſe diò aquella celebre Batalla? Eſte empezò el año 93. de la Hegira à 11. de Iulio, y durò haſta 10. de Agoſto, con que pudo ſer los dias 17. 24. y 31. en que ſe contaron 7. 14. y 21. de Xavel. Puedeſe preſumir fue el primero, eſto es à 7. porque ſe aparta menos de lo que los Hiſtoriadores nos dizen, aunque en eſta parte no ay coſa fixa.

9 Muchos graves Auctores ſe han inclinado à que fue el año de 713. eſte ſuceſſo. Pocos ò ninguno de los Antiguos ay por eſte ſentir; mas de los Modernos lo afirman Fr. Alonſo de Maldonado, los PP. Brietio, Ricciolo, y Grandamico, y el Auctor Anonymo y graviſsimo de la Hiſtoria Benedictina recientemente impreſſa en Frances. Tiene eſta conveniencia dicho año, que en el fue Domingo el dia 9. de Iulio, y de Xavel, que empezaron aquel año en vn dia. Mas ſi eſto fue aſsi ſerìa el año de la Hegira 94. coſa q̃ nadie de los Antiguos nos ha dicho, con que es mas ſeguro ponerle en el antecedente.

10 El año 714. en que los mas de nueſtros Eſcritores ponen eſte ſuceſſo, me parece deve ſer del todo excluido. Ya diximos de donde naciò eſte ſentir, que fue por tomar los años Arabigos Lunares por Solares de 365. dias, con q̃ aviendo eſtrivado en vn fundamẽto falſo eſte ſentir, no ay que maravillar que tantos ſequazes como tuvo ſe allucinaſſen, y dieſſen en eſte bagio. Eslo ſin duda el atribuir à eſte año la Perdida de Eſpaña, que entonces ya ſe avia ſin duda perdido. Eſto ſe infiere claramente del citado Elmacino, que dize muriò Vvalid el año de la Hegira de 96. que començò à 16. de Septiembre del año de Chriſto 714. y que avian corrido del 163. dias (no 136. como en la edicion de Erpenio ſe lee por deſcuido de la Imprenta) y que fue vn Sabado. Añadiendo 163. dias à los 258. corridos haſta 16. de Setiembre del año de 714. cae la quenta en 25. de Febrero del año ſiguiente de 715. aunque es verdad que eſſe dia no fue Sabado, ſino Lunes. Mas entre tantas quentas como trae Elmacino bien ajuſtadas bien ſe le puede condonar eſte leve deſcuido. Deveſe pues leer 161. en lugar de 163.

11 Aſſentado pues por cierto, que Vvalid, Calyfa de Damaſco, muriò al principio del año de 715. es moralmente cierto, que no pudo ſuceder la Perdida de Eſpaña el año antecedente de 714. No lo permiten los muchos ſuceſſos que à

dicha

dicha Perdida ſe ſiguieron, viviendo Vvalid. Lo primero ſe diò la Batalla campal quando mas temprano al fin de la Primavera, y principio del Eſtio, que ſeria como diximos en Iulio. De eſta victoria paſsò la noticia à Africa, de dõde embidioſo Muza de la tan grande como impenſada victoria que avia obtenido Taric, quiſo paſſar à Eſpaña à tener parte de la gloria, ya que la mayor ſe la avia preocupado Taric. Para eſto juntò numeroſo exercito, y previno lo neceſſario para la guerra. Paſsò deſpues à Eſpaña, donde tuvo muchas victorias, aſſediò muchas Ciudades con cerco de muchos meſes, no ſolo dias. Deſpues ſe juntò en Toledo con Taric, donde ſe medio compuſo con èl, y paſſaron los dos à cercar à Zaragoza. Las diferencias que los dos Capitanes tuvieron entre ſi fuerõ muchas. Didſe quenta de la victoria, y de ellas à Vlit, que à la ſazon eſtava en Siria en la Ciudad de Damaſco, donde tenia ſu Corte diſtante de Eſpaña quanto es de largo todo el Mediterraneo, que tendrà ochociẽtas leguas de longitud. Sabido eſto Vlit embiò orden para que los dos Capitanes compareciessen: obedecieron dexando à Eſpaña antes bien aſſegurada, y guarnecida. Paſſaron à Damaſco, y aun hallaron à Vlit vivo, aunque poco deſpues ſe ſiguiò ſu muerte. Mire el curioſo quanto tiempo pedian tantos ſuceſſos, idas, y venidas de tan remoto Pais; y hallarà, que no ſolo moralmente, ſino es fiſica tambiẽ impoſsible, que todo eſto ſe hizieſſe en poco mas de 6. meſes, que corrieron deſde mediado Iulio haſta 25. del Febrero ſiguiente, en que muriò Vvalid. Antes bien vna de las razones que tengo para creer que la Perdida de Eſpaña no fue el año de 713. es la miſma, porque me parece corto el periodo de año y medio, que paſsò deſde ſu Iulio haſta la muerte de Vvalid para tanta variedad de ſuceſſos, que admira à los Iuizioſos cupieſſen en dos ò tres años, quãdo con el curſo ordinario pedian otros muchos. Digo pues q̃ por eſta razõ debe ſinduda *ſino el año de 713. a lo menos el de 714. ſer del todo excluido.*

12 Vna objeccion ſe puede hazer contra lo dicho, y es dezir con el P. Ioſeph Moret, que no conſta quando la Hegira de los Arabes aya tenido principio; pues vnos, como el Pacenſe, ſe le dan el año de 618. otros el de 622. quales la poſponen à eſte, y otros la anticipan al primero. Luego la ſentencia que afirma que el año de la Perdida de Eſpaña fue el

Dudaſe quando empezò la quenta de la Hegira.

Digitized by Google

de 712. infiriendolo del computo Arabigo, y del año que à la ſazon corria de la Hegira, es del todo incierta, pues no ſeñala fixamente, ſino es como adivinando, quando dicha quenta tuvieſſe principio.

Pruebaſe que fue ſu principio el año de 622.

13 Eſta replica es mui impenſada para mi; porque ſiẽpre tuve por principio aſſentado en chronologia, que la quẽta de los años de la Hegira empezò el año de 622. à mediado Julio. Aſsi lo aſsienta el P. Petavio in Rationar. temp. lib. 1. cap. XV. en que pone varias concluſiones chronologicas, ſobre las quales entre los peritos de eſta facultad no ay diſputa. Veaſe el num. 29. de dicho cap. No ay que canſarnos en alegar mas Auctores, que es certiſsimo q̃ no ha avido alguno deſde que la Chronologia ſe ha cultivado, y pulido en eſte ſiglo, que dude de lo dicho. El P. Mariana titubeò algun tanto ſobre eſte punto: coſa que me admira, porque quanto alega en comprobacion de que el año de 622. diò principio à eſta quenta, es del todo concluyente, y no dexa lugar à diſputa. De otros que no entẽdieron el computo Arabigo, como Morales, Marmol, y otros muchos, aunque por otra parte ſon doctos, en eſte particular no ay que hazer caſo.

14 Pero bolviendo à nueſtro aſſunto digo que es indubitable que la quenta de los años de la Hegira tuvo principio el año de Chriſto 622. à 15. ò 16. de Iulio, que en ſolo eſto ay alguna variedad. Son innumerables las pruevas que ſe ofrecen de eſta verdad. Algunas del todo concluyentes traximos en la Diſſertacion Latina que eſcribimos de eſte aſſunto. Aora me contentarè con apuntar otra, por la qual conſtarà el abſurdo palpable, que ſe ſigue de querer que empezaſſe dicha quenta el año de 618. y es la ſiguiente.

15 Todos los Auctores, aſsi nueſtros, como Iſidoro Pacenſe, y el Arçobiſpo D. Rodrigo, y Arabes como Raſis, y Elmacino, y otros muchos convienen, en que el año que ſucediò aquella fatal Rota, corria el 93. de la Hegira Mahometana. 93. años Arabigos hazen cabalmente 32,956. dias, que reducidos à años Romanos vſuales hazen 90. años, y 84. dias. Añadidos eſtos à 617. años cumplidos, y 196. dias del corriẽte 618. en que quiere el P. Muret empezaſſe la quenta de la Hegira, ſalen 707. años cabales, y 280. dias. Y aſsi la fatal Perdida ſucederìa corriendo el año 708. Eſto es claramente

fal-

falſo, porquè conſta cõ toda evidencia; que à eſte tiempo reynava en paz Vvitiza, ſin aver aun ſoñado D. Rodrigo, en cuyo tiempo ſucediò la Perdida, levantarſe contra èl: luego la quenta de la Hegira no puede tener el principio que el P. Moret pretende.

Mas ſi la damos el que todos los Chronologos inteligẽtes la dan, ſale la quenta bien, y como probamos. Porque añadidos à 621. años, y 195. dias corridos haſta mediado Iulio del de 622. los 90. años y 84. dias, que diximos hazen los 93. Arabigos, ſalen à la ſuma 711. años cumplidos, y 280. dias del corriente 712. No avian paſſado los 93. años cumplidos de la Hegira, quando ſucediò la Rota fatal: porque corria tambien el mes Xavel, que es el dezimo del año Arabigo, y empezò el año de 712. à once de Iulio: con que ſe han de rebaxar 88. dias de los 280. y aſsi cae el computo à mediado Iulio, con poca diferencia, como mas menudamente ſe averiguò en nueſtra Diſſertacion Latina: con que ſe ve quan ajuſtada va nueſtra quenta cõ la Arabiga, y con nueſtras mas fidedignas hiſtorias, y quan lexos la contraria: y juntamente que nueſtra Hypoteſi es verdadera, y falſa la que pretende introducir el P. Moret.

16 Propondrè otra breve, y clara demonſtracion de lo dicho. Es conſtante en ſentir de todos los Chronologos, como confieſſa el P. Moret, que la quenta de los años de la Hegira empezò deſde 15. ò 16. de Iulio, vn Iueves, ò Viernes. Eſto no pudo ſer por aquellos años vezinos, ſino en el de 622. luego deſde èl, y no de otro tuvo principio dicha Era de los Mahometanos. La menor propoſicion en que puede aver dificultad es clara. Porque dicho año fue Novilunio à 14. de Iulio como conſta por las tablas Aſtronomicas, y aſsi es capaz el dia ſiguiente 15. ò el demas adelante 16. de ſer principio de mes ò año lunar, como ſon los de los Mahometanos. Porque eſtos no empiezan ſus meſes el dia de la verdadera conjuncion, ſino el de la primera phaſi, ò aparicion de la Luna nueva; lo qual ſucede vno ù dos dias deſpues del Novilunio. Fue tambien dicho año Letra Dominical la C: de donde ſe ſigue que à 15. de Iulio fue Iueves, y à 16. Viernes, como ſe puede ver en el Kalendario. Luego dicho año tiene todas las condiciones requiſitas para dar principio à la quen-

quenta de los años de la Hegira Mahometana.

17 No puede eſto ſuceder en muchos años antes ni deſpues: porque para que los Novilunios buelvā al miſmo dia del mes, y de la ſemana, ſe requiere vna Periodo mas larga, q̄ conſta ſegun los computiſtas de 532. años: con que es conſtante que en muchos años antes, ni deſpues del año 622. no ſe hallan las condiciones que todos aſsientan ſe requieren para dar principio à la Epocha, ò Era Arabica. Veſe eſto con toda evidencia en el año 618. en quien da principio à eſta Era el P. Moret, ò dize ſe puede dar, y de quien duda, ò titubea el P. Mariana. Dicho año tuvo por aureo numero 11. y Epacta Nicena 28 de donde ſe infiere que à 15. de Iulio fue Luna 18. y que por conſiguiēte fue inepto dicho dia para dar principio à mes, ò año Arabigo. Su Letra Dominical fue A, de donde ſe infiere que el dia 15. fue Sabado, ſiendo aſsi que en ſentir de todos avia de ſer Iueves.

18 Confirmaſe dicha demonſtracion por la Induccīō de mas de 300. años Arabigos. Puedeſe hazer acudiendo à la Chronologia Reformada del P. Ricciolo libro 1. capitulo 24. donde pone los principios de los años Arabigos deſde el año de Chriſto 1356. haſta el de 1675. El primero le tuvo à 5. de Enero vn Martes. No ocurre otro en toda la Tabla que empezaſſe tal dia, ſino es el que empezò el año 1649. de Chriſto, y fue el 1059. de la Hegira, pero tal dia fue Viernes, no Martes. Por lo qual ſe vè, que para que vn año de la Hegira caiga en el miſmo dia del mes, y feria del año Iuliano, es neceſſario paſſe vna larga Periodo de años: luego la quenta de la Hegira, que empezò ſegun todos aſsientan à 15. ò 16. de Iulio vn Iueves ò Viernes, lo qual ſe halla el año de 622. no puede recurrir antes, ni deſpues en gran numero de años: luego en èl, y no en otro ſe deve fixar el principio de la dicha Hegira Mahometana.

19 La auctoridad del Paceuſe en los años que precedieron la Perdida de Eſpaña, es ninguna. Porque eſte Auctor no ſabia (ni en aquel ſiglo barbaro era facil) la naturaleza del año Arabigo: y aſsi no pudo ſeñalar con preciſsion, à que años de Chriſto correſpondian los de la Hegira, ni al contrario. Deſpues que entraron en Eſpaña los Moros ſuele facil ſaber vno y otro: pues èl ſabia por ſi que año corria de la

Era

Era del Ceſar, y los Moros le dirian el que andava de la quēta Arabiga. Por eſſo los ſeñala bien deſpues de dicha Rota, y mal antes. Eſto es ſin duda aſsi, y darèmos mas patente prueva de todo en vn breve tratado que tenemos trabajado del año Arabigo, donde damos reglas faciles para reducirle al Iuliano, y al contrario. Eſto baſte para confirmacion de vna verdad tan aſſentada, quien quiſiere ſaberla mas de raiz, acuda à nueſtra Diſſertacion Latina, donde tratamos mas por extenſo eſta materia.

20 Otro embarazo no menos impenſado ſe nos ofrece, que nuevamente opone el Excelentiſsimo Señor Marques de Mondexar, en vn erudito tratado, que ha poco ſacò à luz. Conviene eſte Eſclarecido Varon, en el computo Arabigo, y ſu principio; pero diſsiente del que haſta aqui ſe ha juzgado tuvo la celebre Era de nueſtra Eſpaña. Todos aſsi domeſticos, como eſtraños han enteudido haſta aqui que empezò 38. años juſtos antes de la quenta que tiene, y por muchos ſiglos ha tenido la Chriſtiandad Su Excelencia quiere ayan ſido 39. con que aviendo dicho el Pacenſe (que es el Autor mas grave que en eſte punto ſe puede alegar, pues fue coetaneo) que la celebre Perdida ſucediò en la Era 750. rebaxados los dichos 39. cae el computo en el de 711. y aſsi no ſerà probable nueſtra ſentencia, que la pone en el de 712.

Dudaſe quando empezò la quenta de la Era celebre de nueſtra Eſpaña.

21 Pero eſta Hypotheſi no tiene mas probabilidad que la paſſada Quantos Chronologos ay dignos de eſte renõbre, ponen el principio de la Era de Ceſar 38. años cabales antes de la quenta vulgar de los Chriſtianos. Ni es meneſter detenernos en citarlos, porque es ſeguro, que ningun profeſſor digno de eſta facultad dize, ni puede dezir lo contrario. Baſtantes Demonſtraciones propuſimos en nueſtra Diſſertacion Latina de eſta verdad, y ſon infinitas las que omitimos como ſuperfluas: aqui ſolo propondrèmos vna ù otra con toda brevedad.

Sin duda empezò 38. años cabales antes de los años de Chriſto.

22 El primer Autor que con certeza ſe ſabe vsò de la quenta de la Era es Idacio, varon doctiſsimo, y diligentiſſimo, en ſu Chronico, y Faſtos Conſulares tan aplaudidos de todos los eruditos. Eſte Autor toma el principio de la quēta celebre de la Era de Ceſar 38. años antes de la vulgar Chriſtiana. Ya puſimos la demonſtracion de eſto en nueſtra

Diſ-

Digitized by Google

Diſſertacion Latina. Aora pondrèmos otra ſacada de los Faſtos. En eſtos pone la Era 440. en el Conſulado V. de Arcadio, y Honorio, y dize huvo Eclipſe de Sol 3. Id. Novemb. que es à 11. de Noviembre. Si ſeguimos la nueva hypoteſi que el Excelentiſsimo Señor Marques quiere introducir, eſto ſerìa el año de la Era comun de Chriſto 401. que ſon los que reſtan rebaxados 39. de la Era 440. como ſu Excelencia pretende ſe han de rebaxar. Si eſto es aſsi, ſerà toda ſu relacion falſa. Pues es conſtante, que eſte año de 401. no tuvo aquellos Conſules, ſino à *Vincencio*, y *Fravita*; y à 11. de Noviembre no pudo en èl aver Eclipſe de Sol, pues tuvo por Aureo num. 3. y Epacta zero, ò nada, ſegun el Kalendario Niceno: con que à 11. de dicho mes era Luna 20. en que no pudo aver Eclipſe Solar.

23 Mas ſi eſtamos à la antigua hypoteſi, todo ſale biẽ, porque rebaxados 38. años de los 440. de la Era, quedan 402. en que fue el quinto Conſulado de Arcadio, y Honorio. El Aureo num. fue 4. y Epacta Nicena XI. con que dicho dia fue Luna nueva capaz de Eclipſe Solar: huvole en la realidad, como le conoce el P. Petavio L. 8. de Doctr. Tempor. pag. 843. donde nos le da calculado, y dize fue en el Meridiano de Roma à las 9. y 47. minutos deſpues de la media noche del dia 11. de Noviembre, y que fue de diez digitos y medio caſi. Es infinito lo que de eſte Auctor, que es el primero que vsò de la quenta de la Era de Eſpaña, ſe pudiera alegar; mas dexolo por no moleſtar en valde. De lo dicho ſe deduce, que la Era de Ceſar tuvo ſu principio 38. años cabales, no 39. antes de la de Chriſto: pues aſsi ſe ſalvan teſtimonios tan irrefragables de Auctor tan grave como vimos; y de otra ſuerte todo ſe confunde y desbarata.

24 Lo miſmo que Idacio nos enſeña ſe eſtilò antes de la Perdida de Eſpaña, confirma deſpues de ella S. Eulogio Auctor celeberrimo del ſiglo nono. El primer cap. de ſu lib. 2. del Memorial de los SS. empieza aſsi: *In nomine Domini. Regnante in perpetuum D. N. Ieſu-Chriſto, anno Incarnationis eius* 850. *Æra* 888. *&c.* Veſe aqui claramente que la diferencia de los años de la Era de Ceſar, y los de la de Chriſto ſon 38. cabales; pues eſtos ſon los que preciſamente reſtan, rebaxados 850. de 888.

Digitized by Google

25 Reſponde à eſto el Excelentiſsimo Señor Marques que los años de Chriſto, de que S. Eulogio habla, no ſon de la Era comun, ſino de la Encarnacion, como ſe ve en las palabras: *Anno Incarnationis eius*: la qual Era precediò vn año entero,ò caſi à la comun: y aſsi ſi la diferencia de aquella à la de la Era, es de 38. años; à èſta la avrà de 39.

26 Mas es manifieſto que S.Eulogio tomò los años de la Encarnacion, como caſi ſiempre, ò ſiempre ſe ha eſtilado, por los de la Era comun. Reconoceſe eſto en lo que poco deſpues dize hablando del Martirio de S. Perfecto Presbytero: *Victimandum eo die differt, quo profanis ritibus feſtiuum Paſchæ gaudium apud eos excolitur*. En que claramente dize, que el Barbaro Iuez dilatò el Martirio de eſte inclito Martir para el dia de Paſqua de los Mahometanos, que celebran ellos à primero de ſu mes *Schevval*. Deſpues dize que eſte dia correſpondia en nueſtro año Iuliano à 18. de Abril, vn Viernes en la Era ſobre dicha. *Conſummavit*, dize, *vir Dei curſum agonis ſui in pace XIV*. Kal. *Maias, die 6. feria, Era qua ſupra annotatũ eſt*. Eſte año fue de la Era comun de Chriſto ſin duda alguna, 850. que tuvo por letra Dominical E. y aſsi fue Viernes à 18. de Abril, como el Santo dize: Avianos dicho el Santo que fue año 850. de la Encarnacion: luego lo miſmo entiende èl por eſta Era, que nosotros entendemos por la Era comun Chriſtiana, de que vulgarmente vſamos.

Es tambien conſtante verdad, que el año de la Era comun 850. celebraron los Moros ſu Paſqua à 18. de Abril, porque el año de ſu Hegira 235. empezò en 26. de Iulio del año de Chriſto de 849. deſde dicho dia haſta 18. de Abril del año ſiguiente de 850. *incluſiue*, ay cabalmente 267. dias. El dia 267. del año Arabigo, es el primero de *Schevval*, dia en que los Sarracenos celabran ſu Paſqua: de todo lo qual nadie que tenga la mas leve noticia del computo Arabigo, puede dudar: luego nueſtra hypoteſi viene ajuſtada a lo que refiere el S. Doctor, y Martir.

27 Mas ſi queremos ſeguir la nueva, que el Señor Marques quiere introducir, todo ſe desbarata. Porque quitando de la Era 888. treinta y nueve años, que quiere ſu Excelencia precedieſſe à la comun, quedan 849. Eſte año de la

Era

Era comun de Chriſto, tiene por letra Dominical la F y conſiguientemente à 18. de Abril ſerà Iueves, no Viernes como el Santo nos dize. Su aureo numero fue 14. y epacta Nicena I. Con que à 18. de Abril ſeria Luna XX. en que no pudo caer la Paſqua Mahometana, pues eſſa cae à 1. de ſu mes Scheval, el qual como los demas Arabigos, y lunares, empieza à 2. ù 3. de Luna, deſde ſu primera phaſi, ò aparicion. Lo miſmo ſucede en los años ſiguientes, en que pone S. Eulogio los Martirios de otros muchos Santos, que padecieron en aquella celebre y cruel Perſecucion Arabica, ſeñalado el dia del mes, y de la ſemana de ſu glorioſo tranſito. Lo qual todo es aſsi, eſtando à la hypotheſi antigua de rebaxar 38. años de la Era de Ceſar; mas ſi rebaxamos 39. todo ſe confunde. Con que ſi la hypotheſi nueva fueſſe verdadera, ſe dava fundamento para dudar de la legitimidad de eſtas Actas, que ſon las mas iluſtres que tiene Eſpaña, y de las mas authenticas que ay en la Igleſia: quando vemos que por menores encuentros, ſe condenan oy en el Tribunal de los Criticos, venerables monumentos que avian paſſado por legitimos muchos ſiglos. Mucho y mui ingenioſo amontona el Señor Marques con ſu acoſtumbrada erudicion en abono de ſu nuevo ſentir. Mas contra tan palpables pruevas, nada puede ſubſiſtir: ni es neceſſario detenernos en ſoltar ſus argumentos, aunque doctos y agudos; porque ſi gaſtamos el tiempo en averiguar lo claro, no nos quedarà alguno, para inquirir lo que tiene dificultad.

Dudaſe en que dia del mes, y año Iuliano empieza la quenta de la Era de Eſpaña.

28 Otro eſcrupulo excita de nuevo el P. Grandamico eruditiſsimo Varon, y eminente Chronologo en ſu Chronologia Chriſtiana L.3. cap.4. donde dize contra el comun ſentir que los años de la Era de Ceſar empiezan deſde el fin de Agoſto, ò principio de Setiembre en el año Iuliano: fundando ſu irregular ſentir en vno, ù otro lugar de Idacio. Mas no dudo que eſte gran Varon, que en lo mas acierta, aqui ſe engaña. Creolo aſsi lo primero, por ver el comun aſſenſo de todos los Auctores, aſsi nueſtros, como eſtraños, que ſiempre ſuponen que los años de nueſtra Era empiezan deſde las Kalẽdas de Enero, y acaban al fin del Diziembre Iuliano. Lo ſegundo, porque es cierto que deſde que ſe vsò en Eſpaña la quenta de la Era de Ceſar, que fue 38. años antes de la vulgar Chriſtiana, como hemos probado, y el P. Grandamico prue-

Empieza ſin duda deſde 1. de Enero.

Digitized by Google

vã ẽn el cap. 3. del libro citado, ſe practicò en ella el año Iuliano, ſin que ſe halle veſtigio de lo contrario: èſte empieza deſde Enero, como todos ſaben: luego tambien el año de la Era del Ceſar, que ſiguiò en todo el año Romano Iuliano.

29 Convenceſe lo miſmo de varios lugares de Idacio, aſsi en el Chronico, como en los Faſtos Conſulares. Ya puſimos vna prueva concluyente de eſto en la precedente Diſſertacion Latina, ſacada de el Chronico; añadirèmos aqui otra tomada de los Faſtos. Dize en ellos, que en la Era 440. que es año de 402. ſiendo Conſules Arcadio V. y Honorio V. huvo Eclipſe de Sol à once de Noviembre, como en la realidad le huvo, y le trae calculado el P. Petavio L. 8 de Doct. Temp. pag. 843. Es cierto que al principio de dicho año de Chriſto ſe contavan 440. de la Era ſegun confieſſa y ſupone el P. Grãdamico. Si es verdad lo que dicho Auctor pretende, empezò la Era 441. à principio del Setiembre Iuliano de aquel año. Y aſsi dicho Eclipſe que fue deſpues à 11. de Noviembre, no ſucederia, como Idacio dize en la Era 440. ſino en la ſiguiente de 441. con que ſe ve que Idacio, que es el Auctor en quien el P. Grandamico funda ſu ſentencia particular, no empezò los años de la Era à vltimos de Agoſto, ò à primeros de Setiembre, ſino de las Kalendas Ianuarias.

30 Los lugares que el P. Grandamico alega de dicho Auctor para prueva de ſu opinion, no le favorecen. No es meneſter detenernos en explicarlos, quando conſta manifieſtamente de otros lo contrario. Si ocurriere alguno que tenga dificultad, mas facil es dezir, que Idacio, aunque mui exacto y puntual en la quenta que lleva, ſe engañò; que querer introducir vna novedad, que induce no poca confuſion en los Anales de Eſpaña. Porque ſi es verdad la ſentencia del P. Grandamico, es neceſſario rebaxar de la Era, para ſaber el año de Chriſto à que correſponde, 38. años haſta fin de Agoſto; y deſde alli haſta fin de Diziembre 39. lo qual acarrea notable confuſion, y jamas ſe ha vſado. De todo lo qual ſe concluye que la Era celebre de Eſpaña empezò 38. años cabales antes de la Era comun de Chriſto, y deſde el primer dia de Enero de dicho año, que fue el octavo de la diſpoſicion, ò correccion que por orden de Iulio Ceſar ſe hizo del Kalendario, y año Romano.

FIN.

Digitized by Google

INDEX RERVM

NOTABILIVM.

A

Abarcæ cognomẽ pleriſque Aragoniæ Regibus cõmune, pag. 152.
Acta SS. à Socijs Bollandianis edita commendantur, 240.
Adelgaſtri Diploma à Pellicerij & Herm. cavillis vindicatum, 164. Idem filius Silonis Regis, 167.
Adriani Imp. ingenium, 241.
Ægyptiacus annus fixus à quo Iuliani anni die incipiat? 328.
D. Æmiliani res geſtæ à Braulione Cæſarauguſtano conſcriptæ, 145. Quoto A. C. vir S. obierit? 147.
Inſcriptionis eiuſdem ſepulchri, & lapidis octogeni vindicatio, 142. & ſeqq.
Æmilianenſis Cœnobij antiquitas aſſerta, 139. & ſeqq. fusè.
Æra aliquando ſine addito pro Chriſtiana epocha vſurpata, 252.
Æra Hegiræ à quo A. C. incipiat? 344. & ſeqq. fusè præſertim à pag. 348.
Æra Alexandri quandonam initium habuerit? 349. Iezdajeris quando cœperit? 349.
Æra Hiſpanica quoto ante Chriſtum annò initium habuerit? 356. & ſeqq. fusè. Et à quo die & menſe anni Iuliani? 362.
Agalienſe Cœnobiũ Benedictinum, 128. Ex eius reliquijs Samonenſe erectum, ibid. Idẽ S. Iuliani Martyris nomen ante Hiſpanicam cladem preferebat, 132.
Alboacemi Reguli Saracenici Diplomatis Data explicatur, 364.
Alberici Diploma contra Scaligerum defenditur, 365.
Alexandri Vvilthemij de Diplomatis diſcernendis iudicium, 238.
Alfonſus de Maldonado O. P. nobilis Chronologus Hiſpanus 333. Eius ſententia de anno Obitus S. Bened. reijcitur, 306. De anno cladis Hiſpanicæ proponitur, 333.
Alfonſi III. Magni dicti Diploma expenditur, 64.
Alfonſi VI. Diploma ab Herme-

negildo truncatũ, 69 & ſeqq. Idem in S. Facundi Monachũ induit, 72.

Alvarus Cordubenſis S. Eulogij Epiſtolam ad Vvilliſindum agnoſcit, 316. Eiuſdem teſtimon. adducitur & explicatur, 360.

S. Ambroſium pene Hieronymianum Hermenegildus facit, 20.

Ambroſij de Morales egregium pro Diplomatum pondere teſtimonium, 57. Idem ab Hermenegildi calumnijs vindicatur, 97. & ſeqq. Eiuſdem pro Antiquitate B. O. in Hiſpania teſtimoniũ, 81. Eius memoriæ lapſus, 65.

Annorum mundi duplex apud Græcos Epocha, 328. Anni Arabici quantitas 332. & 320. Anni Iuliani modus, 320. Anni Incarnationis ijdẽ cum annis Æræ Chriſtianæ vulgaris, 360.

S. Anſelmus exemptionem ſuo Monaſterio ab Vrbano II. petit & impetrat, 204.

Antia, licèt ſenior, Eleuterium parere potuit, 243.

D. Antonini egregium pro O. B. teſtimonium, 385.

Antonius de Guevara Mindonẽſis Epiſcopus Iulio menſe cladem Hiſpanicam anno 715. accidiſſe primus prodidit, 334. Aberrat in anno, in mẽſe non ita, 335.

Archiva Benedictina ab Herm. & aliorum calumnijs aſſerta, 37. & ſeqq. Vide Tabularia.

Argericus Toleto profugus Samonenſe Monaſt. in Gallecia ædificat, 128.

Ariſta, v. Eneco Ariſta.

Arlancenſis Monaſt. antiquitas, & in eam Herm. offuciæ diſcuſſæ, 135.

Auguſtinũ ridiculè Hieronymianum facit Hermenegildus, 18. & 19.

B

Baculi & Mithræ vſus Benedictinis iure conceſſus, 206. & ſeqq.

S. Benedictum Hermeneg. penè Hieronymianũ facit, 17. Idem collapſæ in Occidente Monaſtices Reparator, 32. & 187. Monachorum Patriarcha & Anteſignanus κατ' ἐξοχὴν meritò audit, 183. & 184. Iure ac meritò idem Doctor vocatur, 192. Idem quoto anno Chriſti obierit? 299. & per totam diſputationem fuſiſsimè, & præſertim à num. 309. & ſeqq. Quo menſe & die? 312. & 313.

Sanctus Benedictus Anianæ Abbas Regulam Benedictinam minimè invexit in Hiſpaniam, 113. & 114. Quare in Hiſpaniam advenerit, & quouſque in eam ſe penetrarit

ſit? 114. Eius de Regula Benedina teſtimoninm, 189.
Benedictini Ordinis mirifica propagatio, 35.
Qualiter de Eccleſia Catholica meritus ſit? 211.
Quondonam in Hiſpaniā invectus? 109. & ſeqq. fusè.
Quotquot Benedictinam Regulam profeſsi Benedictini, & cur? 154.
Benedictinos doli mali ac fraudis reos peragit Hermenegildus, 48.
Quæ calumnia diluitur, 50. & ſeqq.
Eorum fides commendatur, 233.
Ipſis iniuratis quondam credebatur in Iudicijs etiam in rebus ad ipſos ſpectātibus, 234. & 235.
Benedictinorum Caſsinatum, & San Facundinorum etiam ſequioribus ſæculis ſobrietas, 197. & 200.
Benedictini in Hiſpania à Gothicis temporibus, 109. & ſeqq. latè.
Bernardus Toletanus Præſul, qui San-Facūdino Cœnobio pręeſſet ab Hugone M. è Gallia tranſmiſſus, 75. Idem Gothicæ ſcripturæ in Hiſpania antiquandæ, Gallicæ recipiendæ author fuit, 56.
Sanctæ Bertæ Avennacenſis Ab batiſſæ Cœnobium ab initio Benedictinum, 270.
Sanctus Bertulfus Bobienſis ſui Cœnobij exemptionem impetrat, 205.
Binarius numerus ita aliquando in priſcis monumentis ſcribitur, vt interdum pro quinario ſumi ab incauto lectore queat, 254. & 367.
Sanctus Bonifacius Fuldæ Privilegia petit, & impetrat, 204.
Breviarij auctoritas quanta, 303.

C

Cainanum in textum D. Lucæ irrepſiſſe nonnulli citra hæreſin putant, 314.
Candidatus Epiſcopus Aſtoricenſis, etſi abſens, Diplomati potuit ſubſcribere, 175.
Cantabria civitas propè Lucronium, 149.
Cantabrienſis, ſive Catalabrenſis Archiepiſcopatus inauditus, 295.
Caradignenſes Memoriæ in quē annum Cladem Hiſpanicam conijciant? 342.
Caradignenſis Cœnobij antiquitas & Traditio impugnata, & aſſerta, 99. & 104.
Cavam illam famoſam negat Pellicerius extitiſſe, ſed ridiculè. 317.
Chorepiſcopi qui? 225.
Chronica Haudberti Luitprandi,

Digitized by Google

di, Maximi &c. eruditis ſuſpecta, quondonã primò prodierint? 96. & ſeqq.
Cibi menſura à S. Benedicto aſſignata quanta & qualis? 197. & ſeqq.
Cicero non anno ætatis 23. ſed 26. primam cauſam egit, 271.
Ciſtercienſes perinde ac nigri Monachi Benedictini, 156.
Clades Hiſpanica quoto anno Chriſti acciderit? à pag. 319. & præſertim à 339. Iulio menſe accidit, 343.
Clavixenſe Prælium quando, & à quo commiſſum? 293.
Clodovæus I. quoto A. C. obierit? 311.
Cœnobia Hiſpaniæ vetuſtiſsima ab initio Benedictina maiore ex parte, 105. In nonnullis aliis profeſsionis Monachos ante noſtros ingenuè agnoſcimus, 107.
Compoſtellanæ Hiſtoriæ fragmentum nobis favens producitur, 79.
Eiuſdem Eccleſiæ Diploma diſcutitur, 286. & ſeqq. latè.
Eiuſdem ius illibatum manet, etſi Ramiri I. Diploma fictitium ſit, 286 & ſeqq.
Coniecturis probabilibus in Hiſtoria locus, 118. Plures in idem conſpirantes rem moraliter certam efficiunt, pag. 119.
Conſtantinopolis quando in Saracenorum poteſtatem venerit? 352.
Cordubenſia Monaſteria ſub Saracenorum tyranide Benedictina, 109. & 111.
Corduba profugi Monachi varia Monaſteria erexere, omnia Benedictina, 109.
Coiacenſis Synodi canon nobis obijcitur, 45. ſed ridiculè, 46. & 47. Eadem Magno Ferdinando agente anno Domini 1050. Coacta, 245.
Criticorum putidi ſcrupuli reprehenduntur, 97. 173. & 248. Eorum audacia exemplo appoſito comprimitur, 34. Quò eorum nimium acumen & ſcrupuli evadant? 108.
Cynduaſindi Gothici Principis Diploma noſtræ favet antiquitati, 169. Ab Hermenegildi & Pulgarij cavillis vindicatur, 171. & ſeqq.

D

Diplomata, v. Privilegia. Eorum explorandorum leges à P. Papebrochio præſcriptæ, 237. & ſeqq. Quædam ex his reiectæ, 249. & ſeqq. Quando & à quibus cœpta falſari putet? 239 & 240. Vnum aut aliud in tã multis corruptum eſſe non inficiabimur, 249. Omnia aut pleraque eam labem

bem paſſa non poteſt niſi temerè dici, ibid. Eorum quanta vis, & auctoritas? 259. Quando pro ſpurijs habenda? 261. Dionyſianorum vindiciæ, 272. & 273.
Donatus quam & quando Regulam in Hiſpaniam invexit, 124. & ſeqq.
Dulcidij teſtimonium de anno Cladis Hiſpanicæ diſcutitur, 330.

E

Eccleſiaſtica monumenta quanti fieri debeant? 33.
Ecclipſis Lunaris ab Idatio obſervata Æra, 500. In quem Chriſti annum quadret? 358.
Ecclipſis Solaris ante Victoriam ad Septimancas, & eius calculus, 276. & ſeqq. Eius calculus, 280. Miraculoſa, vt nonnulli credidere non fuit, 276. Anno Chriſti, 939. Accidit ibid. fusè.
Elmacinus Saracenicus Hiſtoricus accuratiſsimus, 325. Eius teſtimonium expenditur, ibidem. Textus vulgatus corrigitur, 326. & 328. & 329. In quem Hegiræ annum Cladem Hiſpanicam conijciat? 341.
S. Eleutherij Acta ſine cauſa à ſocijs Bollandianis repudiata, 241.
Eneco Ariſta, vide Inicus Ariſta.
Epiſcopi Monaſteriales Benedictini quondam fuere, 224.
Epiſcopi Regionarij 225. Ijdem Monachi haud rarò & Abbatibus ſubditi, ibid.
Eulogij ad Vvaliſindum Epiſtola eidem contra Pellicer. aſſeritur, 315. Eiuſdem teſtimonium expenditur, 357. & 359.
In Euſebij Cremonenſis Monachatum Hieronymianum inquiritur, 21. & ſeqq. Cur Romam à S. Hieronymo è Palæſtina vſque miſſus? 22. Paulino inſtituti Monaſtici arripiendi idem auctor non fuit, 23.
Excommunicationes priſcis inſtrumentis additæ, & quæ earum vis, 176. & ſequentib. fusè.
Exemptiones iure à Summis Pōtificibus conceſſę Benedictinis, 203. De his Petri Venerabilis verba notatu digna, 205.

F

San-Facundini Cœnobij inſtauratio, 70. & ſequentibus. Idem ab Alfonſo VI. primùm Benedictinum factum ridiculè contendit Hermenegildus, ibidem. Suppar Clunia-

niacenſi id facere voluit Alfonſus VI. 75. & ſeqq. Ab Alfonſo III. in Vvalavonſi Corduba profugi gratiam, erectũ fuit, 63. & ſeqq. & 110. Eius alumni nonnulli illuſtriſsimi, 179. Eius incolarum ſanctitas & auſteritas etiã ſequiori ævo, 197. Eius Abbati vſus Pontificiorum inſignium cõceſſus, 206. A Cœleſtino III. teſte oculato eius obſervantia commendatur, 207.

S. Fauſti teſtimonium de anno Obitus S. Benedicti, 300. & ſeqq. Eius Acta ab Odone interpolata, at non corrupta, 304. S. Mauri res geſtas non ordine præpoſtero ſcripſit, 311. Theodoricũ cum Theodeberto eius filio non confudit, 318.

Ferdinãdus Gundiſalvi Sonnam Abbatem P. vocat, 135. Eius celebre Diploma diſcutitur, 274. & ſeqq. fusè. Id quamvis non authographon, non tamẽ ficititium, 280. & 284.

Ferdinandus M. Rex Hiſpaniæ San Facũdinum Monaſt. frequens inviſebat, 71. Quid illi ibi acciderit? ibid. Rebus Eccleſiaſticis præ zelo Dei & religionis Catholicæ ſe inſerebat, 245.

S. Fructuoſi Regula qualis? 126. Ex ea elicitur antiquitas O. B. in Hiſpania, 127.

G

Glaſtonienſis Capellæ Hiſtoria impugnata & defenſa, 247.

Gothorum Regum tempore ante cladem Saracenicam Benedictini plerique in Hiſpania, 109. & ſeqq. fusè.

Gundiſalvus Arredondo Arlanſenſis Abbas Catholicorum Regum Hiſtoricus ſui Cœnobij hiſtoriam cõſcripſit, 137.

Gundiſalvi Comitis Diploma diſcutitur, 274.

H

Hegira Mahometica quoto A. C. cœperit, 344. Græcè *διωγμός*, Latinè Perſecutio, contra Pellicer. qui Peregrinationem interpretatur ridiculè, 353.

Hemina quid in regula Benedictina? 199.

Henrici IV. Regis Hiſpaniæ ab Hermen. impugnatum Diploma defenditur, 104.

Hermenegildi à S. Paulo Hieronymiani operis ſynopſis, 4. Quis ei ſcopus propoſitus? ibid. In noſtros & S. Benedictum ſcommata, 5. & pertotum opus, præſertim à pag. 215. Idem quam Latinæ linguæ peritus? 14.

S. Hermenegildus Hiſpali occiſus

ſus contra Biclarenſis Authoris ſynchroni teſtimonium, 271. Silentium de eius miraculis Iſidori, & Biclarenſis, ibid.

S. Hieronymus Monachus necne fuerit nonnulli dubitant, 7. Eum Monaſtici Ordinis auctorem fuiſſe nemo ſomniavit, ibid. Eundem non Monaſtices addiſcendæ, ſed ſacræ doctrinæ cauſa plerique adibant, 11.

Hieronymiani Ordinis in tota antiquitate neque vola, neque veſtigium reperitur, 7. & ſeqq.

Hieronymus Romã Auguſtinianus favet Benedictinis 91. Eius vindiciæ, 96. & ſeqq. & 162.

S. Hildegardis teſtimonium pro excellentia, O. B. 182.

Hiſtorici quãvis accurati in rebus ſui temporis prodendis falluntur, 271. Hiſpanienſes nuperi perſtringuntur, 97. Æqualium de aliqua re ſilentium ab alio prodita, aut in Diplomate extante non eam falſitatis revincit, 271. Hiſpani antiquiores BB. Antiquitati favent, 84. & ſeqq.

Hiſpania quoto A. C. ſub Saracenorum iugum miſſa, 319. & per totam diſſertationem fuſiſsimè ac 363. v. Clades Hiſpanica.

I

S. Iacobo votum ab Hiſpania factum, 283. & ſeqq.

Idatij teſtimonium expenditur, 357. Aliud, 362. Eiuſdem textus vulgatus emendatur, 254.

S. Ildefonſus Benedictinus fuit, 164. Eius teſtimonium explicatur, 124. & ſeqq.

Imprecationes priſcis inſtrumẽtis additę quam vim habeant? 176.

Incarnationis anni ijdem cum annis Epochæ vulgaris Chriſtianæ, 360. & ſeqq.

Indictiones nonnullis inſtrumẽtis antiquis in Hiſpania additæ præter morem 251. Earum vſus haud ſatis quondam notus, 264. Earum varia initia, 267. Pontificię nonnunquam Septembri auſpicatæ, ibid. Hunc ſtylũ Gregor. I. & VII. ſecuti, ibid. Indictionis in Alfonſino Diplomate vitium vnde? 268. In his cuivis anno ritè aſsignandis, haud rarò aberratum, 264. & 265.

Innicum ſive Enecconem Ariſtam inter, & Sãctium Maiorẽ tres Reges, cõtra atque Surita putavit, interiecti, 259.

Inſcriptionis lapidis Octogoni Æmilianenſis vinditiæ, 140. & ſeqq. fuſè.

Inſtrumenta pleraque Benedictinor. in Hiſpania Antiquitati fa-

faventia producuntur, 77. Vetuſtiſsimis in Hiſpania ſubſcriptiones additæ, 172. & ſeqq.
Iſidori ſilentium miraculis, quæ in morte S. Hermenegildi acсidiſſe M. Gregor. prodit, nil detrahit, 262.
Iſidori Pacenſis de anno cladis Hiſpanicæ teſtimonium accuratè diſcutitur, 322.
Iuſtinianus II. Rinothemetus dictus, quo A. C. ſecundum imperium inierit? 324.

K

Kalēdarum vſus priſcis haud ſatis notus, 265.

L

Libræ pondus quot vnciarum in Regula Benedictina? 198.
Librorum Vitulinorū (vulgò del Vecerro) auctoritas & antiquitas, 53. & ſeqq. Commendatur San-Facundinus, 56.
Ludovicus Pius, præ zelo fidei Catholicæ, rebus Eccleſiaſticis ſe inſerebat, 244. Quoto A. C. regnum inijt? 366.
Ludovici M. Regis Galliæ inaugurationis dies pravè in nummis excuſsis expreſſus, 271.
Lunæ dies haud rarò ſinceris Diplomatis additus, 253.

M

Mahometus quo anno Chriſti perierit, 330. & ſeqq. Perijt die Lunæ, 337. Fugit non in Meccam, ſed Meccā in letrib, 333.
Mariana vir ceteroqui doctiſſimus lapſus fuit in menſe Arabico cum noſtrate coniungēdo, 335.
Marheſami gnome de Diplomatis à Papebrochio producta & probata, 273.
Martyrum primitivæ Eccleſiæ numerum reſtringit Dodvvellus Etherodoxus, & quare? 108.
S. Maurus eo anno in Galliam appulit, quo obijt S. Benedictus, 309. Ac Theodeberto Auſtraſiæ imperitante, ibid. & 310. Quotus is Æræ Chriſtianæ fuerit? 310. & 311. Quo A. C. obierit? 313.
Maximi Chronicō quondā apud Hieronymianos, 220.
Menſam Abbatialem cur à Monaſtica ſecretam eſſe S. B. voluerit? 194.
Mithræ & Baculi vſus Benedictinis iure conceſſus, 206. & ſeqq.
Molendini & officinarum in Benedictina Regula mentio expreſſa, 271.
Monachos ante Benedictinos in Hiſpania agnoſcimus, 124.
Mon-

Monſtenſis Diplomatis ſubſcriptio emendata, 253. Monaſterij antiquitas aſſerta, 126.
Morales v. Ambroſ. Morales.
Mulieres quinquagenariç, ac etiã ſeniores puerperæ, 243.

N

Niſan menſis Paſchalis Iudaicus Martio Iuliano reſpõdere exactè nequit, 315. ſæpè ne vna quidem eius dies in ipſum incidit, ibid.
Notæ numericæ in priſcis monumentis haud rarò fallunt, 254. & 367. v. binarius, & quinarius.

O

Obonenſe Diplôma ab Hermen. & Pellicer. cavillis aſſertum, 164.
Odo Actorum S. Mauri editor, nõ corruptor, 304. In ijs pauca mutanda, 313.
Ordinis vox pro certa familia quondam inuſitata, at pro regula ac ratione vivendi haud rarò ſumpta, 166. Ordinis Benedictini quotquot ſanctã Regulam profeſsi, 157. Ordo Benedictinus, v. Benedictinus Ordo.
Ovetenſis Eccleſiæ noſtræ favens Antiquitati monumentũ producitur, 81.

P

Papebrochij Propylæum diſcutitur, 236. & ſeqq. fusè. Eius in priſcis monumentis reijciendis facilitas nimia notatur, 272.
S.P. Paſchaſij de Mahometi obitu, & anno cladis Hiſpanicæ teſtimon. expenditur, 335. & ſeqq.
Paſchatis celebrandi varietas, 303. In Galijs quondam Martij XXV. ea ſolemnitas addicta, 307. Qui mos ad ſæculum ſextum non viguit, ibid. Ritè antè πανσέληνον celebrari nequivit, 304. In eius celebritatis tempore haud rari in Eccleſia ante Kalendarij correctionem errores admiſsi, 315.
Paſcha Saracenicum anno Domini 850. die April. 18. feria 6. actum fuit, 359.
Paterna Ramiri I. vxor, 294.
Pauli Morigiæ teſtimonium diſcutitur, 23.
Paulinus Nolanus fuerit necne Hieronymianus? vt pertendit Hermen. 23. Ad Paulinum Epiſtola Hieronymi non ad Nolanum, ſed ad alium ſcripta, 24. Idem quoto A.C. Manaſticẽ profeſſus? 26. In Hiſpaniam Hieronymianum inſtitutum invehere non quivit, 27.

Pelli-

Pelliceriuſ quo tempore Benedictinam Regulam propagatam putet? 117. Eius verba Traſſonica, ibid. Eadem vanitatis revicta, 121. Eius peritia Chronologica, 314. Nos mendacij ridiculè inſimulat, 315. Eius pleraque paradoxa, & ſententiæ ridiculæ, 315. & ſeqq.

Pelliceri) palmaris hallucinatio, 330. & ſeqq. Multiplex epocha Arabica ab ipſo conficta, 331. Eius computi Arabici peritia, 332.

Perfectus Presbyter quo anno, & die paſſus? 359.

Philippicus imperitabat cũ Hiſpania in Saracenorum poteſtatem venit, cõtra atque Pacenſis Iſidorus ſcriptum reliquit, 325.

Philippus L'Abbæus S. I. qui Ordinem S. H. quondã fuiſſe aiunt deridet, 30. Idem pro noſtris Diplomatis teſtimonium dicit, 38.

Pondo quot vncias pendat? 247.

Pontificia inſignia in noſtris Hermen. criminatur, 203. & ſeqq. Ea ab eius calumnijs vindicantur, 204. & ſeqq. & 209.

Præpoſiti nomen quale, & eius ſignificatus? 214. & ſeqq.

Prioris nomen quam antiquum apud Benedictinos? 213. & ſeqq.

Priores ſecundi ab Abbate cur dicti? 213.

Privilegium de voto S. Iacobo facto expenditur, 186. & ſeqq. fusè.

Privilegia àBB. in ſua cauſa producta ab Herm. cavillis vindicantur, 37. Iiſdem abſentes & nondũ nati aliquando ſubſcribunt, 175. v. Diplomata.

Profeſsionis Monaſticæ ſub Regula B. formula vetuſtiſsima in Hiſpania vſurpata, 82.

Provincia quid Latinè? 14.

Puellarum C. tributum quinam Hiſpaniæ Reges pependerint? 293.

Pulgarij hallucinationes confixæ, 170. & ſeqq. & 178. 303. 307. & 318.

Pulmentaria ſuis à S. Bened. cõceſſa, cuiuſmodi? 197. Qualia ante annos 400. in San-Facundino Cœnobio appoſita? ibid.

Q

Quinarius numerus ita aliquando in priſcis monumẽtis ſcribitur, vt facilè imponat pro binario, 254. & 367.

Quintanillæ adverſus Hermen. dicteria vindiciæ, 226. & ſeqq.

R

Ramiri I. Legionis Regis circũlatũ Diploma excutitur, 286. & ſeqq.

Rami-

Ramirus Aragoniæ Rex Eccleſiæ ſtudioſiſsimus, 246.
Ramirus II. R. L. Saracenos ad Septimancas ingenti victoria proſtravit, 278.
Ratiſponenſis Synodi Acta à falſi ſuſpicione vindicâtur, 244.
Reges quondam plus æquo ſe ingerebant rebus Eccleſiaſticis, 246. & ſeqq. Qua de cauſa? 247.
Regula ſancta Benedictina dicta κατ ἔξοχὴν, 62. & 63. Ea haud diu latuit, 119. Eius Præfationis explicatio, 120. Longè ante Petronacis tempora per totam latè Europam divulgatam eſſe contra Pellicer. oſtenditur, 121.
Regula ſancta cur paſsim audiat? 190. in cibi potuſque menſura benignior, & quare? 196. Divinitus inſpirata 190.
Reyneri Benedictini vinditiæ.
Robertus Abbas S. Facundi ab Hugone M. deſtinatus nõ diu eo munere functus, 75.

S

Salomon Aſtoricenſis Epiſcopus quando floruerit? 195. Diplomati Ramiri I. ſubſcribere nequivit, ibid.
Sampiri Aſtoricenſis Epiſcopi de victoria Ramiri ad Septimancas teſtimonium, 282.
Samonenſe Cœnobium ſemper Benedictinum 128. Id Argericus Toleto profugus ædificavit, 130.
Sandobalio cur infenſus Hermenegildus? Eius vindiciæ, 220. Elogium, 232.
San Facundino Abbati inſigniũ Põtificior. vſus cõceſſus, 206.
Sanctia Caradignenſis Cœnobij fundatrix, 105.
Sanctij Maioris Diploma expenditur, 43. & ſeqq. Eius genuinus ſenſus ex Mariana, 44.
Scaliger modeſtior noſtris antagoniſtis. Eiuſdem in Alberici Donationem obiectiones diluuntur, 367.
Silonem Regem liberos, etſi nõ ex Adoſinda, habuiſſe eſt probabiliſs. 168.
Simplicianum Hieronymianis accenſet Hermeneg. ridiculè, 18. & 19. Clericus non Monachus fuit, ibid.
Sonna Arlancenſis Abbas, 135.
Suarius S. Hieronymum Religioſi Ordinis conditorẽ fuiſſe apertè negat, 9. Eius præclarum opus de Religione ipſi aſſertum, ibid. Eius pro B.O. antiquitate teſtimoniũ egregium, 158.
Subſcriptiones priſcis inſtrumẽtis additæ etiam Gothorum tempore, 172.

T

Tabularia Benedictina fide dignis,

niſsíma ; vide Archiva.
Teſtes domeſtici in Hiſtoria exteris præferendi, 202. Benedictini etiam in cauſa propria Teſtes admiſsi, etiam iniurati, 234. & 235.
Theodebertus Auſtraſiæ Rex quoto A. C. obierit? 310. & 311.
Toletana Eccleſia fraternitatem hodieque colit cum Archeſterio San Facundino, 379.
Toletana Synodus VII. quo A. C. habita? 174.
Toleti etiam ſub Maurico Iugo BB. Cœnobia, 128.
Totila Rex Gothorum quoto A. C. regnum inierit? 301. Idẽ iam Rex ex aſſe S. Benedictũ Caſsini inviſit, ibid. & 307.
Traditionum in re Hiſtorica pondus ingens, 98. & ſeqq. fusè. In eas Hermen. evanidus impetus, ibid.
In Tridentinæ Synodi confirmationis Bullæ Data mendũ obrepſit ab initio, 268. Nec id à Typographis profectum, 269.

V

V littera ita aliquando in priſcis monumentis ſcribitur, vt interdum pro binario, cum quinarium deſignet, & contra binarius aliquoties pro quinario ſumatur; cum ille eiuſdẽ characteris ſpeciẽ præſeferat haud raro, pag. 254.
Vetulæ puerperæ 243.
Vitulini libri, vulgò de *Veterro*, qui? 53. & ſeqq. Eorum auctoritas, 54.
San Victorius ab Hermeneg calumnijs vindicatus, 180. & ſeqq.
Vrdaxenſe Monaſter. ab Hurdaſpalenſi diſtinctum, 161.
Vrraca an Ramiri I. vxor, non liquet, 294. Eius certè Diplomati ſubſcribere nequivit, 295.

X

X' character ſemicirculo supernè inſignitus numerum quadragenarium ſignificat, 67. & ſeqq. Item, 266.

Y

Yepeſij vindiciæ, & eius elogium, 228. & ſeqq.

Z

Zachariæ S.P. Diploma ab Hermenegildo impugnatur, 181. Idem adverſus ipſum aſſeritur, 186. & ſeqq.

FINIS.

Digitized by Google

ADDITIO.

PRodijt anno D. 1600. Liber Granatæ excuſſus, cum hac Epigraphe: *Vera Hiſtoria Regis Roderici, in qua agitur de præcipua cauſa Cladis Hiſpanicæ, &c. Auctore Abulcacimo, Taricho, Aben-tharico Arabe, ex Arabico idiomate in Hiſpanicum converſa per Michaelem de Luna Granatenſem, Interpretem Regium.* Is liber, qui meram fabellam, nihilo Amadiſianis nugis probabiliorem, continet ingenti noſtrorum hominum plauſu exceptus fuit. tot enim emptores invenit, vt intra 70. circiter annos, ſexies recuſus ſit. Sic ſunt res noſtræ. Libri, qui nunquã lucem vidiſſe merebantur, cuduntur, recuduntur. Qui contrà præla identidem ſubire debebant, aut in alicuius angulo Bibliothecæ retruſi cum blattis rixantur, aut, quod frequentius eſt, pueris prima alphabeti elementa diſcentibus, mox ab ipſis diſcerpenda, traduntur. Nec popello duntaxat, quod per ſe ſatis grave ac deplorandum erat, hocce Hiſtoriæ portentum impoſuit; his etiam, qui nonnihil ſupra vulgus videntur ſapere, fucum fecit. Nam Fr. Diago, Iacobo Bledæ O. P. neque non Martino Carillo, nõ ignobilibus Hiſpanis Hiſtoricis, alijſque haud ſanè paucis, aut mirificè placuit, aut non certè, vt par erat, magnopere diſplicuit. Nam illud minus mirandum V. C. Bartholom. de Rogatis S. I. homini Italo, noſtratiſque proinde hiſtoriæ minus perito, adeò arriſiſſe, vt id in patriam linguã elegantiſsimè converterit. Dolendum potius Virum eloquentiſsimum his nugis exornandis tot Italæ eloquentiæ divitias, à noſtris hominibus deceptum, inaniter profudiſſe.

Libri de Clade Hiſpanica editi Criſis.

Qui pleriſque, etiam doctis, impoſuit.

Sed iam hunc librum à nebulone, neſcio quo, confictum oſtendamus, idque ijs argumentis, quæ rem planè vincant, nec vel pervicaciſsimos eius patronos hiſcere ſinant. Principiò igitur illud noſſe oportet, quicunque hoc monſtrum Hiſtoriæ confinxit, Albucacimum ita loquentem facere, quaſi rebus ab ſe proditis magna ex parte interfuerit. Quod ſanè huiuſce falſitatem Hiſtoriæ, eiuſque Auctorem chymæricum eſſe palmariſsimè vincit. Non enim veri eſt ſimile hominẽ, vt vt procacem & impudentem, ea literis mandaſſe, quæ ab omnibus

Eius fictio detegitur.

facillimo negocio falſitatis revinci poterant;ipſeque omnium obijci ſannis atque cachinnis.

1. à Regum, qui nunquam extitiſſe mentione injecta.

Nam in primis Acoſtæ Regis Gotthici, Anagildæ eius coniugis, Sanctijque Principis vtriuſque filij, ſub initium, mentionem inijcit. quæ omnia meræ ſunt nugæ, à pleriſque omnibus noſtratis Hiſtoriæ conſultis exploſæ, ac manifeſtæ vanitatis pridem revictæ. Videatur præ cæteris doctiſsimus Moralius libr. xij.cap.66. vbi Acoſtam illum imaginario ſolio nervosè deturbat, & quæ res huic fabellæ anſam dederit, acutè indicat.

2. Ex Epiſtola Anagildæ ante Cladis præludia, vt Præfertur, ſcripta.

Sed ad graviora multoque abſurdiora gradum promoveamus. Ergo lib. 1. cap. 2. Anagildæ illius epiſtola ad Rodericum data ex Africa, quò ipſam cum filio eius furorem declinantem tranſmiſiſſe fingitur, producitur, æra 750. id eſt, A.C. 712. III. idus. Ianuar. conſcripta: in qua ea, quæ Cladem Hiſpanicam, immò & eius præludia præceſſere, narrantur. Vt hæc epiſtola cæteris omnibus, quæ illi præluſere, quod ex ſerie narrationis perſpicuè liquet, anterior ſit.

Quæ poſterior data Præfertur alia, quæ mox à Vvalide ſcripta fingitur.

Capite porro 5. alia epiſtola comparet Vvalidis Damaſci Calyfæ, multò abſdubio priore poſterior, ad Muzam Africæ Præfectum: quæ data eſt, vt eius clauſula præfert, anno Hegiræ 92. die 2. menſis Schabeni, qui computus reſpondet A.C 711. diei Maij 25. Nec eſt quòd Lector dubitet, axiè enim & ſcrupulosè, quò falſitas pateſceret, calculum poſſuimus. Ex quo plus ſatis commentum apparet. Qui enim epiſtola Anagildæ, quæ hac abs dubio anterior fuit, A. C. 712. data præfertur, cum illa, quæ poſterior hac eſt, tantò ante data fuerit? Nec refert quòd ad oram libri computum illum Arabicum in Septembr. anni 713. congruere notetur. eſt enim id planè falſum, vt computi Arabici myſtæ, immò & tyrunculi probè norunt.

3. Quod Vvalidē appellat cognominibus lauditis.

Iam illud quale eſt, quòd Vvalidem, *Iacobum Almanſorem* paſsim vocitat, quod appellationis nec ab Elmacino accuratiſsimo Hiſtoriæ Sarracenicæ Scriptore, qui illum Abulabam duntaxat cognominatum prodit, nec ab Iſidoro Pacenſi nec à Raſi, nec à Roderico Præſule, qui res Arabum ex eorum excerptas Annalibus cum fide ſcripſit, ipſi tribuitur?

Cap.

4. Ex Chorographia Hiſpaniæ ridicula.

Cap. verò 19. lib. 1. Hiſpaniæ Chorographia tanquam à Muza, aut eius certe iuſſu accuratiſsimè confecta, Vvalidi in Syriam tranſmittitur. At cuiuſmodi Deus bone! Nam imprimis Hiſpania Inſula dicitur, quod ne fando quidem auditum ante hac; ipſamque à trigeſsimo ad quinquageſsimum elevationis Polaris gradum ab Auſtro in Septemptrionem porrigi proditur. Cum à trigeſsimo ſexto ad quadrigeſsimum tertium circiter excurrere, vel pueris ſit notum. Ibidem Muza quærens inducitur, quod non ipſe cum Taricho in Syriam à Vvalide accitus ſit. Cum eum eius imperio, quanquam renuẽtem, eò tranſmiſiſſe omnes alicuius nominis hiſtorici prodant. Iam Prælium illud poſtremum & fatale Roderici cum Tharico, quod Dominica de commiſſum fuiſſe omnes cùm Arabes, tùm noſtrates Hiſtorici vno ore produnt, in Mercurij diem incurriſſe hic traditur.

5. Quòd Vvalidẽ Regnum filio per manus tradidiſſe dicitur.

Sed hæc, quanquam abſurdiſsima, ferri & concoqui, vtcunque, poterant, præ ijs quæ cap. 23. lib. 1. produntur. Nam ibi aſſeritur, Vvalidem annis gravem & curarum pertæſum Regno ceſsiſſe, idque filio ſuo Abilgualido per manus tradidiſſe & conſignaſſe; ipſum porrò ſeceſſum petiſſe, ibique aliquot ante fatum annos moratum eſſe. Id autem purum putum commentum eſt. Cum teſtimonijs Elmacini, Roderici, & Pacenſis luculentiſsimis conſtet, Vvalidi recèns defuncto Suleimanum fratrem in Regno ſucceſsiſſe.

6. Quòd in Vvalidis Obitu ſexénij metachroniſmum committit.

Parte verò 2. cap. 12. dicitur: Vvalidem anno Hegiræ 102. die 3. menſis Rageb obijſſe. Quod eſt falſiſsimum. Nam, vt noſtre Operis pag. 325. à num. 15. oſtendimus obijt anno Hegiræ 96. in medio Giumadæ poſterioris ſexennio ante quàm hic fabuloſè ſcribitur. Iam ad oram loci citati notatur, annum 102. Hegiræ reſpondere Iulio A.C. 732. quod eſt ridiculum. Nam is computus cadit abs dubio in 7. Ianuar. diem A.C. 721.

7. Quòd Abdalaſiſij cædem, quæ incidit in annum Hegiræ 97. in eius annum 127. diffundit.

Eàdem ſecunda parte lib. 4. cap. 3. Abdalaſiſius Muzæ filius à Saracenis occiſus proditur ann. Hegiræ 123. quo nil fabuloſius. Cum Pacenſis, & Rodericus tradant, ipſum triennio quàm à Muza Hiſpaniæ Præfectus fuerat, obtruncatum fuiſſe, idque anno Arabum 97. totis 26 annis ante quam hic ſcribitur. Sed nullus finis erit, ſi omnia, quæ planè fabuloſa & abſur-

ſurda in hac Hiſtoria,aut Hiſtoriæ veriùs ludibrio,continẽtur,ad vivum reſecare, ac manifeſtæ vanitatis revincere velimus. Quæ raptim notavimus ſat abundeque erunt , viris candidis & ingenuis ab huius lectione libri revocandis & abſterrendis. Quod ſi qui inſulſiſsimam fabellam ſibi eripi indignè ferunt,ij ſuo iudicio an errore per me fruantur.

* Ad extremum hic Lectorem monemus erroris à nobis , aliud fors agentibus , ſuſcepti & admiſsi noſtri Operis pag. 259. lin.8. Ibi enim aſſeruimus H. Suritam & alios Hiſtoricos noſtrates, nullum Regem Innicum inter Ariſtam & Sanctium cognomento Maiorem agnoviſſe. Quod ſecus ſe habet: cum tam Laudatus Surita , quam alij Garſiam Innici F. Sanctium Garſeanum, Garſiam denique Sanctij F. vltrò admittant. Dicendum ergò fuit, Suritam cum alijs, tres hoſce tantùm agnoviſſe:cum alij tres præterea,Fortunium nempe,Sanctium,Garſeamque agnoverint , ac re vera extitiſſe Diplomatis productis invictè oſtenderint. Quam animadverſionem debemus haud ſemel noſtro in Opere Laudato R. R.P.M.P.Petro de Abarca,qui nos eius rei cãdide admonuit; quãobrem V.C. ingentes,vt par eſt,gratias agimus: alioſque vt eius candorem imitentur ex animo hortamur. Nam, vt cum Gregor. finiam, *ab omnibus corripi,ab omnibus emendari paratus ſum,& hunc ſolum mihi amicum exiſtimo,per cuius linguam meæ maculas mentis tergo.*

Notatur error à nobis in noſtra Lucubratiuncula admiſſus.

Digitized by Google

Google